



~~2-53-7589~~

~~20.a. 2. 7.~~

Biblioteca Universitar	
GRANADA	
Sala	Caja 2
Estante	
Tabla	
Número	3

Caja
C-6

R. 36953



~~2
7347
33~~

~~caja
(Cornwall - 1)~~



20-11-11

0030

Handwritten scribbles and faint markings in the lower left quadrant.

Del Colegio de la Compania de I^{ss} de Granada 19-

11846215

Handwritten initials

Augustinus

INDEX. I. II. ET III. LIBRI DE PRINCIPALIBUS CIVITATIBUS TOTIVS ORBIS

A	
Accusianorum Colonia.	300
Adena. is. Aden.	114
Aenania. is. cisia sive spite cusa.	338
Aetnaeide Caetera.	386
Agmianus Lacus.	390
Albosta dium	361
Albuena fons.	330
Africa s.v. Apud disium	262
Agmianus Lacus	390
Alexandria.	260
Algeria	266
Albuana fons.	330
Alconia.	313
Albama.	151
Amstel redanum	51
Anna stanum opp.	373
Antrum csaoneum.	390
Antrum syvilla Cumana.	390
Anxur s.v. terractna.	334
Ancona	100
Anverpia	45
Anfa	121
Andera s.v. s. for. tander.	263
Antequera.	153
Asir s.v. Angis.	21
Argentoratim Consule Aevacum s.v. Arn Semium	314
Argentina	74
Arzentia	73
Aquisgranum	35
Atrebatum	324
Aveniz	332
Augusto durum.	202
Wernus Lacus	394
Avignon	171
Atricum	
Augusta	86
Arelia	185
Arx Sodie Larroca del mar yrrse num vide terra cina s.v. Anxur	334

B	
Alamurum	121
Badema.	219
Badacum vide. Saltz burgus	373
Biana ficatua vide Tritu	
Li Balneum.	333
Barcino	113
Batae.	350
Basilea	227
Baianum castrum	333
Basiana L. Luculij villa	333
Balneum Trituli vide Trituli	
Balneum in ind.	0
Bavli Hercules templum vide in ind. Hercu. is. Bal. & f.	333
Bello montium.	332
Berga ad Tomam	309
Berstem.	13
Bituriges	165
Bilbao	161
Blam mont	179
Blois	173
Bonna	213
Boio do vide Patavia	371
Bomfari, vide Trisania	357
Bisfolia	286
Bielium	201
Brema.	57
Bri ver savias. v. Broervvias	3
Briula	213
Burgz	43
Bruxella.	39
Bruns vicum.	57
Buda.	90
Burdegala.	29
Burgi.	23
Bus Cumaducis	47
Bur burgum.	193

C	
Cabaliorum Collomia vid.	
grania nopolis	300
Calavis.	180
Calcaria.	117
Camman m., vide subolij	349
Camerecae Centum	333
Caetera vide molam	336
Campidomia.	15
Campena	347
Canefacum insula vide Suvo	
La.	349
Cano nor. 116	116
Canta brigia	147
Candia	254
Calecut	116
Cairrus.	117
Cardo montium.	332
Carnutum vide Cartres	293
Caronae sc Sobes	390
Cartres	393
Casleavdunum.	293
Circes mons	332
Cimacum	334
Cisterna ad 100 Camerehas	333
Cisterna L. Luculij vide L.	
Luculij in ind. & f.	333
Civi s.v. clivia	215
Colmaria	219
Colonia Agripina	34
Colonia Accuccianorum vi de Gratianopolis	300
Confluentia.	30
Comil.	157
Constantina	229
Constantinopolis	110
Corfu	254
Caeter vide Syn. Baian, in ind. & f.	333

Crucigladatorum quando ex orta societate & quando du ravenit vide Rigam in ind. & f. 365	
Cypra vide tituli Balneus in ind. & f.	338
Cypra tracanaria vide des Cypriorem montis Micem in ind. & f. 333	338
Cumana Civis Annum 390	
Cupra vid. claretum. in ind. te & f.	379
Campam foetis delitiae	333
Cusco	123
Cestria	232
Cascale	13
Casula.	61
Caravalla vide tibur	330

D	
Damas cus	253
Dantis cum vide gdanum	239
Daventia	345
Del psyum	333
Div.	121
Dor dracum	195
Dor dracum	336
Drepanum.	104
Druides vide cbaures	293
Dessa.	64
Duacum.	320
Duin Rex ga sive Duin Kerc Ka	193
Duis burgum	215

E	
E ciza.	21
E demburgum	290
E Bous Tacum vide Salbesta gium	361

Egra	66
Embena	211
Embrica	219
Enckusa	340
Erdeordia seve erdeordi	60
Escuuega	357
Essendia	359

E

Samagusta	103
flaviobriga. vilvao	161
florentia	96
franco furtum sive franc	
fortum admoenum	78
franco furtum ad oderam	
fouum vulcani	392
franciscia	351
franco Burgum	359
ficarona Baiana. vide Bal	
neum Trituli in indice & f	383
fibergum Misena.	279
fiburgum	73
fisinja	88
fris Lania.	357
fulda	60
fumarole Agnano.	390

G

Gades	15
gaita vide Mola.	336
gamanduum, vide Saltz	
burgum	373
Gandavum.	41
ganum sive gedanum.	239
Gauus	338
Gelasia	314
Genoa.	96
Genapium	219
Golfo de napoles. vide Synus	
baranum. in indice	
Gouicum	53
Gorsitum.	237
Gotsa	60

Gouda.	342
Graciano polis.	300
Granta	19
Grave Linga	193
Gradna	243
Grominga.	209
Grotta, tracsanaria, Consulz	
des cuptiones momtis miz	
sem in indice.	338
Grotta deli cam.	390
Grotta dela Sybila	390
Guminga sive grominga	53
Guleta Aars	264

H

Hamburga.	59
Haga Comit' vide delphius	
in indice & f	333
Hala sueviz	22
halberstadium	361
Hannonia.	322
Halemum.	199
Heidelberga	76
Herculea vede tibur	388
Herculis Pauli templus	388
Herbipolis.	82
Hycio solijma . 113.	256
Hispalis	19
Hutum sive Hum.	183
Hupra	191

I

Iena.	60
Iero solijma	112
in aume vide, iscla.	388
Infernium mare vide tirre	
num in indi	
ingolstadium	38
innarime insula	338
insula flanduz	38
in vtrum vide Sand's furtum	369
Iovis anticum templum	388
isclia vide iscla	338
Iulium opus vide Sinum Lu	
cinum in indice & f	388

Iuvavia vide Saltz Burgum	373
Iupiter Anxur videterracina	334

L

Lacus Agmian9	390
Lamdiestum.	332
Landsfurtum	369
Lavreatum,	379
Leida	197
Leodrum	33
Leubardum	351
Lindia	70
Liburnum vide tirrenumna	
rein indice	338
Lipsia	64
Lile vide in sula	313
Londinum.	11
Los dunum vide dephjum	
in indice & f	333
Lovanium.	47
Lovanium	303
Loxa.	159
Lubeca	59
Luceina	72
Luce burgum	313
Lucing Syny	388
Lugdunum.	81
S. Lucullij vila Vaiana	333
Luneburgum	57
Lutetia Parisiorum	25
Limburgum.	181

M

maclima	305
macslima	47
magdeburgum	68
malca	15
malatestaum familia vi	
de pisauum in indice & f	387
Mantua.	248
mart purgum	61
marie burgum	334

mare mouuum	388
masilea.	161
mediolanum.	92
messana	106
merbis	163
mexico	123
midel burgum	203
misena.	233
mira bilis picina vide. f. la	
Lucullus in indice	
misen, mons	388
modona.	252
moguncia	82
mola.	386
mombasa	114
monacum	88
monasterium	55
moscovia.	241
mons circeus.	382
mons pesulanus.	27
mons novus.	388
mons regius	365
montes	328
montes	37
Malta fol. 109.	

N

Namurcum.	185
Namurcum	343
navalia vide suvolia	349
Neapolis	102
Nebusa	292
Nemausus.	29
nemetocena vide namur	
Cum	342
Nordelinga	88
Novimberga sive Nurm	
Berga	70
Nouvicus	284
Notium mare vide tir	
tyrenum in indice & f	388
Novesium	213
Noviomagus	205
Novidunum	302

novio magus 213
Novus mons 333

O

Oemphons 231
Orosius vide velitre 332
Olcemburgum 57
Olysiyo 13
Olivetum 379
Orivetum 379
Ormus 116
Osemburgum 55
Otinense adtraiectum ad
mosam vide traiectum in
dice & mola f° 336
Oxonium vulgo oxemford 149

P

Palmarola insula vide velitre
& in indice f° 332
Panfomy 104
Pandataria vide Palmarola
in indice f° 332
Parma 104
pariens 252
Paterno nopolis vide madur
gum 68
Patavia 371
Praga 66
Penon de veleb 262
Percia vide salsa burgum 373
Pisipopolis 374
Pictavia sive Pictavis 27
Picina mirabilis vide L
Lucus in indice
Picina mirabilis 333
Pisaurum 377
Pitsecusa vide iscla 333
Polisstephanum vide Tibur 330
Pontia vide velitre 332
Pontina vide velitre 332
Pratense Balneum 3333
Proscita insula 333
Puteolus & Baia 250

Q

Que de Limburga 361
Quiloa 114

R

Ranis pona 33
Rodus 103
Ruga 365
Roma 93
Roma 245
Romanum oppidum sive
Romans 300
Roseto ebium 62
Rotenburgum 30
Rotterdamum 342
Rotomagus 29
Rotomagus 296
Rubiacum sive Rufacum 219
Rubiclarum vide castre
dunum
Ruemunda 314

S

Sala 119
Saltzburgum 373
Saltzburgum 70
S. Georgij oppidum 229
Sca psusa 73
Scobes Caron 390
S. Sebastiani oppidum 23
Sedunum 32
Sena 104
Septa 119
Septemillum 292
Sibemicum 282
Syllis cumans Antium 390
Slusa 322
Solotorum 73
Sontina sive Bons. 213
Spira 76
spiraculum mortificum 390
Stander 163
Straubing 33
Sudarium s. Germani 390
Sulforaria vide forum
vulcam 392

Surtia 72
Susatum 357
Subola 349
Sylvania 72
Syny Baiang 333
Synus Lucinus vide Succinus
Syny f° 333
Syny Puteo Lang 333

T

Templum Bauli Herculis
vide Herculis Bauli temin
indice f° 333
torrauna sive Anxur 334
tong 307
tseutomicorum ordo quan
do in Sibomiam venit & cu
cigla diatonie ordinis abso
ruit vide Regam in indice f° 336
Thuromici ordinis & Nigen
tium bella Consule Regabin
indice f° 365
treme Amian 390
tziguum 70
tziguum 367
tingis 119
tiboli videtur 330
toletum 17
tracanaia cupra vide mons
tmi ceno & des cuprionezilli
in indice f° 333
traiectum ad mosam 133
traiecti nomina duo oppida
sive traiectum 49
traiectum ad mosam 311
trescum mare vide terre
trum in indice
treveis 30
tridentum 334
tripergulana Balnea 333
tituli Balneum 333
vide in indice tituli Balne
tugium 72
tunes 262
tunes alia 264

turo 27
tybuis videtur 330
tybur sive tiburtum 330
tinenum mare vide in indice f° 333
tassim 119


V

Valencene 330
valisolerum vide Pinea 17
Vegel 155
Veleb malaga 155
Veltre 332
venetia 94
Ventonum 314
Verona 376
Vesontio sive Vedanum 177
via Appia vide terracina 34
Vienna 90
vilna 395
Vindesoum castrum 149
Vlma 70
Vrsela 72
Vrsina 72
Vvalouert sive Valencia 334
Vuarburgum 353
Vulvornatia 76
Vvei maria 60
Verdena 359
Vvesalia 55
Vvis maria 62
Vviseburgum 219
Vvitemberga 62
Vulcam forum vide forum
Vulcam in indice f° 392

X

Xere de la frontera 157

بسم الله الرحمن الرحيم
الحمد لله رب العالمين
والصلاة والسلام على
سيدنا محمد وآله الطيبين
الطاهرين



CAESAREAE MAIESTATIS

MAXIMILIANVS Secundus, diuina fauente clementia, electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Austria, Dux Burgundiæ, Stiria, Carinthiæ, Carniolæ & VVirtembergæ, &c. Comes Tyrolis, &c. Recognoscimus, & notum facimus, tenore præsentium, vniuersis. Rempublicam benè & rectè constitutam, non tam armis, mœnijs, & propugnaculis, quàm literarum studijs, & viris rebus agendis aptis, & idoneis munitam esse decet. Animaduertentes autem ad conseruandas & propagandas bonas artes, ac seminarium quasi virtutis constituendum & retinendum, operas typographicas plurimum adiumenti conferre: Ideo non eos solùm, qui Reipublice domi aut foris prodesse, vel hostium iniurijs propulsandis, vel pro Tribunali Ius, & iustitiam administrando, quietem & tranquillitatem publicam tueri solent, sed etiam in primis existimamus fouendos, qui rei litterariæ curam suscipiètes, non de nostra solùm aetate, sed de posteris etiam benè mereri nituntur.

Cùm igitur nobis expositum sit, nostri & Sacri Imperij fideles dilectos, M. Georgium Braun, & M. Franciscum Hogenbergium, & non sine multo laborum tædio, & graui sumptu, Ciuitates Orbis Terrarum, accuratissimè delineatas, ac alia, quæ ad earum originem & historiam spectarent, summa diligentia collegisse, atque constituisse illas Ciuitatum delineationes, cum historica enarratione, ad communem rei litterariæ vtilitatem in publicum edere, deterreri autem sinistris æmulatorum artibus, qui falcem in messem alienam iniicientes, ex aliorum laboribus, priuata comoda venari soleant, nobisq; proinde humiliter supplicatum sit, vt pro nostra, in literarum studia & Musarum alumnos, affectione, ipsis clementer subuenire, Cæsareaque auctoritate nostra, nimiam illam æmulatorum licentiam benignè coercere dignaremur. Quibus quidem precibus gratiosè admissis, præsentium vigore, scienter animoque benè deliberato, & Cæsarea auctoritate nostra seriò decernimus & statuiamus, quòd nemo pictorum, cælatorum, typographorum, bibliopolarum & aliorum, qui vendendis, vel imprimendis libris, seu quacunque alia ratione librariam negotiationem exercent, æmulisque opus illud imitaturis, pingendis, sculpendisque, aut alio quouis modo exornandis, atque illustrandis imaginibus & tabulis vsui vel auxilio esse possunt, memoratam M. Georgij Braun, & M. Francisci Hogenbergij, Ciuitatum Orbis Terrarum descriptionem, delineationibus, & historica enarratione illustratam, intra decennium ab editionis absolutæ die numerandum, coniunctim vel diuisim ipsis inscijs aut inuitis, nec typis, nec sculptura, seu quocunque alio modo, aut caractere, æmulari, aut imitari, vel aliunde allatum, intra Sacri Romani Imperij fines vendere, ac distrahere publicè, vel occultè possit aut debeat. Siquis autem præsens edictum nostrum transgredi aut violare, memoratumque opus recudere, & in fraudem auctorum spargere conatus fuerit, eum non solùm huiusmodi libris, tanquam commissis & prædictis M. Georgio Braun, & Francisco Hogenbergio, vel hæredibus, aut mandatum habentibus, auxilio Magistratus eius loci, vbi deprehensi fuerint, vendicandis priuari, sed insuper etiam pœna decem Marcarum auri puri fisco nostro Imperiali, fraudis vindici, & parti læsæ ex æquo soluenda & numeranda multari volumus. Mandantes vniuersis & singulis nostris & Sacri Romani Imperij subditis & fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus, cuiuscunque status, gradus, ordinis & conditionis exstiterint, præsertim verò ijs, qui in Magistratu constituti sunt, ac vel suo, vel superiorum suorum loco & nomine, Iuris & Iustitiæ administrationem exercent, ne quèquam hoc Priuilegium, seu interdictum nostrum impunè violare, spernere ac negligere patiantur. Sed si quos contumaces compererint, præscripta pœna plecti, & quibuscunque rectè fieri potest, modis coerceri curèt, quatenus & ipsi grauissimam indignationem nostram euitare voluerint. Id quod testamur præsentibus litteris, manu propria subscriptis, & Cæsarei sigilli nostri impressione munitis. Datum in Ciuitate nostra Imperiali Ratispona, die vigesima quarta mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo sexto, Regnorum nostrorum Romani, decimo quarto. Hungarici decimo tertio. Bohemici verò vigesimo octauo.

Maximilianus.

V. Io. Bap. VVeber

Ad mandatum Sac. Cæs.
Maiestatis proprium

Obenburger.

2

IMPERATORI

CAESARI, RVDOLPHO.

II. P. F. AVGVSTO.

INVICTISSIMO.

ET REVEREN-

DISS. ILLVSTRISSIMIS-

QVE SACRI ROMANI IMPERII.

SEPTENVIRIS. PRINCIPIBUS. ELECTO-

RIB. DANIELI. MOGVNTINAE. SALENTINO. CO-

LONIENSIS. IACOBO. TREVIRENSIS. ECCLESIAE. AR-

CHIEPISCOPI. LVDOVICO. COMITI. RHENI. PALA-

TINO, AVGVSTO. SAXONIAE. DVCI. IOANNI. GEORG.

MARCHIONI. BRANDEBVRGENSI. RVDOLPHO.

BOHEMIAE. REGI. CLEMENTISSIMIS.

GRATIOSISSIMISQVE. PRIN-

CIPIBVS.

GEORGIVS

BRVN. ET. FRAN-

CISCVS. HOGENBERGIVS.

DED. CONSECRANTQ.

ALEXANDRI GRAPHEI
A SECRETIS AMPLISSIMAE
REIPVB. ANVERPIANAE IN OR-
BIS TERRARVM CIVITATES
COLLOQVIVM.

INTERLOQVVTORES

THAVMASTES, PANOPTES.

Thauma-
stes.



T quæ rara meis nunc ô pulcerrima rerum
Subjicitur facies oculis? miranda repente
Vnde hæc, hæc unde in terris apparet imago?
Ecquid portendit subita hæc mutatio? nam quæ
Mortales hebet at visus caliginis aura,
Prospectumq; oculis dudum quæ crassa tuenti
Eripit, en penitus nostris absterfa recessit:
Hinc mentem, cunctosq; nouus stupor occupat artus.
Quid referam? an fallax oculos sic ludit imago?
Non herclè: video, dictu mirabile, claris
Luminibus. nostro atque alio sub sole iacentes
Subiectas terras, medijsq; impostaq; terris
Oppida, & haud notas nobis sine nomine gentes:
Regnaq; sunt longè nostris quæ disita regnis:
Collibus impositas arces, turresq; superbas,
Calicolum delubra Deum, fora plena tumultus,
Marmoreasq; domos, operosa palatia Regum
Magnorum, longarum amplissima strata viarum,
Littoraq; & celsos curuato fornice pontes,
Et portus, pictis naualiaq; apta carinis.
Nec videor minus ante oculos hæc cernere, cæli
Iupiter astrigero quàm cum sublimis ab axe
Despicit, atque imis defigit lumina terris
Desuper adspectans, cum res, hominumq; labores
Respicit, & rerum curam cum concipit omnem.
Ecce autem, & notas, nota in regione, vel ipso
Momento, cunctas Belgarum lynceus vrbeis
Cerno: quas inter, felici illustria partu
Carole Gandauæa tuo ter maxime lata
Mœnia conspicio: benè noto nomine Brugas,
Mercibus & quondam externis, opibusque potentes:
Bruxellam altricem Regum, sedemque vetustam:

Et

COLLOQVIVM.

Et quam florentem studijs, atque arte Minerva
 Præstanti, & meritò dulces ante omnia Musa
 Delegere sibi. hic mirè splendida nuper
 Regifico luxu, Dia Andouerpa, superbo
 Luxurians fastu, insigni celeberrima cultu,
 Nympha Europeo longè gratissima cælo;
 Et quæ tantum alias inter caput extulit vrbes,
 Quantum lenta solent inter viburna cupressi:
 Squalida nunc, omni penitus spoliata decore,
 En iacet, informi vultu, turpiq; veterno
 Obsita, scissa comas, referens vix virginis ora,
 Indignis lacerata modis: hinc turbidus imis
 Flexuagus placidum Scaldis caput occulit undis.

At licet ærumnis præsentibus obruta magnis,
 Innumerabilibusq; malis pessundata, penè
 Succumbat defessa: tamen quandoque procellis
 Insanis, tenebris, & tempestatibus atris
 Depulsis, procul & claro mox Sole reducto
 Lumine, tempus erit, res est certissima, fallet
 Haudquaquam, rursus cum ceu rediuiua resurget,
 Attollensq; caput celsum sub nubila condet,
 Et proiecta solo nunc marcidaserta, decora
 Ceruici variata rosis reparata reponet.

At mihi quis reliquas vrbes, quas undique cerno
 Hic illic sparsas, nullo mihi tempore visas,
 (Nam nunquam externas abij peregrinus ad oras)
 Expediet? venit huc properans, en, fortè Panoptes,
 Hoc poterit: namque is, passim toto orbe vagatus,
 Plurima narravit, quæ oculis lustravit acutis.

Ergo opportunè nobis te, care Panopte,
 Offers: dic age, & hæc ediffere vera roganti.
 Hæc vrbs est quenam, celebres quæ amplissima colles
 Mænibus includens septem complectitur altis?

Pan. Dicam equidem, neque suspensum te amice tenebo:

Hæc, tibi quæ ostendit Pario viuoq; columnas
 Marmore surgentes, & templa ex ære columnis
 Magnifico sumptu suggesta, palatia celsis
 Diuorum templis certantia celsa, Theatra
 Ardua, Thermarum vestigia prisca, ruinas
 Murorum ingentes, veterum monumenta virorum:
 Hæc est illa potens rerum Roma, inclyta bellis,
 Et quondam augustis Mauortia clara Triumphis:
 Hæc regna imperio pressit, populosq; subactos
 Frenauit, totum victrix dominata per Orbem.

Thau. Quis verò ille amnis, gratis qui flexibus errat,
 Culta rigans? Pan. est hic, dictus quondam Albula, Tybris:
 Caruleus Tybris, celo gratissimus. Illa,
 Ecce, est præcipiti Florentia nobilis Arno,

COLLOQUIVM IN OBBIS

Ter quater ingenijs felix, spectabilis altis
 Turribus: hac Sena celsa sunt mœnia: Parma
 Armigeræ sunt hæc, prædiuitis vberè gleba.
 Parthenopen hac parte vides: hac parte capaci
 Insignis portu frondosis collibus Ancon
 Cernitur: hic celebris latis Ferraria campis
 Apparet. dites Ligurum, Insubrumq; potentum
 Sint vbi, quòve loco posita, si fortè requiris,
 Prima vrbes: est, nonne vides? hic altera: at illic
 Altera. sed video geminam quò luminis acrem
 Intendas aciem: nonne huc? surgentia cælo
 Hic vbi se tollunt multa arte palatia, tecta
 Regia, ceu medio in pelago molimine magno
 Constructa ac fabricata manu, fundamina magni
 Neptunni, immota loco perstantia, quamuis
 Æstuet, atque imis vdas eructet arenas
 Sedibus iratum pelagus? terraq; mariq;
 Vrbs hæc est Venetum, longos dominata per annos.
 Hic Drepani portus, tuta hic statione Panormus:
 Hic Mamertini quæ mittit munera Bacchi.
 Ecce, Tridentina latis in vallibus arcis
 Hic surgunt turres: montosa, atque aspera magnos
 Hic bissex unum & pagos das cernere clarè
 Heluetia, aternum firmatos fœdere certo.
 Dulcibus hic studijs, & mirè dedita Musis
 Argentina sacris: illic, Augusta, per Orbem
 Cognita terrarum, celeberrima, nomine verè
 Req; augusta, Lyco gaudens pulcherrima, latis
 Mœnibus, ingenijs operosa addicta Mineræ
 Acribus inprimis, hæc Noriberga vetustis
 Sedibus, en, illa est, diues VVormatia campis
 Fertilibus, Procerum celebris conuentibus: illi
 Quæ vicina iacet, laudata est, Spira; liquores
 Dulcia nectareos quæ fundit vina, perita
 Sacrosanctarum legum. Thau. Quæ deinde Panopte
 Vicina hæc vrbes, præclaris mœnibus amba,
 Ambæ illæ eximia? Pan. Rogitas? harum altera, Rheni
 Quæ posita ad ripas, est dicta Maguntia: magnam
 Hanc statuit molem quondam Germania victrix:
 Mansura hæc posuit Drusi monumenta subacti.
 Thau. Ergo hæc, quam perhibent populisq; orbiq; dedisse
 Infanda arte typos arguto ex arte, perenne
 Diuinumq; opus, inuentum admirabile, visum
 Haud unquam? Pan. Illa ipsa: aternum cui plurima debet
 Posteritas olim tanto pro munere. Thau. dic nunc
 Altera quæ? Pan. dicam: rapido est Francfordia Mæno
 Nobilis, excellens claris virtutibus: illa
 Regales generose tibi dat Cæsar honores,

Sceptraq;

TERRARVM CIVITATES.

Sceptraq; promittit, sacri Imperijq; tiaram.
 Thau. At nobis nondum est conspecta Colonia. Pan. cernes,
 Huc paullum deflecte oculos: celeberrima longè
 Hac, Agrippina ducens de nomine nomen,
 Est: hanc felicem dicunt, meritoq; beata
 Dicier illa potest, si vel respexeris alta
 Mœnia, si turres, excellentesq; domorum
 Structuras, cœlo surgentia tecta Deorum,
 Reliquias Diuum, quibus est dotata: bibornis
 Si vel dona sinu Rhenus pater ampla patenti
 Quæ fundit, opere aut feruentia strata viarum.
 Hæc sint magna licet: tamen est felicior illo
 Nomine, quod tam felici Respublica ductu
 Tanta eat, & placida populus quod pace fruatur
 Felix, ante alias felix Vrbs: scilicet, istis
 Temporibus duris, quod semina dira malorum
 Innumerabilium, quod mille incommoda rerum,
 Deplorandarum sat nunquam, haud senserit: ipsa
 Luida Fortunæ quod non experta furentis
 Tela: nec, ut plures alie, quas seua fatigans
 Exercet Nemesis, duros est passa labores:
 Consilijs moderata pijs, virtute suprema,
 Arte Salentini, suprema Antistitis, alti
 Illius Herois, claro de sanguine creti
 Isenburgorum Comitum: Groppere salubri
 Consilio qui primus ades: te docta Minerua
 Erudit, tibi sacrosancta volumina Legum
 Nosse dedit, Sophia & iocundos ire per hortos.
 Hæc eadem, auspicijs magni moderata Senatus,
 Alma viget: cuius pars est non infima, multo
 Eximius splendore vigil Liskirchius, aquis
 Legibus is populum & iustis consultus habenis
 Iustitia regit, & prudens nunc temperat urbem
 Consul: is & Musas mirè complexus, & arteis,
 Et fouet, & colit ingenuas: queis dulcia cordi
 Carmina, laurigero qui Phœbo digna locuti,
 Hos generosus alit, diuino & nectare pascit.
 Nec minus has decies olim molitus habenas
 Est Sudermannus magna cum laude, probata
 Et pietate grauis, canaq; etate verendus,
 Præclarus genitor tuus, ô Henrice, reposta
 Cui licet indogredi docti penetralia Phœbi,
 Magnarumq; graues rerum cognoscere causas
 Cui datur, Hansiacis & qui benè consulit acri
 Urbibus ingenio, dum res sub pectore versat
 Syndicus ambiguas, facundoq; explicat ore.
 Nunc verò hinc alias ut concedamus ad vrbes
 Præcipuas quasdam, tu lumine percipe porro

COLLOQVIVM IM ORBIS

Quò digitum intendam. non hìc, en, cernis, apricis
 Collibus impositam, riguis & vallibus urbem?
 Non liquidos fontes passim per prata, per arua
 Leta soporifero manantes murmure? lymphis
 Agmina Nympharum vitreis mersare natantum
 Corpora? perpetuò hæc dicas viridantia Tempe,
 Aspice: Aquisgranum est: hìc Carole Mausoleum
 Conspicitur ter Magnetuum: hìc diademata prima
 Magnanimi accipiunt, genus alto à sanguine Divum,
 Induperatores. acri quæ sulphure fumant
 Hæc loca, sunt calidis Therma de fontibus orta:
 Ægra salutifero reparantes corpora Therma
 Flumine, victa lue, & varijs exercita morbis.
 Mercibus, & studijs hìc splendida Lipsia: clara hìc
 Wittenberga iacet: vastos Erfurdia muros,
 Vandalicos & saepe truces experta furores
 Hamburgum, & celsas turres, arcesq; superba
 Lubeca ostentat: ter maxima Praga potentum
 Nec minus ostentat monumenta insignia Regum:
 Et vastas moles, longi & curuamina pontis.
 Magna Vienna, sua hìc en propugnacula, vinci
 Nescia, miratur, animosaq; despicit hostem.
 Hæc Phœbea Rhodos: sunt hæc tua mœnia Buda.
 Illa, illa est Magni de nomine Constantini
 Dicta, opibus Regum pulcrè exornata, potentè
 Imperio, fama; ingens, magna amula Roma.
 Porrò hanc, cui fixis oculis stupefactus inheres,
 Urbem, vallorum latè quam circulus ingens
 Ambient, miraris? ea quæ sit deinde requiris.
 Cerenre pyramidum quæ dat spectacula, quaq;
 Clara sepulcrorum præbet miracula Regum?
 Est Memphis: sæui iussa imperiosa Tyranni
 Quatuor hæc didicere pati, & iuga dura subire
 Heu misera. hæc Solyma sancta sunt mœnia: sædè
 At nunc raptam manent, canibus data præda cruentis.
 Quæ sit causa rogas? agitans discordia fratres,
 Quos voluit dici ipse suo de nomine Christus,
 Hoc facit: ut proprios enses in viscera vertant
 Heu sua, nec capiti studeant auertere pestem
 Vnanimes: nimia vana cupidine capti
 Nunc age, præcipuas fecundis diues Iberus
 Quas habeat terras, quas Gallia fertilis urbes,
 Accipe. Quam cernes magnis, en aspice, muris,
 Est, sua quæ iactat cocco saturata rubenti
 Serica fila, olim populis, Granata, beatis
 Laudata: hæc est Mercurio fundata, potensq;
 Hispalis: hìc, toti felix notissima mundo

TERRARVM CIVITATES.

*Vlyxbonna iacet: nobis qua ditia mittit
 Munera, qua dat diues Arabs, qua decolor Indus,
 Quaq; nouo quaruntur opes dudum orbe reperto.
 Hanc Burgum dicunt: hæc est, qua Barcino ponto
 Adiacet ostrifero: medijs hæc qua sita terris
 Ostentat sese, populi dixere Toletum
 Indigenæ: magno ter felix Præsule. Thau. sed qua
 Hæc? Pan. est, altiloquum Vatem qua clara Camænis
 Dulcibus Ausonium peperit generosa. vetustis
 Mœnibus hic spectanda iacet Nemausus aperte:
 Illa quater senis vicis qua præfuit olim
 Imperiosa: potens illa ecce Tholosa. Thau. sed hæc qua
 Fluminis has rapidi ripas qua splendida cultis
 Aedibus illustrat? Pan. iocundo est munere Diuum
 Lugdunum omnigenum, longè celeberrima: at illa, est
 Urbibus Europa populosa Lutetia, certans
 Circuitu magno, latè complexa rotundo
 Orbe suo plani quamplurima iugera campi.*

*At nunc sat fuerit, vastum ostendisse per orbem,
 Præcipuè insignes turritis mœnibus Vrbes,
 Hoc Europeo positas alioqui sub axe:
 Namque ego, distincto si cunctas ordine pergam
 Enumerare, frequens vasta aut quas Africa monstris
 Terra habet, aut Indi procul hinc sub Sole reposti
 Occiduo, simul & nascenti: Asia ve potentis
 Innumeras, cunctas & quas Sol lumine lustrat:
 Antè, leues atomos tenui quos corpore clarus
 Phœbus, ubi radios patula per aperta fenestra
 Inferit, inter se motu miscere videmus
 Prælia perpetuo, enumeram, referamq; canendo:
 Omnia nec valeam numeris includere nostris
 Nomina: præcipitans & Sol cadit; ipsa domorum,
 Aspice, summa micant tantum fastigia: quare
 Mox ab eo: hanc vnã si designaero, dignam
 Quam videas: hæc est cunctarum maxima longè
 Insula, caruleis pelagi qua tunditur undis:
 Auriq; argentiq; ferax. toto orbe Britanni
 Diuisi, hanc habitant: longè pulcerrima regni
 Totius hæc Vrbs est, Londinum nomine dicunt:
 Regia, magna, potens, multos regnata per annos.
 Cecropijs olim, Latijq; habitata Camænis:
 Funera Roffensis magni, docti aspera Mori,
 Heu indignatæ, tantorum fata virorum.*

*Porro autem, plures alias, totumq; per orbem,
 Vndique vel sparsas immensis tractibus vrbes,
 Si cognosse cupis: sunt, qui rara arte periti,
 Virtute insignes clara, quos maxima Pallas
 Erudit, te oculis, & mente per omnia ducent:*

COLLOQVIUM IN ORBIS

Hos adiunge tibi socios, aderuntq; volentes.

Franciscus Thau. Qui precor hi? Pan. est alter bonus Hogenbergus: at alter.

Hogenbergus. Thau. Estne Nouellanus? Pan. Ille est. his Iupiter aquus

Simon Nouellanus. Pro meritis, cunctas vrbes cognoscere, terras

Metiriq; oculis dedit, in quacunq; repostas
Parte orbis, quocunq; alio sub Sole iacentes.

His quoque, si Phæbo & Musis dilectus amœnis

Tertius accedet, spectata Ortelius arte

Eximius, deerit nihil: at tibi cuncta, vel vno

Lumine, lustranti, toto orbe errare licebit.

EIVSDEM FRONTISPICII

EXPLICATIO.

Thaumaestes.

Verum age dic, hæc est quæ præstantissima moles,

Ardua, nata recens operoso è marmore, cælo

Ductum opus augustum, cunctis memorabile seclis:

Cui binæ assurgunt solido ex adamante columna,

Perpetua, immanes, admiranda arte columna,

Regifico exstructa sumptu? quæ Diua? quid isti,

Quid sibi, fare, volunt? namque hic fulgentibus armis

Indutus, galea, clypeoq; insignis, & hasta,

En stat mole sua grauis, imperterritus: alter,

Huic licet, at nudus reiecta veste, minetur?

Præterea, quid id est, flammis crepitantibus hic quod

Ingentem syluam ramis frondentibus ignes

Pascere conspicio? mirari, accurrere nudos

Mortales? hic effosis habitare latebris,

Stramineasq; casas illic componere? Pan. Dicam.

Principio genus humanum, discriminis omnis

Atque vsus expers, inter spelæa ferarum,

Quadrupedumq; domos, horrentia lustra, traherat

Vitam infelicem in siluis, sine legibus vllis

More fera, victumq; dabant immitia corna,

Glandifera quercus, spinis rubus asper: & herba

Pabula præbebant, vulsis radicibus: acrem

Stinguebantq; sitim fontes, riuuq; fluentes.

Mortales inter nudos Apeleia, decora

Non vllò cultu, simplex at, nudaque & ipsa

Verfabatur inops, cunctarumq; indiga rerum.

Atque adeo, dum fortè sedent, & dulcia lenti

Ocia agunt, & securi per mollia ludunt

Gramina sub dio: dum magna furentibus Austris

Exercet siluas tempestas, turbida torquens

Nubila, & arborei vasto cum pondere rami

Incumbunt ramis, venti q; frequentibus urgent

Motibus inter se ramos magno impete, ab omni

Parte: latent validis quæ abstrusa feruida truncis,

Corti-

Corticibusque intus flammaram semina, crebro
 Trita micant: frondes hinc nutrimenta ministrant
 Aridula: mox at, conceptis viribus ignis
 Aestuat, & ventis increbrescentibus, atras
 Fumorum nubes inter, Volcanus habenis
 Immissis, populatur ouans densa omnia silua
 Robora: iocundo stirpes spoliantur honore.

Hac rara specie perterrita pectora miris
 Usque modis: feruens ferret quid flamma, quid ignis
 Fumifer ignari, portentosiq; calores:
 Diffugiunt, furor at postquam violentior ignis
 Paullatim cessit, flammaque, aestusque quierant:
 Audaces: propiusque accedere tentant
 Ignibus: hi, quae, quanta ferant mortalibus agris
 Commoda, percipiunt: hinc mox aduoluere certant
 Robora cruda focis: trabibusque subinde fouere
 Arboreis, primas aeterna pascere flammam
 Materia statuunt, omne & seruare per euum.

Ergo, alium atque alium, tacitis sed nutibus, ipsi
 Huc simul inuitant: huc omni ex parte frequentes
 Conueniunt: mirè tepida dulcedine capti
 Flammaram, inter se lati socia agmina iungunt.

Hinc, ubi communis iam consuetudinis usus
 Plurimus accessit, titubantes fingere linguas,
 Et formare suas, si vera est fama, loquelas
 Cœperunt, prima atque exordia sumere: tandem
 Vox inuenit iter, meditataque verba sequuta
 Paullatim, cœpitq; frequens crebrescere sermo.

Quare, homini erectos, spectantes athera vultus,
 Cum dederit Natura parens, sublimiaq; ora:
 Ut longè præstet cunctis animalibus: ipsos
 Mortales miseros haudquaquam passa iacere
 Sordibus in fœdis, angustam & degere vitam:
 His cognosse dedit, quos ipsa creasset in usus
 Vnguibus armatasq; manus, digitosq; micantes,
 Membrorumq; agiles nodos, artusq; decoros.

Hac ergo experti cœlestia munera, tentant
 Explorare nouas artes: pars fronde saligna
 Tecta parant: alij mox apta cauare latebris,
 Exesi latere in montis, loca, figit hirundo
 Garrula ceu nidos tignis, imitatus at alter
 Has, cœno simul & viridanti vimine, rarum
 Texit opus. menti sed ubi prudentia maior
 Succesit, pralongo usu, suspendere furcis
 Populeis sua tigna student, vdaq; parata
 Argilla, lentis & cratibus intertextis,
 Ducitur arbuteis paries: ramalibus inde
 Aut fagi, tiliæve leuis, vel arundine glauca

COLLOQVIVM IN OBBIS

*Integitur, feruenti umbra ut defendat ab aestu
Corpora: non imbres, hyemis non frigora laedant.*

*Interea, his rudibus mortalia pectora curis
Dum sese exercent, studijsq; frequentibus illis
Intenta inuigilant: dias sub luminis oras
Se prodit solers Industria. paupere tecto
Hæc, laribusq; arctis nata olim, paruula quamuis
Esset, & in cunis recubans composta iaceret,
Somno unquam paruos vix declinabat ocellos.
Mox, ubi cum pueris cœpit colludere, mirè
Ipsa agilis, manibus paruis, digitisq; tenellis,
Plurima vel madido è limo, vel vimine lento
Fingebat, nunc hæc tractans, nunc illa retractans.
At, postquam sensim, teneris crescentibus annis,
Sollicitam ignaua cœperunt tœdia vita:
Pauperiem duram fugiens, errare per orbem,
Densis in syluis, solisq; in montibus æuum
Degere constituit: oculis perquirere acutis
Singula, scrutari, mirari, mente capaci
Versare abstrusas res, vestigare profundas
Et rerum causas, & quæ Natura creatrix,
Alma parens, magna ingenio, admiranda dedisset.*

*Tandem edocta probe, sortis miserata maligna
Humana, insinuans hominum se mentibus ultrò,
Ipsa experta, suas dudum quas repperit artes
Edocet, ingenij & paullatim exercet acumen:
Ignarasq; manus operum, insuetasq; laborum,
Rebus inauditis, primum & nascentibus aptat.
Scilicet, hinc usu pedetentim exercita longo
Pectora: dein, rerum perquam studiosa nouarum,
Inque dies rebus magis oblectata repertis,
Ingenio ingenium, præclaris artibus arteis
Exsuperant, nil quidquam intentatumq; relinquunt.*

*Sic genus humanum, rude quondam, obtusaq; gestans
Pectora (ceu fera deposita feritate) per arteis
Ingenuas, usu, longa assuetudine victum,
Formatumq; aliam vitam, moresq; decoros
Accepit, procul abiectis agrestibus. aliè
Sapius insita sic, fisso cuneo ve securi ve
Arboris alterius trunco, syluestria sorba
Exuere agrestes animos, mitescere succos
Conspicimus crudos, acres quiq; antè fuere.*

*At non tanta quidem quondam mortalibus ipsis
Sufficere hæc potuit vel sola industria. namque
Et clara hæc diua, celso de culmine Olympi
Delapsa in terris, diuino numine plena,
Monstrauere viam. Thau. sed quæ? namq; aspice, tantum
Conspicio hic, unam, referat quæ virginis, alma*

*Aut Diua, aut Nympha vultus, dic, ista Panopte
Quæ precor est, hic quæ sublimi in sede locata
Sublimis sedet, egregio exornata decore?*

*Libella in dextra fabrilis cernitur: aureus
Circinus in laua, & non fallax norma videtur.*

*Pan. Hæc illa est celebris, longè pulcerrima Nympha,
Illa, illa Idææ magnæ gratissima Matri:*

*Illius eximijs decorat quæ tempora fertis
Turrita. hæc illa est, docuit quæ ponere primum
Fundamenta operum magnorum, calcis & usum
Coctiliumq; dedit laterum: quibus artibus altis
Montibus aut marmor, puteis aut saxa trahantur.*

*Ordinibusq; graues docuit disponere certis
Structuras rerum, fulgentes ære columnas:*

*Tectaq; sublimi turres educere cælo
Aerias, tignis coniungere tigna, vel ipsa
Robora, fraxineasq; trabes aptare bipenni.*

*Præterea, quas aut facies spectare domorum
Debeat ad cæli parteis: qua parte locanda*

*Atria, vestibulum, secreta cubilia, xysti,
Balnea, triclinia, & magnorum altaria Diuim.*

*Et quid non? demum, latis quibus oppida terris
Ponenda, aut vrbes quibus in regionibus aptis,*

*Morbida ne malè spirantis contagia ledant
Aeris, continuo ne sint obnoxia ventis*

*Corpora pestiferis simulacra, stupendis
Artibus, Heroum, spirantia signa, colossos
Fingere marmoreos, ad sidera ducere moles.*

*Ardua Pyramidum, varijsq; palatia Regum
Picturis, varijs ornare coloribus ædes.*

*Ducere aquas longo per marmora candida ductu
Fontibus è primis, metiri iugera gnoma,*

*Cuncta manu docta regere, ut Ratione magistra,
Norma vel à recto, vel ne quid aberraret amussis.*

*Hinc, magna meritò donis quòd talibus ornet
Vndique diuinis gremium Telluris apertum,*

*Orbis Terrarum decus immortale, perenne,
Cunctarum, emerita est ea dicier ornamentum.*

*Thau. Admiranda canis: proprium at quod nomen? Pan. ut edam
Non opus: hæc tantum, quæ dixi, sedulus ipse*

*Inspice, nomen habes. Thau. capio. quis hic alter ænis
Qui squamis horret, clypeoq; hastaq; tremendus?*

*Pan. Cuius nota bene hæc Diua est Tritonia Pallas,
Bellipotens: quondam primas hæc condidit arceis,*

Surgentes moles, & propugnacula bello

*Tuta. Thau. quis ille alter? Pan. primo est qui primus in orbe
Ob scelus infandum, fraternæ cadis iniquæ,*

Sanguinis & fusi, fugiens vlticia magni

COLLOQVIUM.

*Arma Iouis, tristesq; minas, dextraq; potentis
Fulmina, telluri presso signavit aratro,
Et primam cinxit turritis mœnibus urbem.*

Thau. *At cui sublati ad cœlum molibus altum
Magnificè erecta hac moles inscribitur ingens,
Insignis titulis, insignibus argumentis?*

Pan. *Illi: Europeum lato qui temperat orbem
Imperio, in terris q; qui dat iura secundis
Auspicijs felix, magno Max Aemiliano
Induperatori, cingunt cui tempora lauri
Victrices. his q; qui sunt de stirpe creati
Magnorum Heroum, claris natalibus orti.*

*Quos penes est summam rerum, imperijq; referre
Heroa ad virtute gravem. queis, prima potestas
Designare, humeris cuius operosa recumbat
Magnarum rerum moles, qui sceptrâ, coronamq;
Inuictus gerat, q; magni molimina Turcæ
Contundat, validis armis arma impia frangat.*

Thau. *Quis posuit precor hoc opus immortale? quis auctor?*

Pan. *Hi sunt, antè memoravi nomina quorum,
Quos repetam meritò digni: præclarus uterque
Arte Nouellanus, bonus Hogebergus. Thau. at istis
Hæc quis tam viuis simulachra coloribus aptè
Depinxit, pulcreq; stylo illustravit acuto?*

Quis vel imaginibus latum hunc afflauit honorem?

Georgius
Braun.

Pan. *Quis rogitas? est, qui Graio, Latioq; cothurno
Fuscus insignis, per amœna vireta, per hortos
Aonidum ingreditur: dulces ante omnia Musæ
Cui cordi, citharamq; dedit cui Phœbus eburnam.*

Thau. *Ergo, quòd nobis, serisque nepotibus, isti
Tantarum auctores rerum, voluere Panopte
Consultum benè, q; hunc tantum impertire laborem,
Et nos his cumulare bonis, ingentibus, amplis,
Perpetuis, ullo morituris tempore nunquam,
Præmia digna ferent meritis pro talibus. altus
Iupiter his dabit, æternum ut per secula currant
Omnia, q; obscuro subducat nomina leto.*

*At nos, Posteritasq; simul ventura, vicissim
Carmina perpetuò, toto resonantia cœlo,
Dicemus lati, tanto q; pro munere largis
Laudibus in terris meritos tribuemus honores.*

ALEXANDER GRAPEEVS
CANEBAT.

G E O R G I V S

B R A V N A G R I P P I N E N S I S

BENEVOLIS LECTORIBVS

S. D.



QVANDO QUIDEM celebrium Urbium Oppidorumque topographicae descriptiones, accuratissime delineatae praesenti hoc opere vobis proponantur ob oculos, Spectatores, Lectoresque beneuoli; non ita alienum ab instituto nostro fore putavi, de primis Urbium initijs, progressu & incremento pauca quaedam praefari: vt primis earum principijs & causis probe perspectis ac cognitis, earundem institutum, vsus, ac finis penitus intelligatur. M. Vitruuius li. de Architect. 2. humanae societatis initium mira quaedam industria explicans, causam, quae homines in vnum coegit, coetusque sociavit, his verbis enarrat: Homines, inquit, veteri more, vt ferae in syluis & speluncis & nemoribus nascebantur, ciboque agresti vescendo vitam exigebant: interea quodam in loco ab tempestatibus & ventis densae crebritatibus arbores agitatae, & inter se terentes ramos, igne excitauerunt, ex ea flamma vehementi perterriti, qui circa eum locum fuerunt, sunt fugati, postea re quieta, propius accedentes, cum animaduertissent commoditatem magnam esse corporibus, ad ignis teporem ligna adijcentes, & eum conseruantes, alios adducebant, & nutu monstrantes, ostendebant, quas haberent ex eo utilitates. In eo hominum congressu, cum profundebantur aliter spiritu voces, quotidiana consuetudine vocabula, vt obtigerant, constituerunt: deinde significando res saepius, in vsu ex euentu fari fortuito coeperunt, & ita sermones inter se procreauerunt. Paulo aliter Cicero, ciuili humanaeque societatis conuentum, originem habere, litterarum monumentis tradidit: quem Franciscus Senensis Patritius, lib. 1. de Regni & Regis institutione, imitari videtur. Qui non casu, & fortuito homines conuenisse scribit, sed diuinam mentem sapientiam ipsis praestitisse, vt societates, coetusque instituerent. Quae quidem mens diuina, cum caetera animantia abiecisset ad partem; solum hominem erexit, ad caelique, quasi veri domicilij conspectum, excitauit. Tum speciem oris ita formauit, vt in ea penitus recoditos mores effingeret, quando hilaritatem animi vultu ostendimus, moerorem enim, tristitiam, formidinem, iram, furorem, tranquillitatemque; frons, oculi, & supercilia indicant. Hac mente diuina, principio rerum humanarum acutiores ingenio viri, qui inter vagos illos atque agrestes homines versabantur, animaduertuerunt, hominem aliena ope indigere, cum neminem sibi ipsi satis esse cernerent. Proinde arbitrati sunt, illum per societatem sui generis commodius degere posse, & facilius consequi omnia, quae per naturam ei deesse videbantur. Et idcirco a syluestri vagaque solitudine, in multitudinis coetum, humanamque societatem illum deducendum esse duxerunt. Quo quidem facto, quamprimum coniuncti inter se homines, sermonem ex assidua consuetudine statuerunt, quod conceptum mentis exprimerent, & consilia communicarent. Plato autem in Protagora, aliud ab his diuersum ciuili consuetudinis principium refert, quod quidem, quia fabulis est multo quam veritati propinquius, referre non placet. Iam vero hominum coetu siue ignis utilitate sociato, siue natura & ratione duce instituto, quod sane a ratione non multum abhorre videtur, vt primas hominum societates ab his principijs utilitatis causa profectas existimemus, credamusque hominem natura sociale animal, longe magis quam apes, formicae, grues, & eiusmodi genera, quae gregatim aluntur, gregatimque se tuentur, in vnum coetum venisse, vt quisque promeret, quod alteri opus esset, acciperetque; aliunde quod ipse praestare non posset. Igitur, vt dixi, communi hominum societate conflata, cumque in ea sermonis auxilio se mutuò intelligere, sensum animi exprimere, tum manibus & articulis, quam vellent rem, faciliter se posse tractare viderent, coeperant in eo coetu alij spelucas fodere sub montibus, non nulli hirundinum nidos, & aedificationes earum imitantes, de luto & virgultis facere loca,

*Consociati
humani
generis
origo.*

*Domici-
liorum et
rocinium*

Architectu-
ra rudi-
menta.

quæ subirent: eaque ratione domiciliorum tyrocinium inuentum, & excogitatum fuit. Cùm porro essent homines imitabili dociliq; natura, quotidie inuentionibus gloriantes, alijs alijs ostendebant ædificiorum effectus, & ita exercentes ingenia certationibus, indies melioribus iudicijs efficiebantur, plurimumque furcis erectis, & virgultis interpositis, luto parietes texerunt: Alij luteas glebas arefacientes, struebant parietes, materia eos iugumentates, vitandoq; imbres & æstus, tegebant arudinibus & fronde. Postea, quoniam per hybernas tempestates, tecta non poterant himbres sustinere, fastigia facientes, luto inducto, proclinatis tectis, stillicidia deducebant. Vnde Architecturæ rudimenta sunt nata, quæ ab ijs initijs profecta sunt quæ necessitas humano generi ostendit. Quemadmodum, Daniele Barbaro teste, legitur in his esse, quæ nuper inuenta sunt insulis, vbi casæ arboribus innixæ, cænis, & viminibus intextæ, stramentis, & luto contextæ cernuntur, ea tamen ratione, vt magnitudine, pulchritudine, & commoditate personarum dignitati plurimum tribuatur. Hæc à Christianis, vt natura tulit, ita inuenta, sed postquam frequentia celebrari ea loca cœperunt, politioribus lignis, elegantioribus formis ornata conspiciuntur. Ex leuibus porro, obscuris, & exilibus ædificiorum principijs, crescete nimirum in vna aliqua casa, ex fœmina & viro, filiorum & nepotum multitudine, quæ eodem tecto contineri non poterat, modicis ex materia domibus, vt autor est Halicarnasseus, vicatim, discretisq; domicilijs habitare cœperunt. Eaque occasione, villas & pagos paulatim construere, & societatem ex pluribus domibus constituere necesse fuit: vnde Franciscus Senensis, in suis de Repub. libris, oppidorum & urbium initium deducit. Cum enim sensim cernerent homines, quantæ utilitatis esset humana societas, quamque facilius victum simul complures, quam singuli compararent (quò enim maior & frequentior multitudo est, eò vberior in ea est copia eorum omnium, quibus vita indigeat, quando nascentibus hominibus inopia data est comes) tutiusque ab incurfu ferarum degerent coadunatis tugurijs, pagos pagis adiungere, & familias familijs adijcere cœperunt, & de communi utilitate cogitare. Hinc seminarium ciuitatum est ortum, in quibus populariter habitarent. Hinc munita, tutioris vitæ gratia, inuenta sunt. Nam locis æditis fossam ducere, & vallo circumdare, non dubitauerunt, & sic vrbes & oppida inchoauerunt. Quocirca Varro ait: Urbem dici, quod aratro præfinita: & Pomponius Iureconsultus peregregius, Urbem dictam asserit, quòd urbem aratro definire sit: Urbem, optimum vetustissimorum verborum indagatorem præterea dixisse ait, curuaturam aratri appellari, quod in vrbe condenda adhiberetur. Oppidum etiam dici Varro testis est, quòd munitur opis causa: Sic etiam mœnia, quòd urbem munit, appellata sunt, & Murus à munitione dictus est. Quibus ex rebus constat, primam rationem eorum, qui ciuilem societatem instituerunt, fuisse, vt tutè degerent, & à vi atque impetu munirentur. Tranquillitas namque vitæ dux illis exitit, ad innumerabiles commoditates excogitandas. Quis porro urbem primus condiderit, variè à multis proditum est. Alij Cecropen statuerunt, vt Plinius, qui eam extruxit, quæ postea ἀκρόπολις, id est, ars, dicta est Atheniensibus, prius erat Cecropia. Strabo, Argos prius à Phoroneo dicit conditos, quod Homerus Pelasgicon nominat. A Egyptijs omnium antiquitatum gloriam ementitis annalibus ad se trahunt, & Diospolim, quæ sunt Thebæ, tempore omnes antecedere asseuerant. Verum Enochia, vt Iosephus vocat, omnium est vetustissima, quam Cain, cùm exagitaretur furijs cæsi fratris, nec ullus sibi locus tutus satis videretur, condidit, murisq; cinxit, & terminos agro posuit. Consimiliter & Pallas Arcium inuentrix, multorum scriptorum auctoritate constituitur, quam Bellonam plerique nominarunt, eò quod belli inuentrix & Princeps, à Cicerone lib. 3. de Nat. Deorum, constituatur, vel quia hastam vibrare consueuerit, docueritque, vel denique à furore immittendo bellantibus, & quòd minimè sit mitis. Cuius templum in noua regione urbis, & ante hoc columna erat posita, vnde hasta mittitur, signum belli inferendi. Quin etiam huic Arcium inuentrici, tria quædam signa peculiariter attribuebantur: noctua, draco, & populus. Quare Demosthenes, Atheniensis, summus ille Imperator (asserente Francisco Senensi, lib. 9. de Reg. & Regni administratione) cùm in exilium proficisceretur, Arcem Athenarum suspexit, & altiore voce dixisse fertur: O Pallas, urbium custos, cur tribus truculentissimis belluis delectaris, noctua, dracone, & populo? Cupiens populi leuitatem præcipuè accusare. Quibus quidem signis, qualis Princeps esse debeat, sagax declarauit vetustas, vt vigil, prudensque sit, & populum fautorem habeat. Noctua quidem, vt cernimus, vigilantissima est, &

noctu

Oppidorum
auctor.

Arcium in-
uentrix.

P R A E F A T I O.

noctu semper excubat. Draco autem peracri oculorum acie, omnia circumspicit, vigilatque, quod etiam eius nomen indicat, ^{δρακων} enim est cernere, & acutè intueri. Idcirco à doctissima vetustate, ædium sacrarum, adytorum, templorum, thesaurorumque custodia, draconi assignatur. Sed rude & inconcinne, quemadmodum & ædium, oppidorum, urbiumque principium fuit. Neque enim initio muris cinctæ, vallo & propugnaculis ex viuo saxo communitæ fuerunt, sed, vt Halicarnasseus perhibet, aggeribus tantum, arborumque truncis, casæ aliquot leui materia, vel arundine, vel stramento excitatæ, quibus homines habitabant, circundabantur. Nec Galli olim, & multò minus Germani, vt Hubertus Leodius asserit, qui non oppida, sed vicos inhabitabant, lapide & cæmento suas ciuitates cingebat: sed trabes directæ perpetuæ, in longitudinem paribus interuallis distantes inter se binos pedes in solo collocabantur, reuinciebantur extrorsus, & multo aggere vestiebantur: ea autem quæ diximus interualla, grandibus in fronte saxis effarciebantur. His collocatis & coagmentatis, alius in super ordo adijciatur, vt idem illud interuallum seruetur, neque inter se contingerent trabes, sed paribus intermissæ spacijs, singulæ singulis saxis interiectis, arctè continerentur, sic deinde omne opus contexebatur, dum iusta altitudo muri expleretur. Qui quidem muri in hunc modum compositi, etsi ea tempestate deformes non erant, & ad vtilitatem, defensionemque urbium summam haberent opportunitatē, quod & ab incendio lapis, & ab ariete materia defenderet, quæ perpetuis trabibus pedes quadrigenos plerumque introrsus reuincta, neque perumpi, neque distrahi posset, non tamen perpetuò durabilis erat, pluuia etenim & vetustate corrumpebatur, & temporis tractu, cariota sæpè concidebat. Idcirco necessitate hominum industriam excitante, quæ in iam constituta ciuili societate, multorum consilijs adiuta, vires & incrementa gradatim sumpsit, & à quo ferarum & scelestorum hominum iniurijs commodius se tuerentur, saxa saxis coniungere, lateritios muros ex lapide & materia cõpositos construere didicerunt. Quos prioribus multò firmiores fuisse, ex eo facile constat, quia ob expugnationis difficultatem, muralis corona ab Imperatore ei dabatur, qui primus murum subiisset, & per vim in hostium oppidum ascendisset. Ex quo facile apparet, quomodo nihil simul inuentum, & perfectum fuerit. Constituta iam qualicunque urbis facie à casarum necessitate, ad agrestium tuguriolorum commoditatem: à comodo verò, ad ædificiorum magnificentiam atque splendorem sensim progressi homines, & certam ædificandi rationem per artificiosas symmetriarum obseruationes, inuenerunt. Eoque modo, vsus, obseruatio, animaduersioque naturæ, artem demum peperit, quæ primo statim vocabulo, artificem fabri nomine insigniuit. Vnde Faber cuiusque rei opifex, prima institutione dictus est, Græcè τεκτον, vnde Architecturæ commune omnibus artificijs nomen deductum est. Quæ singulari cultu, magnificentia, atque nitore non modò vrbes, publica priuataque ædificia expolire, & concinnè ornare, sed & magno fastu, stupendis impensarum sumptibus, præclara & magnifica illa ædificia septem construere docuit, quæ humanæ industriæ miracula mundus admiratur. Itaque nobilissima Architectura, in summo collocata fastigio, totius Vniuersi ornamentum, iure nominatur. Quæ etenim vrbs, quod oppidum aut castrum absque Architecturæ præsidijs, vel minima nominis celebritate claret? Illa ædificiorum magnificentia, populi opes, vasta propugnaculorum mole, murorum & turrium dispositione ac ordine, Moderatorum curam & prouidentiam spectantibus non obscure demonstrat. Eam proinde Daniel Barbarus, omnium Artium Principem, ac dominam, Iudicem atque Reginam artificiorum, & inuentorum optimo iure vocat. Quam & Vitruuius scientiam dicit, pluribus disciplinis & varijs eruditionibus ornatam, cuius iudicio probantur omnia, quæ à cæteris artificibus perficiuntur opera. Cuius quidem artis dignitas, ex eo maximè elucet, quòd eius nomen à principatu, quem inter omnes artes obtinet, sit deriuatum. Quare & Plato Architectum præesse inquit his, qui artibus vtuntur. Sed quisnam ego, qui Architecturæ commendationem suscipio? Anne Gellianum illud exciderat, Turpius esse exiguè atque frigidè laudare, quàm insectanter & grauiter vituperare? eius itaque commendationem Architecturæ peritis relinquens, ad præfens me opus conuertam. In quo quidnā ornamentum toti vniuerso periti Architecti urbium, oppidorumque structura contulerint, artificiosæ Simonis Nouellani, & Francisci Hogenbergij manus, mirifica quadam industria, tam accuratè, & ad viuum partium singularum proportione, & vicorum ordine ad amussim obseruato, expresserunt,

E vt


P R A E F A T I O.

ut non icones & typi urbium, sed urbes ipsae, admirabili caelaturae artificio, spectantium oculis subiectae appareant. Quas partim ipsi depinxerunt, partim ab ijs, sagaci diligentia conquisitas, atque depictas acceperunt, qui singulas quasque urbes perlustrarunt. Idque ea diligentia, ut non temere, sed audacter atque constanter affirmare audeam, nihil unquam eiusdem argumenti vel in Italia, vel in Gallia, aut alibi prodijisse, quod cum istius operis artificio & veritate conferendum veniat. In quo topographicae urbium oppidorumque descriptiones tam geometrica, quam perspectiva pingendi ratione, cum genuina situs, locorum, mœniorum, publicorum & priuatorum aedificiorum obseruatione, singulari artis industria atque praesidio sunt delineatae. Sed quem in finem Lector optime, dices? Norunt historiarum periti, quantum ad variarum rerum cognitionem peregrinatio longinqua & diuturna conducatur. In qua sensuum adminiculo percipiuntur ea, quae doctore etiam exercitatissimo praecedente, non ita commodè intelligi queunt. Varij siquidem diuersarum Gentium ritus, disciplinae, leges, mores, instituta, & consuetudines peregrinando multò accuratius intelliguntur, quam si ea, quae nunquam vidimus, sola historica lectione tractaremus. Nunquid ieiunum & prorsus anile de multiplici rerum varietate eius iudicium est, qui natiui soli limitibus omni tempore septus, domesticos tantum, apud quos delituit, audiuit, exterorum verò hominum consuetudines nunquam vidit? Itaque non immeritò Diogenes Laertius lib. 2. in vita Archelai Cosmographi scribit, Alexandrum Macedonem gloriari solitum fuisse, se plura oculis lustrasse, quam alij Reges unquam animò & cogitatione attingere valuissent. Scribit Diodorus Siculus, Democritum Abderitem Philosophum octoginta iuges annos peregrinatum fuisse, ut varijs in locis, diuersorum hominum consuetudine, nihil eorum negligeret, quae hominis mentem scientiarum nitore exornare potuissent. Ita Nestor (asserente Francisco Senensi lib. 14. de Regis & Regni institutione) gloriatur, quòd cum Lapithis conuersatus fuerit. Menelaus autem iactabundus exultat, quòd Cyprum, Phoeniciam, Aegyptumque aduenerit, Thebas quoque viderit, quas centum clauderent portae, & singula quaeque ducentos haberet custodes equis instructos, & quòd Aethiopiam etiam lustrauerit, Sidoniam, & Lybiam. Sed quia non omnium facultates concedunt, neque etiam omni periculo, hoc praesertim tempore, vacat, per varias mundi partes oberrare, multasque urbes ac oppida peragrandò lustrare: Idcirco praesenti opere, variarum historiarum amantes, à peregrinandi labore, periculo, atque impensa liberauimus. Dum acerrimo oculorum sensui, qui reliquos omnes, Aristotele teste, praestantia superat, accuratissimas urbium icones proponimus: quae in tabulis artificiosè depictae, multò apertius de se iudicium praebent, quam si descriptione litteris tantum comprehensa, qualiscunque & obscura earum cognitio quaereretur. Hoc studij genere Carolus Magnus vehementer delectatum fuisse constat, quem tres tabulas argenteas habuisse, Platina in vita Leonis III. commemorat: quarum unam, in qua urbs Constantinopolitana insculpta erat, Basilicae B. Petri: aliam, vbi imago urbis Romae cernebatur, Ecclesiae Rauennati dono dedit. Tertiam filijs reliquit, cui inerat orbis terrarum descriptio, quam auream fuisse plerique scribunt. His porrò urbium descriptionibus, historicas earundem enarrationes coniunximus, ut vbi depictorum oppidorum facies cum ijs Lectores contulerint, praeter urbium oppidorumque situm, etiam ea, quae ad ciuitatem pertinent, aliqua ex parte intelligant. Quod quidem institutum nostrum, non modò gratiam habere, sed & mirificam delectationem, & vtilitatem praebere existimaui. Cum ex eo, & historiarum augeatur cognitio, & quae optima aedificandi ratio sit, diuersorum aedificiorum collatione, perspicere queat: Tum etiam situm, murorum ambitum, & conditionem earum urbium, quae à truculentissimis nationibus, Christianis sunt ereptae, non sine maxima recuperandi spe, spectandas proponat. Ita Alexandrum, quem ex virtute Magnum nuncupauerunt, summa diligentia scrutari solitum aiunt loca, in quibus bellum esset gesturus, semperque eadem picta intueri voluisse, ut picturam illam contemplando, ea dignosceret, quae cauenda, quae uideanda essent. Neque verò est, cur consilium hoc Christianis tandem aliquando noxium & perniciosum fore quis putet, eò, quòd primariae ipsorum urbes fidei hostibus hac occasione contemplandae & discutiendae veniant. Huic siquidem malo, quod quidem haud exiguum fore putabamus, ea ratione occurrimus, dum diuersarum nationum ac gentium diuersum vestiendi cultum & habitum, vtriusque tam praestantioris, quam de-

terio-

P R A E F A T I O.

terioris sexus effigies urbium simulachris appingi curauimus. Quam sanè ob causam immanissimi Turchi, qui omninò nullas, vel sculptas, vel depictas imagines ferunt, nunquam hoc opus, etiam si maximè ipsis emolumento esset futurum, admittent. In his denique urbium enarrationibus eorum scriptis vsi sumus, qui eas ipsi peragrarunt, & oculis accuratissimè perspexerunt, ne quis mihi de ignotis; & nunquam à me visis, multa scribere obijciat. Eos autem auctores iam omnes ex ordine recenserem, sed prolixitatis euitandæ gratia, id omitto. Desiderantur quidem adhuc aliquot urbium typi, quos bellicis præpediti tumultibus, non ita commodè obtinere potuimus. Quòd si itaque Urbium Moderatores, aut quicumque tandem alij, Ciuitatum suarum delineatione, splendoris aliquid operi nostro, historiarum etiam, & picturæ amatoribus, in honesta Litterarum studia, animi propensionem significare, eamque nobis communicare voluerint, suo eas loco collocabimus, neque ipsi à nobis præteribuntur indicti. Ita opus hoc nostrum mirificè multarum urbium genuina descriptione ornauit ac auxit Præstantissimus, Doctissimusque vir, Dominus Abrahamus Ortelius Anuerpianus, hoc nostro tempore insignis Cosmographus, quo optimos quosque honestis Litterarum studijs fauentes, maximo beneficio affecit. Nec minores gratiarum actiones merentur summi illi præstantissimarum artium admiratores, Georgius Hofnagel Anuerpianus Mercator, & Cornelius Chaymox, quorum ille viuos & accuratos Hispanicarum, hic verò aliquot Germanicarum urbium typos, per humaniter nobis communicauit. Idem etiam singulari animi propensione fecit, generis virtutumque splendore Clarissimus vir ac Dominus, D. Constantinus Liskirchius, Florentissimæ Reipubl. Coloniensis primarius hoc tempore Consul: cuius spectabilis omniq; officiorum genere à nobis obseruanda dignitas, earum urbium, oppidorumq; descriptionibus opus hoc nostrum adauxit, quæ ex Africa, Asia, & India pauci vnquã antè depictas viderunt. Nec minus de Cosmographiæ & historiarum studiosis benè mereri voluit Reuerendissimus & Illustrissimus Princeps ac D. D. Gerardus à Grofbeck, Leodiensium Antistes, &c. Cuius Illustriss. Cel. procurante Reuerendo D. Georgio Syluio, eiusdem Diocesis D. Suffraganeo dignissimo, urbis suæ Leodiensis viuam & accuratam effigiem, operi nostro inferendam, pro liberali Illustrissimæ Cel. suæ in studiorum cultores propensione, communicauit. Reliquum nunc est, vt Candidum spectatorem, lectoremque beneuolum peramanter rogem, vt studium nostrum, quo bellissimè eum reficere, & recreare conati sumus, boni consulere, ei que optimè fauere dignetur. Coloniae Agrippinæ,
M. D. LXXII.



MELCHIOR HITTORPIVS

S. THEOLOGIAE L. ET APVD GRADVS MARIAE

APVD AGRIPPINENSES CANONICVS, GEOR-
GIO BRAVN AMICO SVO, S.



VIDI, & perlustraui vrbes, Ornatissime Georgi, & gratias habeo maximas; Nam plurimum me oblectarunt, neque video, soli, solitudinemque amanti homini, quid possit amoenius accidere, quam quod alij diuturnis itineribus fessi, magno cum sumptu, temporisque non parua iactura, vix, vel certè non tam exactè assequuntur, illud apud studia sua desidentem, & his tantummodo fatigatum, oculis, non vnus tantum regionis, sed totius vniuersi vrbes peragrarè, ac perlustrare. Quare cum gaudeam homines doctos, artificiosa huiusmodi inuentione, quæ & oblectet, & commoda sit, atq; utilis multorum otio consulere voluisse; Tum verò te, quem nescio, quomodo in animo meo geram; Nisi, quòd virtus atque probitas, magne esse amoris dicatur, hoc nobis tam pulchrum spectaculū adornasse, theatrumque, erexisse, id mihi etiam ob patriam est iucundissimum. Cui magnum, hoc ornamento, apud omnes exteros, decorem; tibi verò etiam eius grato ciui, sempiternam gloriam, & immortale nomen conciliasti. Vale, & spartam illam tuam, quod facis, exornare perge.



L O N D I N V M.



LONDINVM, vrbs antiquissima, in Midelfexia Comitatu, regione totius Angliæ feracissima & saluberrima, ad flumen Thamesim LX. passuum millia ab Oceano sita, latitudinis habet gradus LII. longitudinis XIX. & XV. minuta. Cuius quidem primum omnium fundatorem Brutum fuisse, constanti historiarum lectione, perhibetur. Is ex Italia in Græciam, inde in Africam, tum in Gallias, ac demum in Britanniam deueniens, ad Tamesim fluuium, situ & oportunitate loci adductus, urbem condidit, Troiamque no- uam appellauit (verba sunt Pontici Virunnij, qui sex, de rebus Britannicis libros cōscripsit, quos integros, vix verbo mutato, ex Gaufrido Monumetensi desumpsit) quæ tandem per corruptionem, Trinouantum, dicta fuit. At, postquam Lud, frater Casibilaui, qui cum Iulio Cæsare dimicauit, regni gubernacula adeptus est, cinxit eam nobilissimis muris, & turribus, arte mira fabricatis, & de nomine suo iussit eam dici, Caier Lud, id est, ciuitas Lud. Deinde per corruptionem nominis, Cærlunda. Et succedente tempore, per commutationem linguarum, Lundene: Et postea demum, applicantibus alienigenis, qui patriam sibi submittebant; Lundres dicta fuit. Mortuus tandem Lud, in hac vrbe sepultus est, iuxta portam illam, quæ hoc etiam tempore, Por lud, Britannicè, Saxonice verò Ludesgate, nuncupatur. Ob hanc autem nominis mutationem, inter prædictum Lud, fratremque eius Neunium, maxima est orta seditio, quoniam vellet nomen Troiæ in patria sua delere. Quam contentionem Gildas historicus & Poeta insignis, copiosè prosequitur. Hactenus Ponticus. Hanc porrò Trenouanti deductionem, Ioannes Zelandus, in Syl- labo dictionum antiquarum Genethliaco Edoardi Cambriæ Principis subiuncto, hunc in modum confirmat. Trenouantum, Britannicè Trenouante, latinè oppidum nouum, vel, vt quidam non ineptè interpretantur, Troia noua dicitur. Quod autem Tre, oppidum significet Britannica lingua, tam notū est, vt comparatione prorsus nulla egeat. Trenouantum olim ea vrbs fuit, quam & Londinum Britanni recentiori vocabulo appellabant. Vt autem præclaræ vrbes sua commutent nomina, non est infrequens. Londini meminit Cornelius Tacitus, libro historiæ suæ decimo quarto. Meminit & Ptolomæus, eo paulò recentior, secutus forsitan Fabium Pictorem, in Britannia descriptione, aut alium quempiam Latini nominis Cosmographum. Quanquam, nisi ego omninò malè iudico, luxatum est Lon- dini vocabulum apud Ptolomæum suo loco. Non enim Cantiorum vrbs fuit: Tamesis ingens æstus Cantios, à Tre- nouantibus indubiè dirimebat. Barbaris etiam Britanniam, vi occupantibus, Londinum Mediosaxonum, & Ostrofa- xonum, non autem Cantiorum erat, &c. Polydorus Virgilius, vir alioqui doctissimus, Trenouantum temerè ad- scribit vrbi, quam nostra ætas Northeamton, ad differentiam Sutheamton, corruptè pro Northeauondune appel- lat, &c. Hæc Ioannes Zelandus, in gratiam Trenouanti sui. Nobilis ille fluuius Thamesis, primò Isis nominatus, paulò suprà Vinchelcombiæ vicum oritur, deinde riuus passim auctus, citra Oxonium cum flumine Thami, iunctis a- quis, nomen quoque coniungit. Ad extremum immani maris æstu (quibus, vt ait Gemma Frisius XXV. horarū spa- cio, amplius LXXX. passuum millibus fluit, ac refluit) excipitur, atque nauigabilis ac vastus, permagno mortaliū com- modo, ipsam urbem alluens, in Oceanum influit. Hæc vrbs, & per se maxima est, & suburbia habet amplissima, nec non & arcem (Turrim appellatam) pulcherrimè extructam. Aedificijs verò atque templis, magnificè ornatur, vice- nis suprà centenas sacris ædibus (quas Parrochiales vocant) venerabilis. Meridiem versus, lapideum pontem obtinet, longa & miranda operis arcuati serie constructum, super cuius dorso domicilia vtrinque, ea dispositione & ordine cernuntur, vt perpetui ferè, vici speciem, non pontis exhibeant. Paulus Iouius clarissimas Britannia vrbes describens: Harum omnium, inquit, famam Londinum penitus obscurat, Trinobantum, vt plures existimant. Ciuitas C. Cæsari nuncupata, totius Britannia Regia, multarum gentium commercio nobilitata, exulta domibus, ornata templis, ex- celsa arcibus. Et deniq; rerum omniū copia, atque opū affluentia, valdè mirabilis. Inuehit in eam totius orbis opes, ip- se Thamesis statis horis Oceani æstibus superbus & tumidus, onerarijs nauibus ab ostio per sexaginta millia passuum ad urbem, tuto semper & præalto alueo nauigabilis. Ripas vndique peramœnæ villa, prædijs atque nemoribus distin- ctæ, passim exornant. Ab inferiore, scilicet parte Regia domus, Grinuicia, ita Anglicè à viridarijs appellata: & in su- periore, Prætorium, nomine Ricemundum, in medio autem nobilis structura exurgit, Vestmonasterium, ab occidua parte vrbs, Foro iudiciali, ac D. Petri templo Regum sepulchris exornato longè clarissimum. Atque item vigesimo lapide à Londino Regium castrum Vindosoria sededentis Regis peramœna sede, aliquotque Regum sepulchris, & Garetteriorum sodalium cæremonia percelebre. Olores autem agminatim, læto occurfu, & festiuis cantibus subeun- tes classes excipiunt, atque vndique retia siluris atque salmonibus expanduntur. Iungitur ad urbem lapideum ponte structura mirifici operis, nec vllis imbribus augetur, cum vnus tantum æstibus intumescat. Secundum Thamesim & aquarum mole, & longitudine cursus cæteros exuberant, Humbrus, recepto Trenta in immensum adauctus, qui o- lim Habus fuit, & Sabrina, margaritis etiam nobilis, qui è summis V Vallia montibus raptis secum multis torrenti- bus, in Bristolicum sinum effunditur. Hactenus Paulus Iouius. Londinum porrò, teste Polydoro Vergilio, ab Ar- chenini Regis vsque temporibus, Regia ciuitas est, & Regni caput, ciuibus & alienigenis frequentissima, diuitijs atq; opibus affluens, emporio celeberrima. In ea Reges diademate Imperiali insigniuntur, Regnoque cæremonijs splendi- dissimis, inaugurantur. In ea Concilium (Parlamentum dicunt) celebratur. Administratur autem antiquo Britanno- rum Regum priuilegio à XXIII. ciuibus, quos Angli Aldermannos, quasi seniores vocant. Ex quorū numero Præ- torem urbanum, Maiorem eorum lingua appellatum, Tribunosq; duos, Sceruios vocatos, ipsimet annua cōmutatio- ne eligunt: qui in iure dicundo legibus municipalibus vtuntur. Mira eruditissimorum virorum, cum in vniuersa Bri- tannia, tum in hac potissimum vrbe semper extitit fertilitas, qui inter scriptores celebratissimi enituerunt: Quorum seriem Georgij Lilij Britanni Elogia, ad Paulum Iouium, accuratè recensent. Laonicus Chalcondilas Athenis degēs, græcè Britannicas insulas describens, inter cætera inquit: Habet vrbes magnas, & opibus florentes, nec non vicos quamplurimos. Rex eam gentem imperio temperat. Londras Regni Metropolis & sedes habetur, viris, potentia & opibus reliquas vrbes antecedit, diuitijs quoque, & reliqua fœlicitate omnes vrbes occidentem spectantes facilè supe- rat. Flumen istam urbem alluit magnum & rapidum, quod in Gallicum mare effunditur, ab vrbe stadijs decem, & du- centis, ibique restagnat, adeò, vt facilè nauibus hanc ad urbem accedere liceat.

LONDINVM FERACISSIMI ANGLIAE REGNI METROPOLIS




Hæc est regio illa totius Angliæ ciuitas LONDINVS, ad fluvium Thameſim ſita. Cæſari, ut plures exiſtimant, Trinobantium nuncupata, multarum gentium commercio nobilitata, exulta domibus ornata templis, excelsa arcibus, claris ingenijs, viris omnium artium doctrinarumque genere præſtantibus, percelebris. Denique omnium rerum copia, atque opum excellētia mirabilis, ſpūchit in eam totius orbis oſes ipſe Thameſis, onerarijs nauibus per ſexaginta milia paſſuum, ad urbem præalto aluedo nauigabilem.



STILLIARDS) Hæc, Gothica diſſio, conuentum, vel congregationem ſonans, multarum ciuitatum eſt confœderata Societas, tum, ob præſentia Regibus, ac Ducibus, beneficiâ: tum, ob ſecuram terræ, marique, mercaturæ tractationem, tum denique, ad tranquillam Rerumpublicæ, pacem, & ad modicam adoleſcentum inſtitutionem conſeruandam, inſtituta: plurimorum Regum, ac Principum, maxime Angliæ, Galliæ, Daniæ, ac Magnæ Mſcoviæ, nec non Flandriæ, ac Brabantiæ Ducum, cuius præſentibus, ac immunitatibus, ornata fuit. Habet ea quatuor Emporia, Cuntores quidam vocant, in quibus ciuitatum negotiatores reſident, ſuosque mercatores exercent. Horum alterum hæc Londini, domeſtica oconomia nititur, habens domum Gildhallæ, Teutoniam, quæ vulgo Stilliard, nuncupatur.





OLISIPO NVNC LISBONA



LISIPO NEM inter antiquissimas Hispaniæ vrbes annumerandam esse vetustissimi quique scriptores testatur. Hanc Varro Olisiponem, & Ptolemæus Oliosiponem appellant, Plinius Salatiam & Iubiam foelicem, Strabo verò Vlyssæam & ab Vlyssæ conditam, ex verbis Myrliani videtur asserere. Antiquæ vrbis Olisiponis situs, collem excelsum ad Tagi ripam deductū vsq; antiquitus solummodo occupabat, nunc verò plures montes ac valles magnitudine complectitur. Ab hac parte, qua meridiem respicit, vetus Regia amplissima, magnificoq; opere pulcherrima conspicitur, quam ad sanctos vulgò dicunt: Versus aquilonare, vrbis cornu, nobilissimum vestalium D. Claræ cœnobiū ad Tagi crepidinem fermè attingit: Meridionale vrbis latus mari alluitur, reliquæ tres partes aditum habent à terra. Itaque quinque vallibus collibus totidem feracissimis & iucundissimis, vrbs tanto spacio complectitur, vt vniuersus eius ambitus septem millibus pas-

uum designari possit. Interior verò eius amplitudo & magnificentia maxima est. Domorum siquidem amplius, quàm viginti millia inesse constat, earumq; ingens multitudo tam principum virorum, nobilium, quæ, quàm etiam priuatorum hominum eleganter & sumptu propè incredibili constructa est. In littore fontes quàm plurimi, ex diuersis vrbis partibus per ductus subterraneos oriuntur, è quibus populus aquationem facit. Porro omiſſis, breuitatis causa, pulcherrimis huius vrbis ornamentis, Olisipo septem imprimis ingentibus ædificijs magnificentissimè extructis hoc tempore illustratur. Horum primum Misericordiæ templum est, quadrato vndique lapide eleganter ædificatum, cuius qui curam gerunt, Misericordiæ fratres vocantur, qui ærarium, quod ex fortuitis tantummodò hominum piorum largitionibus elemosynisque conflatum est, summa fide administrant, ex quo amplius, viginti quatuor aureorum ducatorum millibus in singulos annos constat egentibus erogari. Secundo loco, sequitur alterum misericordiæ, ac humanitatis exemplum, veletudinarium videlicet, commune pauperum, infirmorumq; hominum nomine omnium Sanctorum. Tertium est monumentum, à D. Petro, Ioannis Regis, huius nominis primi filio, sumptu publico cõstructum, vt externarum gentium, Regi, mq; legatis, eo loci hospitium præberetur, domus reuera amplissima, mirificoq; opere admodum cõspicua. Quartum est ædificium Regis Ioannis, hoc nomine tertij, perpetua memoria dignissimum, quam domum frumentariam Reip. ac quasi Lusitaniæ nutricem, meritò nominare possis. Post huius tergum, nouum Prætorium inhæret, ipsam maris crepidinem attingens, cui meritò ædium magnificentia, & operis pulchritudine, quintum in hoc ordine locum tribuendum esse, diximus. Sextum monumentum opere admirabili factum videtur, præda, spoliisque multarum gentium Regumq; refertissimum, quod ab Indicis negotijs, quæ ibi pertractantur, domum Indicam vulgus appellat. Septimum monumentum publicum est, armamentarium, ingenti armorum omnis generis copia, refertum. Olisipo, ex ea parte, qua mari alluitur, portis XXII. distinguitur. Pars verò, quæ continentem respicit. XVI. Turribus autem, per murorum gyrum LXXVII. munitur. Parochiæ XXV. numerantur. Hæc Damianus Goes, Eques Lusitanus, qui peculiari libello accuratissimè hanc vrbem descripsit. Ex quo plura in Indice adiecta, beneuolus lector inueniet.

CASCALE ET BETHELEEM OPPIDVLA



Ab Olisipone Aquilonem versus, oppidum Cascale situm est, quo naues onerariæ in anchoris consistentes, accedente maris æstu auram operiuntur, portu vadoso, alioqui & anfractuoso. Modico inde interuallo, aduerso etiam flumine, sinus in cubiti formam efficitur, in cuius fronte sacellum est diuini Iuliani, supra quod aliud D. Catharinæ sacrum. Tum eodem latere obliqua ripa proprius ad vrbem accedenti. Bethелеem oppidulum, & ibi templū ingens diuæ virginis dicatum, vnà cum cœnobio Monachorū, qui diui Hieronymi vitæ institutum professi sunt, sese offert, incredibili sumptu, ac magnificentia constructum, diui Emmanuelis Regis monumentum, quod dum viueret, sibi ipse designauit, erexitque. Magnam tamen ipsi operi accessionem Ioannes III. Emmanuelis filius fecit. De qua re, extat ibi in arcu, celebre Rescendij, bestalibus literis tetraſtichon.

*Vasta moles sacrum diuina in littore matri
Rex posuit regum maximus Emmanuel.*

*Auxit opus hæres regni & pietatis vterq;
Structura certant religione pares.*



L I S B O N A .



OLISIPO, SIVE VT PERVE-
TVSTA LAPIDVM INSCRIP-
TIONES HABENT, VLYSIPO,
VVLGO LISBONA FLORENTIS
SIMVM PORTVGALLIA EMPORIV.


Com Privilegio.

CASCALE Lusitania opp.



Bethelren





TOLETVM



TOLETVM, Plinio & Taraphæ Serezola, Hispaniæ umbilicum obtinere videtur, cuius inæqualis cliuosus, & asperior situs, satis difficilem in eam ascensum præbet. Maiorē eius partem nobilissimus ille fluuius Tagus, aureis celebratus arenis, alluit, & ab hostium tueretur conatibus. Reliqua verò pars, quæ ad arcticum polum spectat, muris validissimis, & centum quinquaginta turribus tuta est valdeq; munita. Hanc ab Hercule edificatam esse, fabulantur pleriq;. L. Marineus Siculus & Tarapha ex Boderico Toletano eam conditã commemorant à Tolemone & Bruto Consulibus, annis, CVIII. antè quàm Iulius Cæsar regnare cepisset. Est autem in præstantissima hac vrbe magnus equitum numerus, & illustrium virorum splendor maximus, ciuiumq; frequens & maxima multitudo: Sacerdotibus etiam est venerabilis, & disciplinis liberalibus exulta, artibusq; mechanicis & officijs adornata, mercatorumq; commercijs admodum diues, præsertim lanificio & serico, quibus duobus officijs viuunt in hac vrbe hominum milia ferè decem. Diuiditur Toletum in regiones tres & viginti, eas amplissimum & pulcherrimum nobilitat templū, quod omnes sacras ædes, & forma conspicua, & magnificis ædificijs, Sacerdotumq; ministerijs, & ditissimis ornamentis antecedit. Huius Ecclesiæ Archiepiscopum Vrbanus II. totius Hispaniæ primatem instituit. Hinc Toletanus Antistes, secundus à Rege, non dignitate solùm & auctoritate, verùm etiã populis, vestigalibus, atq; potentia, sub cuius imperio, præter alios minores populos, oppida nobilissima ac memorabilia XVII. gubernantur. Sunt & hic permulta monachorum & monialium monasteria, Fora venalia, XVII. in quibus omnium rerum copia semper abundat. Sunt & Hospitalia duo, quorum alterum redditus habet ducatorum millia quinque, quibus infirmi curantur, & infantes expositi aluntur, quorum quidem semper magnus est numerus. Alterum verò, cuius redditus propè duo millia ducatorum, in quo curantur homines Gallico morbo laborantes. Est & aliud memorabile, vbi degunt & aluntur homines sensu carentes, in quo præterea duodecim senes & vita probi, qui labores ferre, & victum quærere nequeunt, aluntur. Vicos autem propter domorum frequentiam densitatemq; plures habet angustos, qui propter ascensum & descensum sunt ambulatu difficiles. Cæterum domus magnæ sunt, & intus pulchriores ac commodiores, quàm foris videntur. Seruiunt Toletanæ ciuitati tanquam dominæ multis & varijs rebus oppida multa, pagorumq; maximus numerus. Qui quidem ciuitatem diuitem faciunt, & rebus omnibus abundantem. Hæc L. Marineus Siculus lib. 2. de Lusitania.

PINCIA VVLGO VALLADOLID.



PINCIA oppidum, omnium, quæ sunt in Hispania, maximum ac nobilissimum, quod Vallisoletum, vulgò Valladolid vocant. De quo L. Marineus Siculus lib. 3. de rebus Hispaniæ hunc in modum scribit. Huic oppido quas vrbes & ciuitates anteponam non inuenio. Est enim in optimo loco situm in Pisuergæ fluminis amœnissima ripa, liberalibus disciplinis & mechanicis artibus exultum. Aedificijs, sacris, ædibus cœnobijs & duobus collegijs ornatissimum. Mercatorum commercijs & omnium rerum copia ditissimum. Vicis, plateis, muris illustre, Campis, fluminibus, hortis, fontibus amœnissimum. In quo præter alias res memorabiles, forum est venale amplissimum & pulcherrimum. In cuius ambitu, qui passus septingentos amplectitur, trecentas & triginta ianuas, & fenestrarum tria milia numerauimus, & omnia vidimus officia. Huic foro coniunctus est vicus conspicuus, qui ab argentarijs opificibus Argentarius dicitur. Quapropter hoc oppidum cum ciuitas non est, multis tamen ciuitatibus, etiã primarijs non immerito præfertur. A regibus Hispaniæ præsertim qui hoc oppidum quasi domicilium placidissimum frequentant. In quo omnes ferè Hispaniæ magnates ædificant & libentissimè morantur. Hinc Orientem versus Cabeconiana sublimis arx aspicitur supra fluminis eiusdem ripam. Vnde non longum distat oppidum Donia, soli fertilitate diues, & Catholicorum Regum coniugio memorata. Item Palentia nobilissima ciuitas in amnis Carrionis margine sita, vbi quondam literarum gymnasium fuisse memorant, quod postea Salmaticum translatum fuit. Porro, cum multis de causis celeberrima sit Pincia, multo tamen magnificentiorem eam reddidit optatissimus D. Philippi Regis Hispaniarum ortus: Quem quidem maximum & potentissimum Regem, non alibi, quàm in potentissima pulcherrimaq; vrbe nasci conueniebat.

GRANATA.



VI topographicam Hispaniæ enarrationem literarum monumentis tradiderunt, ij præstantissimum hoc Regnum in Prouincias quinque partiti sunt, Terraconensem, Galatiam, Lusitaniam, Bethicam & Carthaginensem. Granatæ autem Regnum regio quædam est media inter Bethicam prouinciam & Carthaginensem, vel potius pars vtriusque. Cuius quidem regionis longitudo, est passuum millium circiter ducentorum, & latitudo ferè centum, patetque circuitu ad passuum millia septingenta. Est enim longitudo ab Ronda vsq; ad Oseam, latitudo verò ab oppido Cambili vsq; ad mare Mediterraneum, & portum Almugnearis. Qua ad meridiem spectat, ab vna parte planicies habet amplas, & fertiles campos. Ex altera Beslanos montes altos, & ascensu difficiles. Huius Regionis metropolis est ciuitas Granatensis, de cuius quidem fundatore ac tempore, quo ea ædificata fuit, mihi non bene compertum est, inquit Marineus Siculus. Fuisse autem quondam situ paruum, credendum est, & à Mauris propter oportunitatem loci, magnamque fertilitatem Indies auctam nouis ædificijs ac densissimis ædibus, hæc ego facio coniecturam, propterea quòd veterum scriptorum de tam insigni vrbe, tamque populosa, & memorabili, neminem scripsisse comperio. Sunt autem plerique qui non Granatam, sed Gar Natæ dicendum existimant, eo quòd Punica siue Arabica lingua, Gar, antrum significat, quòd in ea vrbe à Nympha, nomine Natæ colebatur. Itaque nomen vrbis Gar Natæ, hoc est, antrum & speluncam Natæ Nymphæ fuisse volunt, Alij Granatam Eliberæ nomen fuisse contendunt, à quadam fœmina generosa, quæ & vrbis portæ, qua fuit ingressa, de suo nomine, nomen dederit. Sed hæc denominatio nec Marineo Siculo, nec Vafæo tomo primo chronici Hispaniæ cap. 20. probatur. Alij denique Granatam dictam opinantur à Cocco, cuius in ea Prouincia magna copia legebatur, quam rem Granam Hispani vocant. Ego verò vrbem Granatam dictam fuisse arbitror, à mali Punici, quòd & Granatum vocatur, similitudine. Nam vt malum Punicum granosum est, & acinis, hoc est, granis densissimis refertum, sic & vrbs Granata densissimas domos & dehiscens granati similitudinem habet. Vniuersa igitur Granatensis ciuitas communi nomine Granata vocatur, colles binos & altos, ac quasi montes complectitur, quos Darrus amnis per vallem mediam fluens, diuidit: cui quatuor vrbis Regiones primariæ, situ quasi separatæ, appellationes diuersas imponunt. Ea vrbs Regio, quæ loca magis decliua & valles occupat, quæ & maximo decoratur templo, Granata dicitur. Reliquæ verò duæ binos occupant colles, quarum altera solis spectans exortum, & Regio palatio illustris, Sierra del Sol, Altera autem El Aluefin, nominatur. Quarta verò vrbis Regio, temporis deinde successu, ob maiorem populi, & incolarum frequentiam Granatæ coniuncta, Antiquerula dicitur. Primæ vrbis regionem, quam Granatam nuncupari diximus, Ecclesiastici, ac viri nobilitate & opum magnificentiâ illustres, præpotentes quoque mercatores tanto numero inhabitant, vt vici, qui plurimi sunt, ob incredibilem ædificiorum frequentiam plerique sint angusti, & item plateæ, foraque venalia. Quæ tamen à Christianis, post Granatæ expugnationem, ampliora facta sunt, & illustriora. Hinc fit, vt hæc vrbs regio præ cæteris magnifico ædificiorum splendore nitescat, & hortis, arboribusque venustè cultis, gaudeat, in quibus magna lemonum copia inuenitur. Est in hac vrbs parte longè maximum templum, quòd sumptuosissimo ac mirabili opere cœptum est ædificari, ea propemodum forma, qua ad S. Mariam Rotundam Romæ conspicitur, habens altare in medio. In æde hac sacra, sacellum est splendidissimū, in quo Ferdinandus Hispaniæ Rex cum Coniuge sua Isabella, qui Granatensem hanc vrbem Maurorum tyrannidi, Anno à Christo nato M. CCCC. LXXXV. eripuit, sepultus iacet: Ab eoque tempore recepta lege & consuetudine maiorum obseruatum fuit, vt Hispaniæ Reges in hoc sacello sepeliantur. Rari itaque operis Regum monumenta ingenti impensarum sumptu perfecta, sacellum templumque hoc Granatense illustrant. Iuxta est perantiquum Maurorum Phanum, Mesquita, eorum lingua nominatum. Est in hac quoque vrbs Granatensis regione summum æquissimum Iudicum tribunal, quo extremæ omnium Iudiciorum appellationes diriguntur. Qui huic Iudicio præsent, Oidores appellantur. Et dū in tribunali serico, auro, argentoque magnifice ornato, res in controuersiam vocatas discutunt, Regiam Maiestatem ipsam representant, eaque salutantur reuerentia, ac Maiestas Regia coram esset. Est & hic platea magna & plana, nuper à Christianis instructa, quæ Biuarambulam Mauri vocant, & arenariam significari dicunt. In qua fons est excelsus & insignis. Cæpæ præterea totus in circuitu dealbatus ædibus, crebrisque fenestris conspicuus. Huic plateæ, foroque venali domus coniuncta est, quam Alcaceriā vocant, in qua tabernulæ sunt numero ferè ducentæ. In quibus serici panni, cæterarumque rerum merces quotidie venduntur. Domus hæc, quæ parua ciuitas dici potest, cellulas habet multas, & decem portas. In quibus transuersis catenis, ferreis, propter vicorum angustias, & negotiantium frequentiam, ingressus equitantibus prohibetur. Cuius præfectus noctu foribus clausis, nocturnas habet excubias, & vigiles canes. Et nomine Regis à singulis tabernis vectigal exigit. Quin etiam Darrus amnis Granatam irrigat. Qui supra hæc vrbem ad passuum millia septendecim ex alto iugo montis oriens, omnibus ferè ciuitatis domibus aquas abundè suffundit, & aurum quærentibus suppeditat, quòd ex eo purissimum inuentum esse vidit amplissimus, multoque rerum vsu, & experientia clarissimus vir D. Georgius Hofnagel negotiator, & cuius Anuerpianus, qui & hanc Granatæ picturam manu sua artificiosè delineatam, ipsamque enarrationem historicam, Flandrico idiomate conceptam, perbenignè nobis communicauit. Cuius quidem industriam vehementer demiror atque exosculor, quòd in hac arte nullo vnquam sit vsus magistro. Ea propter Bernardus Gentilis Poëta, & Orator insignis, hunc amnem, Daurum, quasi dantè aurum appellare solebat: vulgo autem balneum pecoribus salutiferum dicitur, eo, quòd hæc aqua, omnia morborum genera, in animalibus curet. Vtraque ripa varijs multisque Dauri coniungitur pontibus, quorum vnus hic Granata admirabili structura videtur, habens in medio fontem magno cum impetu, copiosam ac lymphidam aquam scaturientem. Quam plurimi etiam fontes in hac vrbe passim, agroque vicino, salubri naturâ & conditione inueniuntur, adeò, vt spacio millium septem & viginti, sex & triginta fontes oriantur. Sequitur nunc altera vrbs regio, quæ Alhambra nomen habet, quam Mauri sua lingua rubram significari dicunt. Et hoc nomine dici, vel à conditore, homine rufo, vel à rubra terra, quæ nunc etiam in ædificijs cernitur. In ea est Regum Granatensium palatium vetus, vermiculato marmoreoque lapide permagnis sumptibus olim constructum. Cui quidem arci, siue loci amœnitatem, siue gratissimum multorum fontium murmur consideres, nihil ad voluptatem defuit. Est etiam hic nouum Hispaniarum Regis palatium, tantâ magnificentia, forma, ac venustate conspicuum, vt & fidem propemodum, meamque in scribendo facultatem excedat. Adeò, vt totius Vniuersi mirabilibus non annumerari modò, sed & optimo iure, queat præferri. Domum hanc Regum delicias non immeritò dixeris. Situ, tamque amœno excellit prospectu, vt incredibili oblectatione oculorum sensum afficiat. Quaque enim versus ex ea prospexeris, habes, quòd naturæ ac Dei bonitatem, agrique Granatensis foelicitatem admireris. Versus solis exortum atque Meridiem altissimi montes, perpetua niue vel æstiuo tempore, menseque Quintili, regnante canicula, candentes sese offerunt. Ideoque niuosi dicuntur. Quo verò vsque in Septentrionem atque occasum, oculorum acies se extendere potest, per amœna planities, lætis admodum floridisque pratis, ac omne frugum genus summa abundantia proferens, videtur. Adeò, vt ex arborum folijs, quibus sericū conficitur, præter multas serici libras vectigal aureorum millium ferè triginta quinque Reges consequantur. Quin etiam hanc alteram vrbs regionem ad montis radices, domus, Generalypa, delectationis, voluptatisque gratia à Maurorum Regibus ædificata commendat, vbi arte conficæ syluulæ, arbores patentibus ramis, generosis fructibus graues, lepimenta reticulata, feræ bestiarum frequenti numero conspiciuntur: nec sua etiam auribus, ex suauissimo fontium vndique discurrentium murmure, hoc loci oblectatio deest. Tertia vrbs regio, El Aluefin duos complectitur colles, admirandâ ædium frequentiam cultos. Quæ, quia à solis Mauris quondam habitabatur, non altera ciuitatis regio, sed diuersa planè natio habitata & idiomate à reliquis Granatæ incolis separata esse videbatur. Agricultura & serici textrinis vt plurimum victum quærebant. Et quantum vxorum luxui serico, auro, argenteo, ac præstantiore vestitu indulgere, tantum sibi viliori habitu viri solebant adimere, sacco semper onusti, etiam si prædiuites, incedentes, vt qualiacunque onera mercedis consequendæ gratia petentibus ferrent. Nomen, fidemque Christo tum pietate, tum poenarum metu dederunt. Quarta denique regio, Antiqueruela, situ plano, complures etiam domus habet, in quibus bombycinus, cuiusuis generis pannus conficitur. Vrbs passuum millia circiter duodecim circuitus complectitur, totus vndique moenibus cinctus, & mille triginta propugnaculis tutus. Portæ, quæ sunt numero XII. ad occidentem faciles habent exitus, & campos amœnos. Cæteræ verò ad Orientem, subdifficiles. Est autem in vrbe Granata, totaque eius regione, omnium rerum, quæ sunt ad hominum vitam degendam, & cultum necessaria, magna fertilitas, & saluberrima semper aeris, coeli que temperies. Vbi neque tellus nimio solis ardore torretur, neque frigore contrahitur, & incolæ perpetuo temperamento perfruuntur. Hæc, partim ex Marineo Siculo, partim ex Georgio Hofnagel.

Oriens.



Septentrio



Occidens.

BARCINO.





BARCINO, pulcherrima, citerioris Hispaniæ ciuitas, in Mediterranei maris littorē sita, ab Amilcare, cui Barca cognomen, anno ante aduentū Christi fundata, vt in Eusebio computatur, CC. XXXIII. quem Carthaginenses cum iusto exercitu in Hispaniā miserant, à Vafæo, Tarapha, & Floriano de Campo, cap. XIII. lib. III. perhibetur. Anno Domini DCC. XCIII. Iacobus Meierus in chronico rerum Flandricarum, & Platina in vita Leonis III. Barcinonem, à Carolo Mauris ereptam, & Christianis esse traditam, affirmant. Quamuis deinde graues à Mauris calamitates perpeffa fuerit, L. Marineus Siculus, principio libri noni, de Barcinonæ comitibus refert. Raymundus Berengarius, eo nomine primus, Barcinonæ Comes, militari virtute præclarus, Ecclesiam Cathedralē Barcinonensem, sedente Guilaberto pontifice sub honore S. Crucis, sanctæq; Eulaliæ, Anno ab incarnatione Iesu Christi. M. LVIII. condidit, priuilegiaq; plura concessit, terminos Episcopatu præfixit, eandemq; Ecclesiam, pluribus muneribus, redditibusq; dotauit, & in eadem Ecclesia, vnà cum Almode coniuge, sepultus fuit. In cuius sepulchro, quod adhuc cernitur, intus Epigramma receditum est. Hic est Raymundus Berengarius, Princeps Barcinonæ, Comes Gerundenfis, & Marchio Aufonenfis, qui mortuo patre, Berengario Comite, non tantum partem Barcinonæ principatus à Mauris occupatam, recuperauit, verum etiam Reges duodecim Maurorum, campestri prælio victos, sibi tributarios fecit: vnde cognomen sortitus est: Propugnator, & Murus Christiani populi. Extant etiam Barcinonæ, alterius monumenti vestigia, in vico paradisi, sublimiore eius vrbis parte, nempe Athaulfi, Hispaniarum regis, & non Herculis, vt fama habetur. Sepulchri eius, authore Hieronymo Paulo Barcinonensi, Author est Tarapha. L. Marineus Siculus lib. XIII. de Aragoniæ regibus, mirificè hanc vrbem his verbis commendat. Barcino ciuitas illustrissima, principibus, equitibus nobilissima, omnibus rebus, quæ ad viuendi vsum pertinent, ditissima, omnium ferè ciuitatum terra, mariq; potentissima, multis magnisque rebus domi, forisque gestis, clarissima, adè, vt eius nomen atque potentia, non immeritò Hispaniæ, Galliæ, Africæ, cæterarumq; nationum principibus timori vel maximo fuerit. Florebat enim non solum maximis opibus, ac diuitijs, sed etiam plurimorum virorum prudentiâ singulari, optimis moribus & institutis. Ciues omnes, in administranda Republica, atque adaugenda, quasi veterum Romanorum ordinem, moremque sequebantur. Qui nihil nunquam nimis, sed omnia tam publica, quam priuata, pro modo, rationeque faciebant. Non igitur illorum diuitias, resque familiares vllæ discordiæ, non lites, non iudicia, non iurgia, non seditiones, vt in plerisque fit, minuebant. Quippe, qui ratione potius, naturaque, quam legibus viuere malebant. Nobiles, armis & equis, officijsq; militaribus studebant, hisque sese exercebant, & aduersus hostes feroces erant. Mercatores honestissime cõmercia tractabant, In quibus exercendis, non tam quæstus auidi, quam verè fideles, ac liberales erant. Sacerdotes, & omnes qui rerum sacrarum curam gerebant, piè, sancteque semper viuebant, summaq; veneratione atque timore, diuino cultui, sacrisque rebus incumbebant. Reliqui ciues, cuiusq; ætatis, aut liberalibus, aut mechanicis artibus, quibus erat cultissima ciuitas, operam dabant. In qua nemo circumferanimus, id est, desidiosus & inanis erat, sed honesta alij alia negotia exercebant. Itaque nemo malus, nemoque pauper, sed optimus quisque erat, atque ditissimus. hac fama ciuitatis non ex Hispania tota solum, sed ex alijs quoque multis nationibus homines huc vndique quotidie conueniebant, ciuitatemq; libenter incolentes, indies maiorem ditioemq; faciebant. Hinc præterea multæ ciuitates, ordinem, moremque viuendi sanctissimū, hinc exempla Reip. pulcherrimæ, hinc cæteras bonas artes imitabantur. De conditore tamen eius affirmare nihil ausim, siquidē omnium, qui de ea scripsere, de authore incerta opinio est. Nam quod nonnulli de Barcinona pueriliter fabulantur, ego quidem nō minus falsum, quam ridiculum existimo. Cæterum, fuit olim ciuitas situ admodū parua, & à littore maris, vno ferè stadio remota. Pulchra tamen ædificijs, & altis tota mœnibus clausa. Fuerunt & ciuitatis portæ quatuor, in totidē mundi partes vergentes, æquo ferè omnes inter se spatio distantes, quæ adhuc extant, & in ipsius penè ciuitatis vmbilico visuntur. Postea verò crescente hominum multitudine, bis vndique magnificis ædibus, & cõspicuis sanctorum templis, bis etiam præualidis muris, superbisque turribus, cincta est. Quæ quidem etsi magnitudine nonnullis vrbibus cedit, ædificiorum tamen elegantia, littoris amœnitate, viarum munditie, vicorum rectitudine, æqualitate domorum, amœnissimis hortis, quos varijs arboribus & nonnullis palmis, quæq; domus cultissimos habet, forma denique rerum omnium, & excellenti pulchritudine, meo quidem iudicio, cui absit inuidia, cunctis profectò ciuitatibus est anteponenda. Plura præterea de hac ciuitate, memoratu digna, narrare possimus, quæ, ne longius ab incepto discedamus, omittimus.

ASTIR SIVE ASTIGIS. VVLGO ECIIA.



ECIIA, mediterraneum Hispaniæ Beticæ oppidū, Astir, siue Astigis, ab Astir, auriga Mennonis, qui interfecto apud Troiam hero, in Hispaniā, nauigauit adserente Tarapha, constructum & denominatū fuit. Eius potissimum diuitiæ, & negotiatio, in lanæ mercatura consistit, eò, quod solum vndequa; foecundum atq; compascuū, ouibus abundè pabulum subministret. Hinc infiniti ouium greges per agros, colles, ac valles, quibus ager vicinus abundat, quouis tempore oberrare videntur, vnde huius oppidi incolæ, partim ex domesticis ouibus, partim ex lana quam huc rustici, statutis comportant temporibus, quæstum ingentem faciunt. Cui quidem occasione riuulus, vulgò, Chenil nuncupatus, per oportune deseruit, qui ex niuosis montibus iuxta florentissimam, opulentissimamque Granatensium vrbem oritur. Cuius aqua, lanæ abluendæ ac purgandæ, & pecorum morbis curandis, multò magis, quam vlla alia, idonea est. Vnde balneum, pecoribus salutiferum, L. Marineo adserente, accolis dicitur. Amnis iste, aurum quærentibus donans, modicis initijs scaturiens, iucundissimum Granatensem agrum, ingreditur, ipsamque vrbem intersecat, & eam Granatæ regionem, cui Alhambre nomen, ab altera, quæ Alcaziam dicitur, per vallem mediam separans. Ibidem Darrus, vulgo autem El Rio del Oro, nominatur, & ad sericam bombycis telam eluendam, parandamq;, accolis oportunus est. Inde verò per loca compascua & plana, quæ, La vega de Granata appellantur, delabitur, aliamq; denominationem, nimirum El rio Frio, sortitur. Vnde ad hoc tandem oppidum descendit, cui loci mutatio, rursus aliud supeditat nomen, nimirum, El Rio Chenil. Hæc eximio coniungitur ponte, ex lapide viuo fornicato, qui facilem, ad hoc oppidum, præbet accessum. Iuxta est supplicij locus, El Roillo appellatus, vbi columna, continuo ex saxo, stupendæ magnitudinis, videtur, ex qua fontes atq; malefici, delictorum ac scelerum causa, semisaltum spectatoribus præbent. Vafæi chronicon, in catalogo Episcopatum Hispaniæ, Astigitanum recenset, qui in Betica Hispali superat, nunc est Archidiaconatus Hispalensis Ecclesia.



CIVITAS BVRGENSIS.



BVRGOS, celebris admodum & antiquissima Galleciæ ciuitas, quam Burgensem nunc vocant, & Masburgi dictū fuisse quondam legimus. Quæ dicebatur & Auca, quod nomen mihi vero similius esse videtur, propterea quod etiam montes apud eandem urbem nunc Ocani dicuntur, & Aucani melius dicerentur. Tametsi Plinius non Aucam, sed Ceucam nominauit. Est autem Burgenfis ciuitas, vt diximus, antiquissima, multisque rebus insignis, & inter primarias vrbes totius Hispaniæ merito referenda. Cuius incolæ non ociosi, non circūforanei sunt, sed omnes, non modo viri, sed etiam fœminæ labore manuum suarum victum querunt, & honestissimè viuunt, & alij disciplinas liberales exercent. Mercatores, qui ciuitatem opulētam faciunt, fideles sunt & liberales. Sacerdotes diuini cultus, & rerum sacrarum studiosi, diuinis officijs & literarum studijs diligenter incumbunt. Magistratus, & Reipublicæ gubernatores, communibus commodis rectissimè prudentissimèque prospiciunt. Sic itaque cunctis ciuitatis ordinibus officium suū liberè recteque facientibus, tota ciuitas indies augetur, indies magis illustratur. Equites, qui plures in ea sunt & potentes, immunitates, leges & priuilegia, quib. ciuitas gaudet, cōseruare ac tueri diligētissimè studēt. Est præterea ciuitas magnis & pulchris, nec minùs cōmodis ædificijs adornata, Foris venalibus, plateis, vicis, pontibus, templis, cœnobijs, amnibusexculta: cuius ecclesia maior, intus & extra, opere est & ædificio mirabilis. In qua res diuina sæpenumero celebratur, cantoribus & organis, in quinque sacellis, inter se distantibus, nec alijs alios perturbantibus. Ex sacellis verò & sacrarijs, quæ multa sunt, illud vnū Castellæ Comestabilis conspicuum atque ditissimum, non Ecclesiæ solūm Burgenfis, sed etiam cunctis ciuibus magno est ornamento. Sunt & extra urbem domus hospitales, quæ regiæ dicuntur, insignes & memorabiles, & maximi census. Quarum institutiones & ordines viuendi, qui sancti sunt, & maximè laudabiles, causa breuitatis omitto. Dicam tamen breuiter, de monasterio monialium, & sanctissima domo, quoniam res est insignis & memorabilis. Quam domum Huelgas vocant Hispani, cuius maxima sacerdos sub imperio suo diligentique custodia centum quinquaginta monialibus imperat, & sanctissimè consulit. Quæ quidem moniales sunt omnes equitum nobiliumque principum filia, & familiae generosæ. Præest etiam hæc sacerdos, quam Abadesam vocant, alijs septendecim monasterijs, & oppidis quatuordecim non ignobilibus, atque alijs minoribus quinquaginta. Confert præterea sacerdotia multa sacerdotibus, & census commendatarios viris XII. contribuit, & alia beneficia & officia & suis populis magistratus & gubernatores eligit. Aedificauit autem hanc domum & opus ingens Rex Sancius, qui propter opera, quæ fecit mirabilia, cognomen Amati promeruit. Est itaque hæc vrbs multis magnisque rebus memorabilis, cuius homines sunt humanissimi, & aduenas maximè diligunt. Sunt & fidelissimi suis principibus, & hospites patientsimè tolerant, & honorificentissimè tractant. Hæc ex Lucio Marineo Siculo excerptissimus.

S. SEBASTIANI OPP.




SPpidum SANCTO SEBASTIANVM, quod patria lingua incolæ Donostien appellant, vnum est ex præcipuis oræ maritimæ oppidis regni Guipazcoæ, situm ad fluminis quoddam ostium, quod à veteribus Menlascum dicebatur, non procul ab ipsius oppidi opposita mari crepidine. Hæc autē Guipazcoa Hispaniæ regio, diuersa est ab ea, quæ Biscaia dicitur, quamuis vtriusque incolæ, & iisdem sint moribus, & eadē ferè pronuntiatione vtantur in eo idiomate, quod à reliquis Hispaniæ populis diuersum habent. hæc Florianus de campo. Oppidum hoc porrò amplissimo portu nobilitatur, in qui naues à sæuentibus vndis, & à parum propitijs ventorum flatibus, securam & tutissimam stationem habent, eò quod non industria arteque humana, sed sagacis naturæ prouidentia factus sit. Quamobrem multorum mercatorum Germanorum, potissimum verò Cantabrorum frequentatione celeberrimum est, qui varia genera mercium aduehunt, & in alias mundi partes exportant. Archiepiscopatu Burgenfi obtemperat. Agtum habet frumenti, vini, & lanæ feracem. Progredientibus vltra Sancto Sebastianum ad milliaria Hispanica quatuor, occurrunt iuga montium Pyrenorum, quæ iuga seu fastigia in illis locis hodie vernaculo sermone appellantur, La sierra Lazquiucz.

BVRGOS celebris et antiqua Hispaniae ciuitas, quae Auca, Brauum, Masburgi, Licontiurgis, nomina habet



SANCT. SEBASTIANVM vulgo Donosfien ad mare Occanum insigne regni Guipuzcoa oppidum



Depingebat Georgius Hoefnagle Antverpianus



LUTETIA PARISI- SIORVM.



LUTETIA Parisiorum fertilissimi regni Francici caput atq; Metropolis, magnitudine incredibili, nobilium, mercatorum, ciuium, & studiosorum frequentia, ædificiorum & publicorum & priuatorum splendore, non modò vniuersæ Gallia, sed maximis totius Europæ ciuitatibus præfertur. Hæc à Paride, qui à Iaphet, filio Noe, successiuè descendit, & 18. Celticæ Gallia Rex historiarum monumentis declaratur, primùm fundata, à quo & nomen sortita fuit. Posteaquam verò plateæ lapidum pauimento stratæ non essent, has autem ingens hominum multitudo contereret, ob magnitudinem luti, Lutetia denominata dicitur. Alij tamen ab albedine murorum, quam λευκορία Græci, Lutetiam vocari existimant. Eam Iulius Cæsar vsq; ad eò ædificijs adauxit, tamq̃ue fortiter mœnibus cinxit, vt Iulij ciuitas à Boetio lib. de disciplina scho. vocetur. Celeberrimam hanc ciuitatem, Sequana, duplici amne diuidens, tripartitam constituit, quarum prior Vniuersitas, altera ciuitas, tertia vrbs nominatur. Illam Carolus Magnus Alcuini Præceptoris sui instinctu, Anno à C. N. 796. ex Romana fundauit, & permultis prærogatiuis, priuilegijs, & immunitatibus splendidissimè exonauit. Quæ Musarum, disciplinarumq̃ue liberalium, & humanitatis, quasi domicilium, fons, & origo omnium scientiarum, mater ac seminarium doctissimorum virorum semper fuit. Quatuor verò firmissimis columnis innititur: Theologiæ, Medicinæ, Iuris, & Artium facultatibus, quarum priores Decanum, & Pedellos binos, siue ostiarios habent. Postrema autem Magnificum D. Rectorem tertio quoque mense eligit, cui facultates omnes reliquæ, tanquam supremo capiti, parent. In hac Vniuersitate quatuor hominum nationibus singulares designantur Patroni, Francia, Picardia, Normandia atque Germania, cui natio Anglicana iungitur. Vniuersitas rei sacræ dicatas ædes magnificè cultas continet 17. Monasteria 14. Xenodochia 4. Sacella 3. Collegia publica 20. Priuata (quæ amplissimorum hominum foundationibus, certis quibusdam musarum cultoribus victus & studiorum necessaria elargiuntur) 30.

Ciuitas inter Vniuersitatem & urbem media, huic quidem tribus, illi verò duobus coniungitur pontibus, qui vtrinq; ædium constructione, non Pontium, sed platearum formam referunt. In hac, Parisiorum parte, Palatium Regium à Philippo Pulchro ædificatum, & in eo Sacellum sanctum stupendo artificio constructum, Magnificumq̃ue B. Virginis Fanum, continetur, quod quidem ob elegantiam formæ, magnitudinem, & artificiosissimorum signorum præstantiam, totius Gallia miraculum habetur. Crocodilus viuus in Palatij fundamento inuentus fuit, cuius exuuium hodierno etiam die in magna Palatij aula exhibetur. Reliqua ciuitatis templa numerantur 20. Xenodochium I. Sacella V.

Tertia, quæ & maxima Parisiorum pars, vrbs nomen obtinet, habitatoribus & pulcherrimis ædificijs adeò frequens, vt ea sola maximis totius Gallia ciuitatibus annumerari queat. Templa habet 31. Monasteria 10. Xenodochia 4. Sacella 6. Quamplurima autem tam ciuitatis, quàm Vniuersitatis, & vrbs fana, Regum ac Ducum ornatissimis sepulturis & epitaphijs præstantissimisq; sanctorum reliquijs nitent. Quæ tam accuratè Aegidius Corrozet in suo de hac ciuitate libro annotauit, nihil vt studiosus lector amplius desiderare queat. Lutetia Parisiorum portas habet 14. Pontes 5. Fontes 16. Suburbia 10. Vndique in hanc ciuitatem tanta annonæ defertur copia, nihil vt hic infinitæ hominum multitudini ad vitæ necessaria desit. Mirati sunt frequenter Germani, qui studiorum causa huc veniunt, omnium rerum, quæ hominum necessitati deseruiunt, ingentem abundantiam. Maxima & lata Lutetia habet Suburbia, vt pleraque cum magnis Francia ciuitatibus certent. S. Dnysius D. Pauli discipulus primus Parisiensis Christiana doctrina imbuit, quam non modò sermone, sed & sanguinis effusione fortissimè confirmauit. Irrigata innocentissimi viri sanguine ciuitas, iucundissimos fidei fructus cœpit proferre. Pharamundus Gallia Rex, Christianam fidem professus, inelytis & Augustissimis fanis, ingenti sumptu constructis, Parisiensem ciuitatem illustrauit. Anno Salutis. 1572. Augusti 24. Maxima Vgonotarum strages hac in vrbe est edita, quantam ab hominum memoria, post Hierosolomitano excidium, nulla historiarum monumenta prodiderunt. In qua complures etiam viri docti sunt cæsi. De hac autè cæde, variorum nunc Cõmentarij extant.

Eustathius à Knobeldorf Prutenus, Parisiorum magnificentiam carmine conscripsit. Idem singulari libello, Aegidius Corrozet. Pyrrhus verò & Iacobus Capellus, oratione soluta præstiterunt. Frãtiscus verò Bellefortius, vti postremo, ita omnium accuratissimè, Lutetianã hanc urbem descripsit.

VITETIA, vulgari nomine Paris, vrbs
 gallie maxima. Sequana nauigabili flu-
 mine irrigatur, nobili gente, mercator, fre-
 quentia vniuersitate & cellenti, stupendi
 operis templo B. Marie, Palatio Regio, alijs
 qu. presantissimis aedificijs, tribunali
 aequissimorum Iudicum, & pulcherrimis
 episcopijs, florentissima



PARIS pour araj est la mayso royalle, Jude en estude, & en poetas Romme, Fecunde en vin, douce en ses Citoyens
 Du dieu Phœbus en splendeur radiale, Athenes lors en main tresfructe homme, Fertile en bled, & en maintz aguleres
 Cest Grybea pleine de bons espritz, Rozier mondain, baulne du firmament, Vniuersel, de Sidon l'ornement
 Tresingoureux, faisans diuers escriptz, Tres habondante en viures et breuuages, Riches en beaultz champs & suauex riuages
 Cest Chrysea en metaulx habondante, Grece de pris en liures florissante

Cum Privilegio





MONS PESSVLANVS.


MONS Pessulanus, Gallia Narbonensis oppidum, Agatho quondam, siue Agathopolis, nunc vulgò Môtpeslier dicitur, In agro admodum fertili positum, decem miliaribus à mari Mediterraneo distat. Episcopatu, & Vniuersitate celebratur. In qua olim Iurisprudentia, nunc Medicinæ studium floret. Amplissimo Medicorum Collegio nitet, quod ab Urbano Pontifice Summo fundatum, & copiosissimis est exornatum redditibus. Aliud etiã, non minus elegans; atq; præclarum Collegium Regium, ab Henrico Gallorum Rege erectum, ibidem cernitur. Quin & tertium Collegiũ est, Duergier, quod optimæ spei adolescentibus, studiorum, victusque necessaria, in decennium præbet. Scribit Rebuffus, tantam esse Rectoris in hac Vniuersitate auctoritatem, vt Studiosi, quacunq; etiam de causa egredientem, comitari honoris gratia cogantur. S. Rochus, ex huius oppidi moderatore ac domino natus, à tenera ætate religioni ac pietati deditus, amplissimum patrimonium in pauperum vsus conferens, atque paternum oppidum patruo donans, post multas ærumnas, ex hac ciuitate ad æthereas beatorum sedes auocatur à Domino.

T V R O.

T V R O, vulgari idiomate Tours, Prouinciæ Turonensis celebris metropolitico honore ciuitas, non modò opibus, ædificiorumque præstantia, verum etiam Ligeris, nobilissimi fluij vicinitate, nobilitatur. Qui in Auernorum finibus oritur, Heduosque à Biturigibus diuidit, & ab Oceano sursum nauigabilis, varias merces & vitæ necessitates in hanc ciuitatem inuehit, ac non procul à Pictonibus in Oceanum Britannicum delabitur. Mercatura & lanificio claret. Cumque multarum rerum opulentissima sit habita, tum vel maximè ob incredibilem regionis amœnitatem, & ob placidissimam aeris constitutionem, totius Gallia hortus atq; pomarium ciuitas Turonensis vocatur. Agrũ etenim fertilem habet, atque iucundum, varijs herbarum & lætissimarum arborum generibus perornatum, qui non tantum ea, quæ hominum brutorumque vsui, sed & ea, quæ delicatulis satisfaciunt, ex se largissimè fundit. Huius foundationem Britanorum Chronica Troianis adscribunt. Archiepiscopalis in ea sedes existit, XI. Suffraganeos habens. In qua complures Antistites doctrina ac sanctitate præstantes, vixere. Inter quos. S. Martinus vnicum Ecclesiasticorum decus, lumen, atq; exemplar fuit, quemadmodum Seuerus Sulpitius tribus de eo libris testatur. Celebris quoque pietatis fuit alter eiusdem vrbs Antistes Perpetuus.

P I C T A V I S.

S VMMAM antiquitatis laudem meretur Pictauis, siue Pictauia, Ptolemæo Augustoriturum. Sunt, qui Agathirsis atque Gelonis filiorum Herculis successoribus (qui picti à Poetis vocantur) eius foundationem attribuunt. Hi etenim ob concitatas seditiones domesticas patria pulsati, in Angliam deueniunt, inde numero & multitudine aucti, nouis quærendis sedibus, in Galliam traiecere, vbi à suo nomine Pictones populos hanc quoque ciuitatem condidisse feruntur. Aliter alij scribunt, cum ex Pomponio Mela, & Plinio cõstet, antè etiã multò, quàm hi ex Anglia venerint, Pictonum extitisse memoriam. Vrbem circundat Clanus fluuius qui in Viennã delabitur. Reflatam fortunæ auram, cum ab alijs, tum ab Anglis maximè (vti annales perhibent) frequenter est perpeffa. Episcopatus eam commendabilem reddit, cui maxima laude præfuit D. Hilaris, doctrina ac pietate singulari Antistes, qui Arrianæ factioni inuictum se antagonistam opposuit, ac præclaros illos & nunquam intermorituros de S. Trinitate libros XII. magno tum ingenio, tum eloquentia conscripsit. Vniuersitatem etiam Pictauis habet, in qua tum mitiores disciplinæ, tum Iurisprudentiæ studia vigent. Huic Munsterus alterum locum post Academiam Parisiensem attribuit.



ROTOMAGVS.

ROTOMAGVS, vulgò Rouan, Normandiæ metropolis, ab ea parte qua Orientem respicit, iucundissimis irrigatur riuulis duobus: Meridiem versus, Sequanam, celebre & nauigabile Galliæ flumen propinquitate decorat: Iuxta Septentrionem, altos habet montes, qui igni fomenta suppeditare solebant. A fundatore nomen habet Mago. II. Galliæ Rege, & Roth idolo, quondam hic religioso numine celebri, cuius vsum & simulachrum Mello, primus Rotomagensis Episcopus, circa annum Domini CCLX. euertit, eiusque delubrum, sanctissimæ Trinitatis venerationi dicauit, quemadmodum ex hymno ecclesiastico patet: Extirpato Roth idolo, fides est in limine &c. Agrum habet optimum, fecundum, & herbidum, ita vt Iulius Cæsar opportunitate loci adductus, validis hanc urbem muris cinxerit, & Romanorum præsidium, ad totius Prouinciæ defensionem, in ea reliquerit. Splendida Archiepiscopi domus, egregia monachorum cœnobium, palatium, curia, pons ex quadrato lapide ingeniosè constructus, Cathedralis Ecclesia tribus decorata turribus, cæteraque ornamenta, quæ ad absolutam & perfectam ciuitatis structuram requiruntur. Rotomagensium urbem celeberrimam reddunt.

NEMAVSVM.

NEMAVSVM, communi idiomate Nismes, ciuitas est Narbonensis Galliæ, olim florentissima, vtputa quæ III. & XX. vicorum fuerit metropolis, octo miliaribus à Monte Pessulano distat, nomen atque originem à Nemauso Herculis filio, habere perhibetur. Eo est situ, quo ex Italia in Hispaniam itur, miram vndique vetustatem redolet. Aliquot siquidem per antiquæ in ea videntur statuae, pulcherrima summorum hominum epitaphia, Amphitheatri spaciosi ruina, Hadriani basilica. Iuxta montis radicem est perennis & lymphidissima aqua, quam specum aut lacum haud ineptè dixeris, cuius fundum nemo mortalium inuenit. Est & templum Cathedrale, D. Virgini sacrum, in quo pauimentum vermiculato emblemate tessellatum mira suauitate videndi sensum oblectat. Tribus miliaribus paruis à Nemauso, pons est Du Gar, à fluuio Gardon, nomen habens, triplici serie, mira industria fornicatus, quarum prima hominibus atque iumentis transitum præbet, altera aquæ ductum sustinet. Antonini Pij Philosophi & Imperatoris, Domitiani, aliorumque natalibus claret, qui non modò Galliæ, sed & vniuerso propemodum mundo, ornamento fuere. Peculiari libro hanc urbem descripsit Ioannes Poldo.

BVRDEGALA.

BVRDEGALA, vniuersæ Aquitaniæ meritò constituitur caput, tum quia miram vetustatem ostendet, tum quia ædibus sit decorata magnificis, tum denique, quia situ munita, arx & propugnaculum Galliæ habeatur. Fatebuntur hoc Angli, qui graui obsidione eam presserunt, hac spe, fortissima Galliæ arce expugnata, reliquarum urbium paruo negotio se fore victores. Quorum conatus fortis magnusque indigenarum animus, & benè munita ciuitatis mœnia, frequenter euerterunt, eosque in insulam, quò marinis cincti limitibus sua sorte contenti viuerent, remiserunt. Primam eius formam quadrangulam fuisse, ex muris antiquis conspici potest. Amplificata deinde ob hominum frequentiam vrbe, eam, quam nunc habet, consecuta est faciem. Antiquo palatio XIII. innixo columnis, templo S. Andreae, arce ex viuo saxo munita, & pulcherrimis ciuium ædibus perornata est. Ad portam S. Germani amphitheatri cernuntur reliquiae. Portus multarum nauium capax, negotiationi idoneam opibusque florentem Burdegalam efficit, quæ etiam ortu Aufonij poëtæ nobilitatur, qui ita de sua Burdegala loquitur: Clementia hic cœli mitis, & irriguæ larga indulgentia terræ, &c.

R O A N.



ROTHOMAGVS. VOIAGO ROTON. NOR.
MANDJAE METROPOLIS

Deuigcher Georgius Haefnagle.

Cam Privilegio.

NEMAVSOS. N. SALES. CIVITAS NAR.
BONENSIS GALLIAE VETOSTISSIMA



CIVI.
TATIS
BURDE.
GALEN.
SIS IN
AQUI.
TANEA.
GENVI.
NA DE
SCRIP.



LUGDVNUM



L OANNES Metellus Sequanus, Eruditissimo viro Georgio Bruno, S.D. Petisti Brune, vt quæ de Lugduno vrbe adcepissem, vel ex libris, vel ex amicorum colloquijs, quæ vera putarem, tibi paucis ego perferberem, quia præcipuas totius orbis vrbes literis, ad veram earum effigiem accommodatis, complectere. Quo igitur, qua possum, tibi satisfaciam, tu à me, quem multis officijs perpetuæ benevolentia tibi deuinxisti, sic habeto.

LUGDVNUM, vrbs est Gallia Celticæ, in Secusianis sita, hodie, vt olim, & emporio, & multis rebus alijs, celeberrima, Legibus, moribus, & institutis, rectè antiquitus constitutam fuisse, cum alia multa, tum, quod hæcenus eius. Gallia tractus Metropolis fuerit & Archiepiscopi sedes, eaq; talis, quæ primas teneat, & reliquarum Gallia Ecclesiarum caput sit, ostendunt. huic vrbi, quæ parti Gallia à se nomen dedit, postquam ab Amadæo primo Sabaudia Duce, per testamentum ex legato Francia regibus celsis, Gubernator præficatur, qui & vrbes, & eius prouinciam, quæ satis late patet, administrat. Ferax solum, & amœnum commodumq; situm habet. Nam fructiferis duobus collibus, ab vna parte cingitur: alteram duo præstantes fluuij aluunt. Araris, qui quàm lenissimè ex Sequanis defluens, mediam interfecat, & Rhodanus, qui rapidissimo cursu, ex Alpibus per Allobroges, certis mœnibus ad orientem, adlabitur. Aedium elegantia tum structura, nec non hortis præstat. Opibus autem sic floret, vt nulli alij saltem in Gallia, cedere videatur. Harum opum causam, fluuijs illis præcipuam tribuunt. Quia cum multas vrbes illi obeant, seq; in Ligusticum maris sinum exonerent: hæc verò vrbs, Europa propè in media, sita sit, & quasi Francia cor putetur: facultatem quæcunq; qua libeat, exportandi, tum etiam importandi, præbent, etiam ex præcipuis Europæ nationibus, haud procul disitis. Sola enim Sabaudia interiecta, hæc vrbs & Italia, & Germaniam attingit. Eo adcedit, quod quater annuè eo, vndique gentium mercatores, commeant, publicarum nûdinarum, quæ varijs ad negotiationem firmandam priuilegijs insigniuntur, gratia. Quæ res ab exteris incredibile lucrum, atq; decus, non solum huic vrbi, sed etiam toti eius agro, reliquaq; etiam Gallia conciliat, & eam insuper hominibus replet, omnis generis artificiorum peritis. Neque facillè alia vrbs reperietur, Trapezitis, librarijsq; refertior. Proximis annis, dum Gallia bellis à religionis studio ciuilibus, sursum deorsumq; versaretur, arx à Carolo Rege, motibus coercendis, primùm huic vrbi iniecta. Quod ad eius antiquitatem pertinet: L. Munatius Plancus, nobilis Orator & Prætorius, Marci Tullij auditor, dux deducendæ, vt ait Eusebius, Colonia, dum Galliam regeret, adlectus ab Augusto dicitur: & vrbs, qua insula est, fundamenta iecisse. Ea insula, trianguli formam exprimit. Duo enim illi, quos diximus, fluuij, osculo quasi mutuo sese complectentes, duo eius latera constituunt, tertium difficilibus, asperisq; montibus, inter vtrumq; clauditur. Multò tamen ante deductam eo coloniam vrbs erat, eaq; nobilis, nomenq; ei, Insula Gallica, fuit. Eam Romani, non solum priuatis egregijs ædificijs, verum etiam publicis operibus, quorum singulis, vt ait Seneca, singula vrbes illustrari possint, ornarunt. In ea autem, argenteam, æreamq; monetam perpetuo cuderunt. Quin Agrippa, Gallia omnis itinera, ex hac distinxit. In ea quoq; Gallia totius tributa, ac vectigalia, tanquam loco commodiore, collegerunt. Quæ Gallia tributa, tanti fuisse prouentus ac momenti narratur, vt ab his vnicum Imperij robur penderet. Merito igitur immunis fuit. Nam Plinius lib. 4. cap. 18. Secusiani, inquit, liberi, in quorum agro Colonia Lugdunum. Et Digestorum lib. L. Tit. XV. cap. vltimo. Paulus Iuriconsultus, Lugdunenses Gallos, sic enim ait, ac Viennenses in Narbonensi, iuris Italici facit. In insula adhuc exstant, haud obscura, tantæ vetustatis, vestigia. Nempe forum Veneris, in Foruieram vulgo corruptum. In quo, quod etiam celeberrimum fuit, Veneris templum visitur. Hoc in foro habitasse feruntur, sexaginta Colonia diuersarum sexaginta prouinciarum, Lugdunensi subiectæ. Ara itaq; in ea erat, dignitatis eximia gentium. LX. numero, inscriptum habens titulum, earumq; statua vna, alia subinde quoq; inde locata est ara. Fuit idem locus, exercendis nudinis constitutus. Isq; propter ipsarum, omnibus è locis lucri causa frequentiam, Forum Mercurij dictus est, supra eius Foruieræ montem, speculum artis adeo admirabilis, ita fuisse collocatum referunt, vt vrbs ipsa Lugdunum, ex longinquis Sabaudia montibus clare conspiceretur. Itaq; Romani Senatores Lugdunum, etiam propter amœnitatem loci, sæpè concesserunt. Porro autem, è regione Foruieræ, adurgit antiquum illud Esnaium Monasterium, situm inter Rhodanum & Ararim. Eo loci qua hi fluuij confluunt, Templum ab vniuersis Gallis, communi designatum impensa, & Augusto Cæsari dicatum est. Isthic Athenienses, cū eorum non pauci, propter eadem filij Minois Cretensium regis, bello vastata patria, sedibus incertis vagarentur, ac tandem in hanc insulam migrassent, Academiam pro more gentis, extruxere. Cæsarem deinde Iulium, Gallia victorem, ea fama permotum, Latinam in eadem vrbe quoq; fieri iussisse, Suetonius scribit, quam à se, Cæsaris aram, adpellauit. Eo oratores vndiq; Druides in primis Atheniensium æmuli, cæteri etiam docti viri, conueniebant, quo semel annis singulis, tam Græcè, quam Latinè orationes certatim haberent, atque disputarent. Constituta quidem lex ijs erat, vt qui Græca Latinaq; lingua foret eloquentior, is præmium laturus, magna auri vi, à deuictò, donaretur, atque laudaretur: qui verò, quid, vel præter rem, vel futile, orationi inseruisset, poenæ nomine, aut exceptam à notarijs orationem suam spongia, vel lingua ipse deleret, aut certè virgis caderetur, vel ter in Ararim mergeretur. Quamobrem, falsè Iuuenalis, Satyra prima, eorum metum, irrisit. Palleat, inquit, vt nudis præsit qui calcibus anguem: Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram. Sed & extra vrbes pomeria veteres illi Arcus, qui via in Secusianos, quos vulgus Forestum modò nominat, conspiciuntur: nec non antra & perforatæ quinq; miliarium longitudine, rupes aquæ in vrbes ducendæ, vetera item multa numismata, inscriptionesq; lapidum, præclaram antiquitatem plenissimè testatur. Ante verò, quàm hæc vrbs à Romanis Colonia deduceretur: quod ante deuictas Gallias fuit: quanta ciuitatis Lugdunensis amplitudo, potentiaq; fuerit, libro tertio Polybius indicat, nempe, regnum fuisse Metropolim. Hannibalem, ait, traiecto flumine Rhodano: id quod paullo supra Quiritum Delphinatus oppidum contigit: quoniam P. Africanus Scipio pedem retraxisse in Italiam, misso in Hispaniam fratre, ne quid tumultus oriretur, festum longissimis itineribus exercitum, Lugdunem, tum seipsum etiam, reficere statuisse. Postquam verò in Sebusanis adpulisset: & certior factus esset, inter duos fratres, ad occupandum Lugdunense regnum, pugnam adparari: natu maiorè perenti, opem tulisse, ipsumq; regno confirmasse. Quamobrem ab eo rege, propter tantum beneficium Hannibal non solum aunona, verum etiam multis alijs necessarijs rebus instructus fuit: nudumq; Hannibalis militem is rex lacerum vestiuit. Et eundem Hannibalem, armatus proprio exercitu, per Allobroges, itinere dierum decem miliarium, ad Alpium vsq; partem illam, quæ Bernardi nomen obtinet, deduxit. Sed foelicitatem huius Vrbs, vt fit, magna est calamitas postea consecuta. Centum enim annis, ab eo tempore quo eam Munatius condidit, fatalis ignis totam, intra vnam tantum noctem, absumpsit, vt inter vrbes nullam, & vrbes longè nobilissimam: quam Strabo totius Gallia, excepta Narbone, populosissimam, suo etiam tempore fuisse narrat: sola vna nox interfuerit. Id quod Seneca epistola ad Liberalem Lugdunensem. XCII. deplorat. Hinc factum quidam putant: tum hortante quoque loci salubritate: vt supremo monte renouaretur. Statim enim Romani eam restituerunt. De eius vrbs Romanis Magistratibus, in administratione reip. constat Augustum Imperatorem, cū Iulius pater Galliam, in Belgicam, Celticam, Aquitaniamq; diuisisset: ex edicto lato, terrarum orbem, quod & sacra litera tradunt, emensum, latè patentes tres illas Gallia partes, in quatuor Narbonensem, Aquitaniam, Lugdunensem, Belgicamq; nempe totas sub imperium Romanum redactas, confudisse. Quam quadripartitam diuisionem, Index Magistratum ciuilium, & militarium Occidentis, sequens, ex ea, Gallia prouincias omnes Septendecim, excepta tamen Britannia, vt & Marcellinus, & Rufus, constituit. Lugdunensi igitur prouincia, is Index Consularem, sub septem prouinciarum, vicario, attribuit. Hanc rursum in Lugdunensem Primam, Secundam, Tertiam, Honoricam, & Senonariam partitur: earumq; singulis, præterquam Primæ, Præsidem præficit. Videtur autem hic Index, circiter Theodosij tempora collectus. Idem, de Magistris Militum Præfentialium, quos peditum appellat præfctis, sic ait. In Prouincia Lugdunensi Prima, Præfectus classis Araricæ, Cabaloduno. In Prouincia Lugdunensi Senonia, Præfectus classis Aderecianorum, Parisius. In Prouincia Tarraconensi, Præfectus Latorum Teutonicianorum: Cornuta, Senonia Lugdunensis. Præfectus Latorum Batauorum, & Gentilium Sueuorum, Boiacas: & Constantia Lugdunensis Secundæ Præfectus Latorum Gentilium Sueuorum, & Cenomannis, Lugdunensis Tertiar. Præfectus Latorum Francorum Rhodanas, Lugdunensis Tertiar. Habuit hæc Vrbs, clarissimos in literis viros. Nam, ne de cæteris dicam, vnus L. Plotius, in ea natus est, is, qui Suetonio de claris Oratoribus teste, Romæ primus, Rhetoricam Latinam, docuit, longæusq; fuit. Ab hoc, se puerum, cum Quincto fratre, Cicero primum esse institutum commemorat. Suscepta demum in ea Vrbe, per pios Fideles, Antonino vero Imperatore, Christiana religione, edita fuit eorundem strages, loco Vrbs, qui Athanasus, adpellatur. Vbi Martini templum, Benedictinumq; cœnobium, exstructum est, qua Rhodanus & Araris, coeunt. Quorum quadraginta octo præcipui nominantur. His successit Irenæus. Polycarpi martyris auditor, qui fuit Ecclesie susceptus. Sed secuta persecutio, martyrio coronatur is, Anno Christi CLXXV. Marco Antonino Imperatore, claruisse dicitur. Omnem propè Vrbs populum, ea persecutio gladio sustulit. Refertur enim, nouendecim millium martyrum numerus fuisse. Itaq; Ararim fluuium, horum sanguine: ex Gorguillone, hoc est, gurgite, sic à re ipsa nuncupato vico, ex quo cæforum sanguis, vti torrens defluebat, vsque propè Matisconem, vrbes in Heduis, rubuisse aiunt. Et hinc eidem Arari nomen Sagonæ, nimirum à sanguine, fuit inditum: Fuere & alij multi Lugduni illustres, & vitæ sanctimonia, literisq; celebres Episcopi, tum alij: Baldomerus, Stephanus, Desiderius, Nicetius, Hyppipodius, Alexander, Agobardus, Peregrinus, Iustus, Erpidius, Lupus, Annemundus, Eucherius, Antiochus, Sacerdos, Eugendus, Romanus, Abbas, Aurelianus, Domitianus Abbas, & Faustus poëta, æqualis Boëtij, Claudiani, Mamerici, & Casiodori, doctissimorum virorum, qui Theodorico à secretis fuisse putatur. Fuit & celebris Hamutus Episcopus. De quibus, Symphorianus, Champerius Lugdunensis Medicus, in libello de antiquitate & origine vrbs Lugdunensis, & viris eiusdem illustribus,

Lugdunum

LA SAONE

LE ROSNE

Lyon. Qui de la France
 sers de force & rempart.
 Lyon, qui de plaisance
 Reluis de toute part.
 La Riviere du Rhosne
 doucement decoulant
 Qui embrasse la Saone
 Le rendent opulent.

Scribit Strabo, LUGDUNUM suo tempore fuisse alteram omnium Gallie urbium nobilissimam, et populosissimam Narbone excepta. Et hodie quidem non in minorem excrevit magnitudinem, cum tantus sit moeror, ambitus, colles duos & omnia complens, ut et paucissima Galliarum urbes anteponi possint. Magnus est ibi conatus & aeternus gentium, quas in hac orbis frates collocasse videmus, ut transferre omne mercium genus in quamcumque orbis partem animadversum possit. Ita comodat de annuum decursu apparet, quod in medio fere Europae posita sit. Arvnes autem sunt Rhodanus, et Arar. Saginam hodie vocant iuxta Lugdunum confluentes, simulque in mare Ligusticum decurreres, mercibus importandis et exportandis accommodatiss.




PROSOPOPOEIA AVGVSTAE EBVRONVM SEV CIVITATIS LEODIENSIS, AD REVERENDVM IN CHRISTO patrem ac Dominum, D. Gregorium Sylvium Episcopum Tagastensem, & Reuerendissimi Illustrissimiq; Leodiensis Ecclesiae Antistitis, D. Suffraganeum, ab Eximio & Venerabili viro ac Domino, D. Carolo Langio, Cathedralis Ecclesiae Leodiensis Canonico dignissimo, conscripta.



Leraq; censentur Cerialibus oppida campis.
Sunt quæ vitiferis nobilitantur agris.
Aere: phyre bimaris clara est, Noreia ferro,
Diuitias alijs pascua lata ferunt.
Illa situ specieq; decus famamq; merentur,
Mœnibus hæc laxis, ædibus illa sacris.

Pluribus insignis nomen dedit amnis honestum,
Quo meat & remeat velificata ratis.
Hæc vrbes aliæ: & dum singula quæque potitur,
Pæne effert ipsis, cornua sideribus.
Ast ego læta fruor simul omnibus: omnia Diui
In gremium quondam deposuere meum.
Hic frugum omne genus, seu vis quæ falce putantur,
Siue colona auido quas legit vltima sinu.
Triticeæ imprimis segetes, Ennea quot olim
Quamuis diuina consita gleba manu,
Laserpitiferæ quot non videre Cyrenæ,
Tam sunt Hasbaniæ rura beata meæ.
Plurimus hic etiam Bacchus, gratissimus ori.
Cum ferus arentes Sirius vrit agros.
Nemo mihi iactet summis quæ diuite vena
Visceribus terræ forte metalla trahit.
Hæc quoque dona mihi tetra pater vberè dextra
Et dedit, & magno fenore cincta dedit.
Eruiat pinguis circum mea mœnia carbo,
Asphaltum est venas sulphuris intus alens:
Quadringenta auri redeunt hinc milia in annos,
Qua ditat ciues vtilitate meos.
Nec ferri est vsura minor. Sed & vbera plumbi.
Vectigal grande & marmora nostra ferunt.
Prætereo inuitus, quorum hic insigne macellum est,
Capreolos pingues, lanigerumque pecus.
Prætereo varijs pomaria fructibus aucta,
Alcinoi quantas non dedit hortus opes.
Labraq; Nympharû, gelidos per compita fontes,
Qui mihi messe auras, grataque procla ferunt.
Et te Mosæ canam. Nam quod tot munera cœli,
Si mutare alijs non datur vlla mihi?
Ergo inter primos quos Gallia procreat amnes,
Non tibi postremus Mosæ feretur honos.
Innumeris tua me felix beat vsibus ora,
Et tuus innumeras alueus edit opes.
Ora dat immensas siluas, tectisque focoque
Materiem: omnigenis lustra que tuta feris.
Prataque vel denso passim redolentia scœno,
Vel detondenti pascua lata boui.
Tu mihi squàmigeri pecoris mille agmina nutris,
Vicinis etiam sæpè petita meis.
Hic Salar, hic Fario, gelidis quos Vesperis vndis
Vtraque præcipites sub tua tecta vehunt.
Carne ambo solida: saxorum cultor vterque,
Tergora puniceis pictus vterque notis.
Hæc umbræ, & croceis Mustela interlita guttis,
Hæc annis melior flumina Barbus amat.
Lucius haud alijs vertit se suauior vndis,
Non alio Cyprinus dulcior amne natat.
Ille etiam cui curua dedit vetus anchora nomen
Maximus, haud rara est gurgite præda tuo.
Vilia ne numerem vulgi solatia, quæ sic
Ausonia Gallus voce poeta vocat.
Sed dum ferre graues humero non abnuis alnos,
Quam magna ciues commoditate iuuas?
Per te quæ deerant largo dat Copia cornu:
Quæ superant, alijs mutua distribuunt.
Hæc ferrum exportant, tinctasq; bitumine glebas,
Et redeunt alia merce vel ære graues.
Hæc Bacchum excipiunt venientem ab diuite Rheno,
Hæc Bacchi florem, Gallica vina petunt.

Quid referam immenso quæ tenditur æquore vallem,
Quam tuus æternis diuidit amnis aquis?
Intercisa tamen paruis sine nomine riuis,
Tota viret pomis, gramine tota viret.
Perflata hac Euris, Zephyris genitalibus illac,
Non peste aut alia tangitur ægra lue.
Præcipue iucunda, noui cum tempore veris
Malus odoratis purpurat alba rosis.
Perpetui cingunt colles viridante corona,
Nec, nisi qua medius laberis, vlla via est.
Græcia decantat mendax Phthiotica Tempe,
Sed regio non est æquiparanda tuæ.
Hanc defessa animum cum lumine sæpè pererro,
Vt iacet ante oculos obuia tota meos,
Non mihi tam pulchro credis maiora theatro
Gaudia, maiorem surgere lætitiâ,
Quam Pompeiana si sim spectator arena?
Et videam quæ sit pæne referre nefas?
Hæc Genius mihi cuncta meus, cælumq; dederunt:
Cætera virtutis munera & artis erunt.
Aspice: quæ leuo rutilat mihi pectore Parma,
Hæc nota deuictis durat ab Ausonijs.
Qua claudor muris, qua mœnibus inclyta surgo,
Vallis & intactus vomere campus erat.
Hac valle, hoc campo cecidit Romana iuuentus,
Hæc arua infecit sanguine Cotta suo.
Ergo hoc posteritas virtutem ornauit auorum
Insigni, & portis hæc dedit arma nouis.
Ipsa etiam robur maiorum imitata decusque,
Non semel hostili sanguine tinxit agros.
Pontifices etiam qui primi hæc rura docendo
Imbuerunt veri cognitione Dei,
Quem purum induerant totoque vmbone niuentem,
Tinxerunt clypeum sanguine quisque suo:
Dum Christi veneranda sui mandata serentes,
Romuleo ense sacrum supposuere caput.
Quæ modo qui sanctumque apicem gladiumque seuerum
Coniunxere, manu tradita signa gerunt.
Et puto post Romam non est locus alter in orbe,
Quo plura emineant templa dicata Deo.
Conuexis formosa tholis, miranda columnis,
Pleraque vel solo relligiosa sono.
Flaminibusque habitata suis, quibus ampla recurrunt
Annua non dubio præmia nexa solo.
Hos inter genus omne virum. Hic virtute parentum
Nobilis, ille suo notior ingenio.
Vis qui sensa Dei, cælique arcana reuelet?
Qui doceat quid fas, quid fierique nefas?
Sacrorum canonum quæris legumque peritos?
Siste, sacerdotes res decet ista meos.
Vis Epidauræi doctum præcepta magistri?
Aut Pelusiaca qui subit arte polos?
Vis Heliconiadum sequitur qui castra sororum?
Flaminibus sunt hæc otia multa meis.
Mitto domos veterum veneranda palatia patrum,
Mitto opera artificum plurima ducta manu.
Mitto & pontificis, Marcanum opus, ardua nostri
Atria, duplicibus laxa peristylijs.
Sed vos cara boni mea pignora cara Quirites
Ne taceam magnò nomine iussit amor.
Marta gens semper duris exercita bellis,
Libertate calens, ingeniosa, proba.
Par tolerare famem & rebus præsentibus vti.
Felix, si possis abstinuisse foro.
Viue diu felix: morbisque orientibus obsta.
Difficiles morbi, Fastus & inuidia.
Te seruet Princepsque tuus, Domini que sodales:
Et tua ne præter iura Tribunus eat.



L E O



D I V M.



LIEGE



LEODII, Eburorum Augustus prima auspicio, in Ambiorigen magnanimum Eburorum Regem Hubertus Thomas Leodius refert, eius a caesa Legionem Romanam in ea valle, ubi nunc est Leodium, Legia, nomen inditum constanter affirmat. Corrupto deinde vocabulo, Germanus Lutich, alij Leodium dicebatur. Urbs est Germaniae inferioris, quam et secundam vocant, maxima: ad terram à Tungris militari, qua meridie spectant, quae tanto murorum cingitur ambitu, ut altissimos complectatur montes vicibus pulcherrime confitos. Deinde in latissima excurrit, et apprehendit in valle planities, in qua ex Arduenna fluvia tria flumina Vra, Vesa, et Ambliaria in Mosam deoperant, et multas amoenissimas efficiunt insulas, magnificas aedificijs decoratas, ita, ut ad voluptate plane hic nihil desit. Exhibet haec orbs octo insignia Canonice collegia, quatuor amplissimas abbatias, triginta duas ecclesias quas parochiales vocat, quatuor mendicantium ordinum conuberna, et ex his nonnulla conduplicata, ut Praecisano. Quod si reliquas monachos, et admirandas monialium aedes, conuenticula, et sacella recensere velim, integro fere libro opus esset, unde non mirum, si Franciscus Petrarca scribat, se vixisse Leodium, in signe Clero locum. Habet ad meridiem Arduennam sylvam totius Galliae maximam. Ad alterum latum Tungros, et Centonas versus, est ager Hesbancus, vsq; adeo gleba feruili, adhaec pomis, et nucibus diis generis, abundans, et cum Sicilia de praesentia certare possit. Iuxta ciuitatem effunditur nigri lapides, qui modico ligno accensi, calidissimam ignem praebent. Aer temperatissimus est, et saluberr. Mosam fluuium secatur per medium, et pontibus arcuatis, solido constructis lapide coniungitur, aedificijs praestantissimis, et amplissimo Reverendissimi Palatio decoratur, cui si extrema manu addidisset artifices, ex sententia Caroli V. Imperatoris, in orbem Christiano nullis pulcherris fuerit, erat. Urbs ipsa limpidissimis irrigata fontibus; in qua tantum floruerunt literarum studia, et vno tempore nouem Regum; Ducum xx. iij. Comitum xxix. Baronum et ex prima nobilitate in numerum filij apud Leodios instituti legantur. Reverendissimum Episcopum, tam in Ecclesiastica, quam civili administratione domum, et gubernatorem agnoscit.

CIVITATIS
LEODIENSIS GENV
INA DELINEATIO. CVIVS
TYPVM LIBERALISSIME
NOBIS COMMVNICAVIT, RE
VERENDISSIMVS ET ILLVSTRIS
SIMVS PRINCEPS AC DOMINVS
D. GERARDVS A GROESBECK,
EPISCOPVS LEODIENSIS, DVX
BVLLONENSIS MARCHIO
FRANCIMONTENSIS, CO
MES LOSSENSIS ET C.
SACRI ROMANI IM
PERII PRINCEPS.


- | | | | |
|--------------------------|-------------------------------------|---|---------------------------------|
| 1. S. Laurent | 17 S. Christofre | 33 S. Ian Baptiste | 49 S. Remy. |
| 2. S. Gertrud | 18 Les Freres Precheurs | 34 S. George | 50 Les Grieses seurs. |
| 3. La Porte S. Martin | 19 L'ospital S. Mathieu a la chaine | 35 La Porte de Vinerigie | 51 Les Freres des Carmes. |
| 4. S. Martin | 20 L'eglise S. Lambert cathedrale | 36 La Porte S. Leonard | 52 Les Freres Augustins. |
| 5. La Porte S. Walburch | 21 S. Andrieu | 38 S. Foid. 39. S. Leonard. | 53 Les Escoliers C. Regulars. |
| 6. S. Guillbeaulme | 22 Les Freres Mineurs | 40 Le Baillair ou maison pour
Les infirmes de la peste | 54 S. Phoyin. |
| 7. S. Babeline | 23 Nre dame aux fons | 41 Le pons des Arches | 55 S. Nicolas. |
| 8. S. Severin | 24 S. Gengoulphe | 42 S. Barbe | 56 Le Pont S. Nicolas. |
| 9. S. Hubert | 25 Le Pons daueroir | 43 La Chambre des Abalesfreres | 57 La Tour de Beehe. |
| 10. Le Pons des Beggars | 26 S. Paul | 44 Les freres Freres | 58 Les Freres Pieddechale. |
| 11. S. Croix | 27 S. Martin en Isle | 45 Les freres Croisiers | 59 Le Pont Damer.court. |
| 12. S. Jan Euangeliste | 28 S. Denis | 46 Les Chainomes Regulars
de Beauveparc. | 60 S. Remade. |
| 13. S. Seruats | 29 S. Estienne | 47 La Tour a Comins. | 61 En Cornillong. |
| 14. S. Pierre | 30 S. Marie Magdalene | 48 La Boze de S. Jacques. | 62 Les Freres Chaurtrouy. |
| 15. Le Palais de Leuesq. | 31 S. Catharine | | 63 Fornaise ou Lon fait le fer. |
| 16. S. Adalbert | 32 S. Barthelmi | | 64 S. Veronne. |



A Q V I S G R A N V M




QVISGRANVM, vrbs imperialis, in Menapiorum finibus inter Rhe- num & Mosam sita, Romanorum Imperatorum prima inauguratione ac coronatione, D. Caroli Magni sepultura, septennaliq; peregrinorum visita- tione celebris. De cuius origine, D. Franciscus Fabritius Medicus Aquisgranensis, hunc in modum: Romanos olim, dum bellum aduersus Germanos gere- rent his locis, inter Rhenum & Mosam consedisse, & munimenta habuis- se, ex Iulij Cæsaris, Corneli Taciti, aliorumq; multorum historijs satis ma- nifestum est, cui rei fidem faciunt, quorundam locorum appellationes, & alia vetustatis monumenta. His igitur temporibus ferunt historiae, quendã è Romanis principibus, Granum nomine (quem Neronis fratrem aiunt) aquas has calidas, inter montes syluasq; tunc abditas, inuenisse, iuxtaq; ha- bitasse, atque arcem struxisse, cuius in hodiernum diem extat spectandã ve- tustatis monumentum, turris Grani dicta: quam quidem arcem, Ptolemæo Cosmographiæ suæ libro 2. cap. 9. sunt, qui credant Vetterram dictam. Ab incolis certè, Aquæ Grani appel- latae sunt, cum Thermae, tum locus ipse, deducto scilicet nomine ab aquis calidis, & Grano, repertore, man- sitque appellatio postea & vrbi, nisi quòd quidam (non satis tamen aptè) immutata inflexione, Aquisgra- num appellent. Post aliquot deinde sæcula, annos scilicet septingentos, Carolus, cognomento Magnus, Francorum Rex, cum ad eum locum inter venandum errabundus venisset, delectatus loci amœnitate, si- mul & commoditate, ac Thermarum vsu, ipsas, vnã cum arce, à ruina vindicauit, regiamque extruxit. eo potissimum, vt scribit in sua Saxonia Crantzius, nomine, quia vaporibus aquarum naturaliter calentium delectabatur, frequenti natatu se exercens, cuius adeò peritus fuit, vt nullus illi cederet. Deinde, vt erat di- ligentissimus religionis cultor, eodem loco proximè regiam suam, in signe hoc templum maximo sumptu condidit, ac per Romanum Pontificem Leonem, in honorem Dei & B. Mariæ Virginis consecrari cura- uit, amplissimisq; donis ornauit, præcipuè autem, rarissimis, sacrisque Christianæ religionis monumentis. Quorum causa, septenis annis instituit peregrinationes, ad nostra vsque tempora obseruatas. Cumq; fortis- simus pariter & pijsimus Rex, & Ecclesiæ defensor acerrimus, Romani imperij habenas diuina dispensati- one suscepisset moderandas, locum iam dictum, mœnibus cinxit, urbemque ob dicti templi reuerentiam, condidit, quam sedem regni, & Transalpinae Galliae caput, constituit. Ac tandem febre correptus, septimo postquam decubuit die, sacra communionem percepta, obiit, Anno ætatis suæ LXXI. sed ex quo regnare cœ- pit XLVI. Indiçtionem septimam V. Calend. Feb. hora diei tertia. Cuius corpus more solenni lotum & curatũ, maximo totius populi luctu, Ecclesiæ illatum atque humatum est, quam ipse suis impensis eodem loco cõ- struxit. Arcus autem super tumulum eius deauratus, cum imagine & titulo extructus est talis. Sub hoc con- ditorio situm est corpus Caroli Magni, & Orthodoxi Imperatoris, qui Regnum Francorũ notabiliter am- pliauit, & per annos XLVI. foeliciter rexit. Hæc vrbs, tamen in valle sita, & montibus circumquaq; septa sit, incredibili tamen gaudet aëris salubritate, quam præcipuè testantur mira hominum in ea ad decrepitã vsque senectam viuacitas, ac pestilenticorum morborum raritas. In proximo vrbs ambitu, lata ferè plani- ties est, in qua & pascua sunt, alendo pecori commodissima, & agri pingues, omnisq; generis frugum feraces, hos ambiunt montes syluosi, igni alimenta præbentes, nec non ligneã faxeamq; materiam ædificijs abundè suppeditantes. Nec desunt fontes, tam foris pascua irrigantes, quàm intus diuersis vrbs locis, cum publicè in plateis, tum priuatim in ædibus scaturientes: sed præcipua structura ac magnitudine insignis, qui in me- dio foro, è regione amplissimæ domus Senatoriæ, perpetuas aquas octo canalibus ex alto diffundit. Sunt & torrentes, mediam urbem perlabentes, munditiæ ac molis circumducendis seruietes. Extra montes, in- fra miliaris spacium ab vrbe, ad Hybernum occasum, effoditur cadmiæ genus, vulgus Lapidem calamina- rem vocat, quo æs, ad auri colorem tingitur. Haud procul inde, Meridiem versus, ferri, plumbique inue- niuntur metalla. Ad Orientem ab vrbe effoditur terra nigra, foco culinario admixta gleba aptissima. Ad eò natura ipsa locum hunc varijs multisq; dotibus locupletauit, vt ad foelicitatem nihil deesse videatur, quàm nauigabilis fluuius, quo tamen quamuis careat, cum ad Orientem Rhenum, ad Occidentem Mosam habe- at, tanta est ibi annonæ copia & facilitas, vt multas etiam riparias vrbes hoc nomine superet. Sed alias do- tes omnes, meo quidem iudicio, vincunt aquarum calidarum vberissimi simul & saluberrimi fontes, nec ca- lore, nec humore deficientes, tanta copia scaturientes, vt singuli plures balneorum alucos, eosque magnos, noua quotidie aqua implere queant. Sunt autem eorum quidam intra mœnia, quidam non procul extra eadem, in vico suburbano. Intra urbem duæ sunt præcipuæ Thermae, quarum altera dicuntur Regiæ, alte- ra Cornelianæ, quæ quidem, vt loci interapedine distant, ita & aquarum qualitatibus ac facultati- bus, cum inter se, tum à suburbanis non nihil discrepant. De Thermarum Aquisgranensium conditione atque natura, Franciscus Fabritius Aquisgranensis Medi- cus Commentarium edidit, & Bartholomæus à Cli- uolo Medicus Taurinensis libros quatuor.



AQUISGRANVM, vulgo Aich, ad
 Menapiorum fines, perantiqua Imperij vrbis,
 monumento Caroli Magni, Thermae, pres-
 tantia, & peregrinorum, ob reliquias, frequen-
 tatione, memorabilis. Anno partæ salutis.
 CIO. IO. LXXVI. Colonia Agrippæ





MONTES.



MONTES, Hannoniæ vrbs potens & ampla, de qua hunc in modum Iacobus Lessabæus in Hannoniæ descriptione: Iulium Cæsarem, rebus alioqui foelicissimè gestis, tradit obsidione Belgenfi multa clade fatigatum, aliquantisper superfedisse, intereaq; eo loci penetrauisse, vbi in edito colle Pani sanum erat. Ac mox eum montem vallis & ligneis propugnaculis, vti earum rerum materia suppetebat, velut præsidio futurum, instruxisse: Porro Hunnis, Pannonijs (quibus à Pane nomen remanserat) Rhetijs, & id genus fortunæ adiuratis viris, qui tum palantes suo quisq; more agebant, huc summum erat oraculi gratia cõfugium, donec nominatissimi terra mariq; Ducis Iulij aduentu, ex sano castrum haberi cõcepit. Post supremum Brunulphi diem, qui eam arcem obtinuerat, traditæ rerum habentæ Alberico, Sigiberti Austrasiarum regis (Austrasiam intra Oceanum, Mosam, & Scalden tum posuere) ad recuperandas mortuo Dagoberto possessiones adiumento, vnde & filia eius sibi matrimonio copulauit. Alberico tandem libuit ocium arcis instauratione oblectare, maximè autem turris, cui ex suo nomine vocabulum indidit, quanquam alijs placet ad Albonem eam referri. Secus Castrum locus erat, què sanctæ habitationis gratia, Gislenus Antistes Valdetrudi designaræ, vbi iam miraculis quoque cõspicua erat. In eo Sigibertus ædem Deiparæ construxit, sanctimonialesq; ex Valdetrudis edicula opima sorte asciuit. In arcem Montana Prætor ex ordine Torquatorum Principem agens, ius dicit, noxios & patria interdictos ciuitate donat. Penes eundem creandi in annos singulos Montani senatus, sub ferias Ioannis præcidanias Mensè Iuniõ ius est. Tradunt Carolum Magnum donasse Montes Metropolitanæ munere, Cæsareisq; priuilegijs firmasse. Iam ex ipsa vrbs nomenclaturæ intellectum oportuit, præcipuam vrbs faciem nunc in colles assurgere, nunc vallibus deprimi. Ad fori crepidinem fons est, magno totius populi commodo procul ductus. Nam supra Dionysij, in Broceria, paludes ortum habet, ligneis fistulis grauissima arte compactis, quæ fluuium Haniam, & citeriorem siluulam, transmittunt. Alluitur oppidum Trulla fl. paruo admodum vsui in vehendis, euehendisq; mercibus, nisi huic rusticana ex superiori parte palus, suas aquas hebdomadatim foeneraret. Primo quàm Montes reliquit lapide, Trullæ immiscetur Haniæ, hincq; toto nomine ei Trulla cedit Condatum vsq;. Vrbs paucis supra sæculis, & virorum, & ædium frequentia, ad maximum numerum locupletata, opibus quantum facies ipsa pollicetur, non inferioribus. Frequens ad Francfordianum & Anuerpianum mercatus profectio, idq; sagariæ negotiationis gratia, quarum textrinarum inges copia. Oppidum, si quod aliud natura & propugnaculis munitissimum, fossa vndiq; circumdatum, & vna haud temerè parte obsidionis impatiens. Gens ab huius ætatis vitijs, ne dicam, prorsus aliena, sed tamen comitatis & benevolentia magistra, in tractandis amicis, & excipiendis hospitibus, summam agnosceres humanitatem. Immo mecum contenderes, quorundam ædes, munificentia ac liberalitatis officinas potius, quàm priuatas domos, optimo iure, cenferi posse. Vt autem templorum Anacephalæosin traham in compendium: Curiata sunt, Valdetrudis, Germani, Nicolai, Elizabethæ, ac rursum Nicolai in suburbanis Bertæ montis appellatione, circumlatis cum eo, quod est Valdetrudis Xenodochio finitimum, Beghinagium dicunt. Cæterum habet S. Franciscus sodalitiū virile, habet item foemineum. Augustino sacra est, quæ dicitur Vallis scholarum. Eidem Antistiti additæ sunt etiam virgines, quas à pullis vestibus, vulgus Nigellas appellat, haud tamen nigris moribus: nam vita integra omnem sinistram opinionem sustulit. Magdalena Sacellum est, cum publicis ædibus, excipiendis puellis, quæ sicut exhibuerunt membra sua seruire immunditiæ ad iniquitatem, ita decreuere impendere iustitiæ in sanctificationem. Harum laboris ac ærumnarum hic scopus est, ad stare, succurrere, inuigilare pestilenti lue correptis. Qua in re strenuam nauant operam, vbi malum, volentibus superis, grassari cõperit. Proximus est locus eorum, qui tertium Franciscanorum ordinem indepti, Minimi vocantur. Egressis vrbe, offert se iucundissima deambulatio, & fermè quaquauersum ornatissima suburbia, vt ne dicam de siluis, in quibus nec frondium virorem, nec auium garrum desideres, cum riget æstiuus hirsutus campus aristis. Huc vsque Lessabæus. Porro, superioribus annis hæc vrbs, grauissima belli ciuilibis incommoda sentijt. Cum etenim anno salutis 1566. plebs religionis prætextu, petulantissima concionatorum lingua ad horrendam rerum sacrarum, cultusq; diuini profanationem incitaretur, ijq; motus, exiguo postmodum tempore (concionatoribus profligatis, & peregrino, nouo, atque hæretico religionis exercitio è templis amoto, sacrilegis etiam plurimis, aut in vincula coniectis, aut laqueo suffocatis) à Regia sorore Margarita Parmensi sedarentur, vt æterno silentio prorsus obrui potuisse videri potuerint, nisi Albani seueritas, & in Hispanorum militum intoleranda tyrannis cicatricem obductam post refricuisset, & exitiali funestoq; bello occasionem dedisset. Is enim dux Regis sorori successor, cum Gubernatoris Belgici potestate, in has prouincias missus, vbi eas pacatas, magno stipatus exercitu ingressus est, primum infirmas Geuziorum motuum reliquias, partim iudiciorum serueritate, partim armis domuit, deinde præsidia locis opportunis aduersus vim omnem disposuit, tam catholicis & ecclesiasticis Geuziorum furoribus grauiter ante læsis, quàm ijs, qui Regiam Maiestatem vehementer offenderant, sine discrimine equè molestus, in fausta tributa subditis vniuersis frustra deprecantibus imperare pertinaciter cõcepit. Vnde factum est, vt potior eorum pars, atrocissimis Hispanorum militum iniurijs granissimè exacerbata, defecerit prorsus, & omnem salutis & libertatis recuperandæ spem, in armis posuerit. Quibus innumera proscriptorum & exulum multitudo, non ex plebe tantum, sed etiam ex nobilitate Belgica sese coniunxit. Et in his Auriacus Princeps cum fratribus Nassouijs, præcipuum locum obtinuit, qui magnas Germanorum copias in Gelriam, Brabantiam, & Hannoniam fratri Lodouico, qui montes Hannoniorum inuaserat, & in ea vrbe grauiter obsessus ab Albano tenebatur, mox adduxit. Sed quum Lodouicus à Gallis desertus, tandem se dederet, & exercitus Principis, Agrippinensis Archi Antistitis præsidio, fufus fugarusq; esset: debellatum planè videri tum poterat, nisi, quod insequuta deinde Mechlinæ, Zutphaniaq; direptio, & iniusta Hardensium cædes, contra pacta iusq; gentium perpetrata, nutantes Hollandorum & Zelandorum animos, qui soli victoris exercitu superandi restabant, tot sociorum fragibus exacerbatos, extrema pro salute tentare compulerint. Hæc ex Rerum Hispanicarum annalibus auctis excepimus.

ATREBATVM.



ATREBATVM, Artesia, cuius gens Iulio Cæsari Atrebates, vrbs est maxima, & metropolitana dignitate clara, & aedem, cum naturali situ, tum propugnaculorum, murorum, & turrium præsidio munita, vt omnium sententia, non nisi longissima obsidione expugnari facile queat. Ea propter, non immeritò Iacobus Meyerus, Annalium Fland. lib. xv. scutum, vallum, & murum totius occidentalis Flandriæ, Atrebatum nominat. Vrbs ipsa duas in partes, peculiari murorum ambitu, est diuisa. Quarum altera Episcopo, altera Principi adscribitur. Illa pulchra aspectu, sed minor, magnifica Cathedrali Ecclesia, in honorem B. Mariæ virginis ædificata, conspicua est. In qua permultis libris manuscriptis instructa Theologica bibliotheca videtur. Hæc autem multo amplior, pulcherrimarum ædium nitore, platearum latitudine, & foro imprimis spatioso, commendabilem se reddit. Quin etiam Abbatia S. Vasto consecrata, quæ opum magnificentia, reliquas monachorum societates superat, inclarescit. Aedes, ciuium habitationi destinata, præter commoditates alias, vinarias cellas longè maximas & amplissimas habent, quæ obsidiouis tempore, incolis latibulo sunt. Si quis plura de hac vrbe desiderabit, is absolutissimam Guicciardini descriptionem consulat, quæ auido lectori abundè satisfaciet.

MONS.



MONTES, HANNO
NIAE METROPOLIS.

Com Privilegio.

ARRAS.



ATREBATVM, EPISCOPA
LIS ET METROPOLITI
CA ARTESIAE CIVITAS




Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is mostly obscured by the texture and color of the aged paper.

BRUXELLA.



BRUXELLA, vrbs Brabantiae celeberrima, nomen habere dicitur, vt Claudius Champertus, libro de vrbium oppidorumque origine, & Lodoicus Guiccardinus ex Jacobo Guisio refertur, ab arce quadam, olim a senonibus, ex Anglia ad Galliam infestandam profectis, istuc aedificata, quae Burgongensium, vel Burgum Senensium appellata, paulatim contractus pronunciano, propter euphoniā, vel facilitatem, vt ferē ferē sit, Bruxellenſium nomen suscepit, soni similitudine vtcunque seruata. Gemino, eoque amplissimo, murorum ambitu cincta est, adeo, vt magnitudine Lonano, quā a Caesia respicit, parum cedat. Nam extremū pomerium, quod anno millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo ampliatum legitur, ducentis tantum passibus, Louaniensi minus est. Situ locum occupat amoenissimum, agro bene culto, nemoribus ac pratis vndique circumdata. Intus partim in colles leniter assurgit, partim se in planitie pandit, Mediam Sena fluuiolus, interlabitur, quo, ante, quam nouus ille alucus effusus esset, nauigia in Deliam descendebant, Antuerpiam peruentura. Paucis verō ab hinc annis ad commodiorem nauigationem, nouum aquae ductum sibi Bruxellenses fecere, quem vulgō, *Die vaert* vocant, fossa perpetua ab vrbe diuturnis operibus, atque incredibili sumptu, per quinque tota milliana, recto ferē tramite in Deliam vsque flumen, perducta. Huc naues ab vrbe soluentes in Deliam primo, mox in Schaldim delapsae, libere deinde cursu, si velint, vastum mare petunt, summa cum ciuium, tum vicinorum commoditate. Quatuor is alucus cataractas versatiles, quasi portas, habet, suis singulas locis commode dispositas, quibus & tantum indies aquae hauriunt retinentque, quantum ad quotidianam nauigationem satis est, & ne in proximum annum totus effundatur, facili negotio impediunt. Principium fossae ad vrbum Bruxellenſem quadragenis duobus pedibus, ostium aequae altitudine superat, Opus profectō quouis Imperatore & principe dignum, non solum propter insuperabilem, ferē difficultatem, quod etiam praeter tam longum operis perducendi spacium montem obiectum penetrare eruendo oportuit: sed etiam propter immensos sumptus, aliaque varia impedimenta obiecta, adeo, vt visum fuerit, vix fieri posse, vt perficeretur. Constituisse Bruxellenſibus vltra centingenta flotorum millia, affirmant. Praecipuus eius operis auctor ac promotor fuit, D. Ioannes Lockingenij & Coeckelbergae toparcha, vir equestri dignitate conspicuus, & Bruxellenſis Dictator, tamen ante, Margarita, Coroli V. Imperatoris aua, Belgicam gubernante, maiores ipsius idem excogitavit. Magistratus hic annuus est, ex septem patritijs familijs, earumque posteritate, communi stirpe tam muliebri, quam virili paulatim permixta, deligi solitus. Ha septem familiae antiquitate illustriores, vnde reliquae successu temporis descenderunt, insignes immutationes habent, hisce nominibus vernaculis appellatae Tserroloeloes, Tserhuuy, Sicceux, Cauuvenbergs, Tsvvers, Royenbeecs, Steen, vveghe. Opificiorum in hac vrbe genera sunt duo & quinquaginta, in nouem tribus, quas nationes vulgō vocant, distributa. Primariae ex his sunt, armifabrorum & polymitiorum. Hi aulca & picturas textiles auro, argento, serico, & multiplici opere acu contextas, vniuersae ferē Europae diuendunt. Illi adeo armorum vario genere fabricando praestant, vt Achyllis aut Herculis clypeo celitus petito, nihil cedant, non modo multifariam expoliendo, sed ea etiam subtilitate ferrum chalybe temperando, vt thoracas, galeas, scutaque istuc inuenias sclopeti istu impenetrabilia. Delubra, aedes sacras, atque omnium ordinum sana, miro structurae artificio & ornatu svarietae praecleara ostentat, inter quae Basilica D. Gudulae (quae ex Caroli Magni profapia V Vittardi Comitum, & Amelbergae filia fuit) olim S. Michiaeli Archangelo dicata, cum propter insignem structurae magnificentiam, tum etiam propter singulare sacrorum cultum, maxime excellit. Hic enim in peculiari sacello, aurea theca religiosissime in hunc vsque diem asseruatur, hostia illa sacra, quam admirandum, seu miraculosum sacramentum nuncupant. Rei stupendae euentum inter alios Iacobus Meyerus, rerum Flandricarum libr. X III. commemorat, annoque a nato Christo M. C C C. L X I X. attribuit. Iudaeos refert, ipso Parasceues die factam hostiam, a sacerdote forte comparatam, mensaeque affusam, cultis per ludibrium perfixisse, atque inde subito, magna vi, sanguinem erupisse, vxorem tum Iudaei cuiusdam, miraculi magnitudine commotam, facinus illic prodidisse, quare Iudaeos comprehensos in custodiam datos, & re diligenter perquisita, mox graui supplicio viuos exultos esse. In tanti miraculi perpetuam memoriam, V Vincelaum, eo tempore Brabantinorum ducem, annua amburbalia, a quo duratura, instituisse. Sunt tamen qui negant annuam processionem illam generalem, quam nunc adhuc obseruari videmus (eas enim processionem Latino amburbalium nomine indicamus) a tanto tempore fuisse institutam: sed a publica calamitate, qua sudor Anglicus, subito hanc regionem forte obruerat, Anno 1529. initium sumpsisse, aiunt. Aedificiorum operumque cum publicorum, tum priuatorum, generatim Bruxellae aequabilis est vndique symmetria, qua in primis praestat curia municipalis. Superba hic quoque, videre est variorum heroum, Belgiarumque magnatum tecta, qui huc interdum, vel priuatae rei, vel publici muneris alicuius causa, commeate solent, rerumque domino praesenti, vel si absit, eius vicario, praesto esse. Omnium verō operum vniuersae longeque praestantissimum est Praetorium vel Palatium, ea magnificentia exaedificatum, vt, licet ad antiquum exemplar vndique absolutum non sit, Regiae tamen Maiestatis dignitatem satis praese fecerit, idonea Curialium sedes, & peropportuno loco posita. Huic haeret amplissimus circus, perpetuo muro clausus, ad extrema vsque vrbs moenia extensus, qui omni deliciarum genere regibus, Principibusque & quouis nobilitate dignarum, copiose abundat. Missas hic facimus varias & priuatorum ciuium & nobilium egregias domos, instructissimos item hortos, ijs, quasi villae quaedam, adiunctos: vnde non solum, quae ad quotidianum usum requiruntur: sed etiam quicquid ad voluptatem comparari solet, abundantissimē suppeditatur. Praeterea etiam tot limpidiſsimos fontes, quibus hinc inde per plateas purissima aqua, quibusuis ad necessitatem subministrata, gratum omnibus spectaculum praebet. Claret etiam Bruxella vice comitatus titulo, aeternaque sedes est summi totius Brabantiae senatus, quem Cancellariam vocant. Nomophilacia dicitur. Ea regalia habet, ius abolitionis & potestatem nobilitandi. Huic vnus est praefectus, octodecim consiliarij ordinarij tantum: nulli extraordinarij, cum antea, vt Guiccardinus scribit, essent ex ordine consiliarij quatuordecim, & extra ordinem tres Fisci, aduocatus vnus, qui etiam per consiliarium agit, actor publicus vnus, duo scribae, multi a secretis, ab Epistolis aliisque munuscularij. Principi, consiliatorum Cancellariae numerum pro arbitratu suo, & rerum necessitate augere, liberum est. vt patet iucundi regis introitus ca. V. & IX. Quondam constabat tantum ex septem senatoribus, quorum primus erat Cancellarius, quem ex patriae legibus, natione Brabantum esse oportet, legitimo matrimonio prognatum, aut dignitate Baronem, vel per se, vel per vxoris dotem, Baroniae alicuius, in ipsa Brabantia sitae, trium ad minimum linguarū peritum, huic officio in primis necessarium. Latinae videlicet, Gallicae & Germanicae. Caeterorum quatuor quoque natione Brabantos esse conueibat, eosque Barones, aut haereditate sua, aut per vxorem acquisita. Postremos duos ex caeteris senatoribus suis princeps, qui maximē videbantur idonei, Germanicae saltem linguae gnaros, adiungebat. Cancellarius est hoc tempore, clarissimus vir, D. Ioannes Scheiffius, equestri dignitate illustris, & Dominus ab S. Aechtenrode, Ottenborg, Nethene, &c. vtriusque Iuris Doctura, & Iustitiae incorruptissima administratione spectatissimus, qui Antuerpiae ex patricia Scheiffiorum familia ortus, istuc Senator aliquandiu, post etiam Consul fuit. Inde ab Imperatore Carolo V. ad secretum suum consilium adscitus, legatione eiusdem Imperatoris nomine apud Angliae Regem Eduardum, & Mariam Reginam eius sororem, summa cum laude sapientissimē persunctus est, ac tandem ad fastigium omnium in Brabantia dignitatum, Cancellariumque videlicet, (quippe qui semper ipsius Brabantiae ducis personam repraesentet) in quo nunc elucet, maximo gentis applausu euectus. Huc vniuersae Brabantiae ciuitates appellant, excepto exiguo solummodo tractu, quem Romanensem vocant. Hinc enim ad forum Genapense prouocatur. Sic Lodoicus Guiccardinus, diligentissimus earum rerum inquisitor, tradit. Verum intelligo, inferiora tribunalia, quae iurisdictioni Genapensi subsunt, optionem habere, appellandi quo velint. Praeterea, de sententijs in curia Genapensi pronuntiatis, an etiam ad Cancellariam Brabantiae liceat appellari, controuersum adhuc esse. Causam in eadem Brabantiae Cancellaria quoque dicunt Lymburgi, Falckenburgij, Dalmeij, & annexa municipia Transmosana, eatenus Nomophilaciae Brabantiae obnoxia. Hic etiam firmam sedem habet curia feudalis, suprema omnium, quae in tota Brabantia existunt, a quam, quasi patronam, reliquae in toto Ducatu feudales curiae appellationibus suis confugiunt, praeter Romanensem istum tractum, qui in feudibus eodem modo se habet, quo in alijs causis, vt supra dictum est Clientum causas Regijs vicarius aut ipsemet praesens audit, aut vicaria vitur opera, idque cum saepe alias, tum in primis decimaquinta quaque die, videlicet, sabbathi. Sunt & huius fori praeter Nomophilaciae studiosos, consiliarios, a doctoresque, certi quidam homines ad hanc praecipue causam delicti. Quemadmodum verō Bruxellae, ita singulis prouincijs suum est clientelarium controuersiarum forum aliquod singulare, quo, dum res ita postulant, clientelae minores concurrunt. Habebat insuper Bruxella Ecclesiasticam curiam (quoniam extra territorium Brabantinos citare fas non est) in qua discutiebantur controuersiae omnes eius Brabantiae partis, quae Dioecesi Cameracensi parebat. Nam tota Brabantia hic non comparebat, quia pars eius, quae Leodiensem Episcopum agnoscebat, Louanij, coram tribunali istuc ei constituto, litigabat. Nunc singulae dioeceses, nouis, paucis ab hinc annis Episcopis creatis adscriptae, singulis episcopis parent, vt Mechlinia cum suo territorio Archiepiscopo Mechliniensi, Antuerpia, Buscoducum, Namurcum, Antuerpiensi, Buscoducensi, & Namurcensi episcopis, &c. In his curijs de matrimonialibus & testamentarijs causis, deque Ecclesiasticorum vitijs cognoscitur. Per multos etiam nunc ante nos Bruxellae est consilium Regis priuatum, item consilium statuum, &c. de quibus huius loci non est dicere, quod ista huic vrbi, vt perpetuae fedi, non sinalligata. In summa, omnia in hac vrbe talia sunt, vt praeter caeteras, verē Regiae dici & possit & debeat. Secundum praerogatiuae dignitatis locum inter Brabanticas ciuitates obtinet. Doctos viros tulit, Aegidium Fabrum, Thomam Cantiparum, Alberti illius Magni auditorem, Henricum & Ioannem canonicos, quos omnes Trithemius elogio celebrauit. Postea viciniore nobis aetate, Nomophylacas duos Brabantiae, Hieronymum & Adolphum Vandernotos. Inter alios, qui hac nostra tempestate eruditione & virtute claruere, sunt Carolus Tisnacus, doctura & equestribus insignibus honoratus, a sanctiore consilio Regis affectator, ac Regalis signi fidelissimus custos, iam nouissimē praeses consilij priuati creatus. Iacobus Thaus, Goici herulus, vir vndequaue nobilis, & trium linguarum scientia praestans, item huius frater, Hadrianus VVemmelae dominus, qui iam consulatum summa cum laude hic aliquoties gessit. Praeterea, Andreas ille VVesalius, Regis Hispaniarum Philippi, eius nominis secundi, medicus, Physicus & Chuirurgus excellentissimus, & in anatomice omnium Europaeorum salite princeps, id, quod eius monumenta, aeternum duratura, abunde satis testantur. Porro Andreas Masius, Duci Cluensiū a consilij, vir nō tantum Latine & Graecē doctissimus, sed etiam in Hebraica ita versatissimus, vt ipsis Iudaeis admirationi sit. De his fidem faciunt quae recenter iam ab ipso in lucem edita sunt. Hic quoque nobilissimo partu edita est herois illa egregia Maria, Caroli V. Caesaris Germana soror, olim Laodico Hungarorum Regi nupta, quo abs Turcis profugato atque in fuga amisso, quinquentio post ad fratrem reuersa, Belgicae gubernatrix constituta est. Praecipuum deniq; laudem Bruxellana meretur Respub. quod Anno salutis M. D. LXXVI. Et LXXVII. dum ciuilibus quateretur motibus Brabantia, atrocissimi Iberi conatus, quando huic potissimum vrbi insidiabatur, forti prudentique animo, represserit.



- | | |
|------------------|-------------------------|
| 1. S. Janspoort | 20. Bogaert |
| 2. S. Janspoort | 30. S. Gelyn gathuyt |
| 3. S. Janspoort | 31. S. Beren |
| 4. S. Janspoort | 32. S. Claren |
| 5. S. Janspoort | 33. Die warand |
| 6. De Loke poort | 34. Vleemart |
| 7. S. Janspoort | 35. Bergen |
| 8. S. Janspoort | 36. R. ghu |
| 9. S. Janspoort | 37. Die grote guldfhof |
| 10. S. Goelje | 38. Canonicus |
| 11. S. Janspoort | 39. S. Kierstus ferdhof |
| 12. De Brocken | 40. S. Kierstus ferdhof |
| 13. S. Loo | 41. S. Kierstus |
| 14. S. Claren | 42. Die houtmarkt |
| 15. S. Claren | 43. Hof van Lude |
| 16. S. Claren | 44. Den werf |
| 17. S. Claren | 45. S. Claren |
| 18. S. Claren | 46. Nieuwe |
| 19. S. Claren | 47. Die Lambaerde |
| 20. S. Claren | 48. S. Lauz gathuyt |
| 21. S. Claren | 49. Vleemart |
| 22. S. Claren | 50. Die grote markt |
| 23. S. Claren | 51. Starthuyt |
| 24. S. Claren | 52. Die Ommart |
| 25. S. Claren | 53. Den Pan |
| 26. S. Claren | 54. Verloren |
| 27. S. Claren | 55. Guesbeck |
| 28. S. Claren | 56. Egmonz |

BRUXELLA, vrbs aulicorum frequentia, fontium copia, magnificentia principalis aulae, Cuncta domus, ac plurium aliarum splendore, nobilissima: Et, quod de sua Burdegala dixit Ausonius, demerita hinc caeli nitens, et irrigua larva in dulgentia terra fluvius incolae, vestitu opes suas ostentant praeter ceteris, et maxime genus mulierum, Templorum omnium hoc loco magnificentissimum est, D. Gudulae, Canoniarum Collegio insigne, Ha: Barlandus.

Cum Privilegio.





Illegible text within a rectangular frame, likely a title or a block of text from the watermark.

G A N D A V V M.



ANDAVVM Flandriæ Metropolis, ac totius penè orbis, inter vrbes miraculum, in hanc, quam vides Lector, magnitudinem, suis viribus paulatim excreuit, contraque aliarum urbium fata, inuictâ æternitate meruit. Coluere eam primû Indigenæ Gorduni, siue Gûduni, veteres Neritorû clientes, teste Cæsare. Deinde Romani, quos ipse Cæsar Iulius, hic primû præsidio collocasse, constanti annalium memoria refertur. His postremo accessere Germani, quorum pars maxima Saxones, quos ad sexaginta millia Carolus Magnus, in hanc Belgicæ partem traduxit. Vrbs est, non amplitudine solum & dignitate, sed æmœnitate quoque loci, quam flumina, riuus, prata, colles, & cælum denique non alibi suauius afficit, conspicua. Cumque alijs rebus clarissima sit, multò tamen clariorem reddidit, scelicissimus Caroli V. Imperatoris ortus, quem vt inuictissimum, nisi in inuicta vrbe nasci, non de- cuit. Hæc D. Antonius Schonhouius. Non arbitror (inquit Erasmus in Epist.) quæqua patet Christia- na ditio, ciuitatem vllam reperiri, quæ cum hac conferri queat, siue spectes amplitudinem vrbs, ac potentiam, siue politiam, siue gentis indolem. Hactenus ille. Tria miliaria Germanica in ambitu continet. Insulæ habitata, quæ fluminibus, & aquæ ductibus e- minent, sunt in hac vrbe 20. Pontes, quorum multi tribus fulciuntur fornicibus, plurimi duobus, nauesque maximas (quas illi plei- tas vocant) submitunt, 98. Molæ ventis agitatae plures C. quarum maxima pars frumenta frangit, aliæ ex semine contuso, oleum conficiunt. Vna aquam, ex vliginosis pratis, in flumina educit. Sex item, aquarum impetu rapiuntur, ex quibus quatuor granis fran- gendis, quinta corticibus, sexta papyro conficiendæ feruit. Tempa Paræciarum hæc vrbs tantum 7. habet, quarum quæ S. Marti- ni in Ackergem, neque maxima, neque minima perhibetur, ædium distinctarum V. M. X. V. continet, quas plures nonnunquam familiæ incolunt. Abbatia intra mœnia sunt V. Canonicorum collegiata sodalitia II. Monasteria XXV. publica peregrinorum Xenodochia 7. Nosocomiû vnum amplissimû & ditissimû. Gerontotrophia vtriusque sexus X. Pædotrophia, vbi etiâ expositi infan- tes aluntur, II. Furiosorum ergastula II. Xenodochiû item Leprosorum vnum, annuo prouentu ditissimum, vnde & nomen habet. His maiorum institutis liberalitas & pia benignitas ciuium huius quoque temporis accessit, qui ære vicatim, & in concionibus col- lecto quotidie plus quam III. M. familiarium pauperum, in omni re necessaria sustentant.

In loco nouæ arcis, olim fuit pagus Gandensis, qui & vrbs, & nominis initium fecit, habuitque infigne Monasterium S. Bauonis, ordinis S. Benedicti, quod è vetustissima arce, cui nomen Oduca, conditum, nunc rursus Caroli V. auspicijs, anno M. D. XL. in ar- cem longè ampliorem reductum est, Cœnobitis (qui iam paulò antè Canonici seculares euaserant) in ædem principem S. Ioannis Bap. cum reliquijs & ornamentis omnibus translatis. Erat & hic non incelebre templum, Paræciale S. Christi, quod funditus e- uersum, vnà cum Monasterio illo (cui proximum erat) arci cecit. Egregia etiam opificum collegia habet, inter quæ Laniorum & Nautarum primatum obtinent. Vnica etiam studiorum alumna; multis doctissimis viris prima literarum rudimenta, contulit. Vr- bem hanc magnifica templa: Abbatia amplissimæ, S. Petri vna: altera verò S. Bauonis. Aër salubris: rerum necessariorum abundan- tia: & vrbana ciuium humanitas commendabilem reddunt. Varia huius politia facies, pro diuersitate temporum, fuit. Politia Gan- densium sepè, inquit Iacobus Meierus, Annaliû Flandr. lib. 16. contigit mutari. Temporibus Balduini Hagnomensis, hoc est, sub annum Domini M. CC. à XIII. perpetuis senatoribus Respub. gubernabatur, quorum è numero, cum quis moreretur, reliqui 12. alium mox in demortui locum sufficiebât. Anno autem M. CC. XII. Fernandus Comes legem tulit, vt 13. illi Senatores, qui ha- ctenus fuerant perpetui, fierent annui, annisque singulis, habitis comitijs, in ferijs D. Laurentij Martyris innouarentur. Hoc institu- tum annos omnino tenuit 16. Nam anno 1228. postquam Fernandus Comes ex captiuitate rediisset, instituit ordinem 39. viratus Reipub. multò vtilissimum. Anno autem 1275. Margarita Comes, & filius eius Guido, videntes per hunc ordinem ciuitatem ni- mis esse liberam, eum abrogarunt, statueruntque Curatores Reipub. tantum 30. Scabinos puta 13. Consiliarios 13. Et Aerarios 4. Quos in annos singulos, pridie feriarum decollationis D. Ioan. Bap. innouari volebant, ea ratione, vt 30. cedentes, alios 30. in locum suum eligerent. Ciues omnes Gandenses, ac socios seu fratres Collegij eius, Comanorum appellatur (teutonice Coman- gulda.) Hi tertio gradu necessitudine contingere se non poterant. Verùm in hanc nouationem non consentientes. 39. viri, appella- bant mox Curiam Parisiensem, iudicatumque est per arrestum 39. viratum debere suum habere locum, abolita noua constitutio- ne. Dehinc anno M. CCC. I. Philip. Rex, cognomine pulcher, seruans in custodia Comitum Guidonem, Gandauum venit, nouam statuit politiam & senatum, qui per annos plus minus. 170. conseruatus est. Quamquam 39. viratu longè esset vtilitate inferior. Comitiam habebantur per hanc legem pridie Assumptionis Deiparæ virginis. Comes, aut eius legati, quatuor legebant ciues Gan- denses. Ciuitas legebat totidem, qui octo creati electores 26. honoratos & idoneos eligebant Senatores, quem numerum Comes aut eius vicarij 13. Scabinos, ac totidem Cõsiliarios diuidebant. Eoque cursu temporis introductum est, vt ciuitas in ternas parti- retur partes, nempe ciues, opifices, & textores. Introductus est & iste abusus, vt ex ternis illis tribus ciuitatis 26. illi eligantur Se- natores. Eo item tempore inuenta est creatio Decanorum, de quibus in eam vsque diem nulla fuerat memoria. Creatus Decanus ci- uium, Decanus Quæstus, & Decanus Textrinulæ. Sed interea grandis & perniciosus introductus abusus, vt quoties turbatio ali- qua in ciuitate oriretur, Decani illi, perinde, ac componendi motus causa, cum vexillis omnibus, Sic, vt primus Senator cum vexil- lis D. Georgij, Flandriæ, atque oppidi Gandensis, supremus verò Decanus cum 52. collegiorum vexillis, ad 25. & amplius milia hominum sæpenuero secum aggregarent. Eum abusum Philippus Dux, hoc anno 52. iustulit, & abrogauit, omniaque illis vexil- la ademit, eò quod ritus ille planè barbarus esset, & intollerabilis, seditionesque ciuiles, cedes bonorû ac innocentium ciuium frequenter ex illo nascerentur. Sed oppidani ad pristinum ingenium, & ad eandem barbariam redierunt, donec à Diuo Carolo, inuictissimo

Monarcha, grande atque vtile illud acciperent priuilegium, nempe omnium priuilegiorum abolitionem, quæ quidem abolitio, magnam quietem, atque salutem huic ciuitati attulit, &c. Hactenus Meierus. Superiore anno 1576.

dum libertatis adferendæ gratia, ciues Gandenses, Auriaci adiuti copijs, arcem valida obsidione

cingunt, eiusque Mœnia, muralium machinarum impetu ad oppugnationem solo


adæquant. Et tandem immanissima Anuerpiensium direptione audita, dum

militem ad oppugnandum disponunt, arcem ipsam deditione occu-

pant, die nona mensis Nouembr. Hispanis præ-

sidiarijs, dimissis illæsis

GANDAVVM. Amplissima Flandriae orbs,
 a Julio Caesare condita, et a suo nomine Caio, ut
 Chronici Brabantini loquuntur, dicta, fluminibus no-
 bilis, amoena, ampla, spaciola, nunquam conclusa, nusquam
 suffocata. Innumere culta, domus, facundia virorum, in-
 genia, antiqui mores, tum duplici muro amplificata
 loci species. Suos etiam habet, ut Souaniū meditationi
 ac studijs aptos recessus. Habet et ludos literarios ali-
 quot multae celebritatis, magnifica templa, coeli per quam
 benigni, gentem frivole magis dixeris, quam parva. Est Gan-
 dauum et pluribus sanctorum corporibus, et nobilibus monaste-
 rijs duobus exornatum, Petri Apostolorum principis, et
 Bauonis. Utrumque Abbatem habet, & annuos prouen-
 tus amplissimos. Carolo V. Auo. vitae principium
 dedit. Hadria. Barl.



Cum Privilegio

- | | | | |
|------------------|-------------------|-------------------|-------------------|
| 1. Walpoort | 21 S. Cateri hof | 35 Statbuys | 42. Steenpoort |
| 2. S. Elizabeth | 22 S. Phelien | 36 S. Loris hof | 43. Viss'w'ig gae |
| 3. S. Luce hof | 23 S. Elou | 37 S. Nicolaus | 44. Keijfcrink |
| 4. Trijck gaffel | 24 S. Agn' stem | 38. Corfaert | 45. S. Maris |
| 5. Gulden | 25. Geld munte | 39. S. Juerde | 46. Schippers Cap |
| 6. Turre port | 26. Sluizen | 40. Grauyf | 47. Volders hys |
| 7. Cille broers | 27. Gruypoort | 41. Braters | 48. S. Jodors hys |
| 8. S. Michiel | 28. Nieuwlandt | 42. Bruepoort | 49. S. Alaryn g. |
| 9. Proeck | 29. Nimmere | 43. Cal wand | 50. S. Wale |
| 10. Grauyf | 30. Aldepoort | 44. Waleport | 51. den Driech |
| 11. Swartez | 31. S. Herle plac | 45. Wuerf | 52. S. Barbere |
| 12. Bogard | 32. Vschmar | 46. Caluborg | 53. Schur. hof |
| 13. Pastern | 33. Verlach ma | 47. Cauter | 54. Groen hys |
| 14. Zid p. | 34. Verkenmar | 48. Betsport | 55. Rabbot |
| 15. Gruy | 35. Tylsch hof | 49. S. Jodors hof | 56. Therau |
| 16. Noorters at | 36. S. Luce | 50. Bieccap | 57. Spruen hof |
| 17. Weefen | 37. S. Ouz g. | 51. Ouz port | 58. Groen briel |
| 18. Buisanus | 38. Gruy zift | 52. Minreb | 59. Poole |
| 19. S. Agnien | 39. S. Claren | 53. On Vrou | 60. Ingele gae |
| 20. Nieuwe Cof | 40. Schut hof | 54. S. Piere | 61. S. Ann' gaff |
| 21. Kerke | 41. Loris port | 55. S. Quiric | 62. Padic gae |
| 22. S. Luce h. | 42. S. Torre | 56. S. Lieus p. | 63. Tine uwe |
| 23. H. Christ | 43. Wint aerde | 57. Keiser po | 64. Cal feel. |
| 24. S. M. Cayd | 44. S. Lans S. Ba | 58. Tlandt | |
| 25. Corners | 45. Lantherd | 59. Buuyghof | |
| 26. August | 46. Belford | 60. S. Loris gaff | |
| 27. Temp. h. | 47. Tuere | 61. S. Caterine | |



B R V G A E




Pontium multitudine, quorum frequens, in hac ciuitate; numerus inuenitur, hanc ciuitatem multitudinis numero, Brugas appellari, existimant: Germanicè enim pons, ein Brugk, sonat. Huius autem vrbs, tantam esse celebritatem, tradit Georgius Cassander, vt nulla sit ora, quam non iam olim eius fama, cum maxima laude coniuncta, compleuerit. Ita enim huius vrbs, inter cæteras virtutes, eminet, & excellit moru ciuilitas & humanitas, vt si quis ea insigniter præditus videatur, continuò aut hic natu, aut certè institutum, conijcere, aliaru etiã nationum homines soleant. In excipiendis, tractandisq; hospitibus & aliaru vrbiu, vel Magnatum legatis liberalissimi sunt, & supra modu beneuoli, atq; humani. Verissimè proinde Erasmus, in epistola quadã, ad eruditissimu virum, Leonardum Casenbrotiu, huius vrbs ciuem ornatissimum, scriptum reliquit. Gignunt (inquit) Brugæ tuæ ingenia fœlicissima, & Atticis simillima. Tanta est huius vrbs pulchritudo, vt omnium eorum iudicio, qui eam propius inspexerunt, non facile aliam ei partem, in tota inferiori Germania, inuenias, quæ pulcherrimis mœnibus, à Balduino Caluo, Anno à C. N. octingentesimo nonagesimo munitur & cingitur, quæ latissimis & amœnissimis vijs tam perpetuis, quàm trãfueris, venustissimè describitur: quæ foru habet, ædificijs pulcherrimis septum, ad quod sex late deducunt plateæ, totidem præcipuis portis respondentes. Quæ crepidinib. & pontibus, ijsq; plurimis ex lapide constructis, pulcherrimè exornatur: quæ magnificentissimis, cum publicis, tum priuatis ædibus, præcellis turribus, diuorumq; augustissimis templis, sexaginta numero, insignitur. Quorum præcipuum S. Donatiano sacrum, amplissimè Canonicorum est dotatum collegium, & Ludouici Viuis Hispani viri absolutissimè docti, monumento nobile. Cuius Præpositus Ecclesiasticæ Curia præses, & hæreditarius est, vniuersæ Flandriæ, Cancellarius. In eadem etiã Ecclesia Gonildes Augusta sepulta est, quam origine Danicam inuenio. Nam regnum Britannia, quod Anglofaxones supra quadringentos annos continenter tenuerãt, Ab anno scilicet domini 617. vsq; 1014. hoc anno interrupere Dani, quorum primus rex fuit in Britannia Sueno, quem insequutus filius Canutus, Gonildem hanc genuit, quæ deinde nupta Imperatori Hérico tertio, cum ab emulo quodam adulterij accusata, marito se purgasset iudicio candentis ferri, vt tum moris erat, videretq; ea purgatione, quæ tamen Canonica erat, illi non satisfactum, submisit suo nomine in duellum puerum, seu mangonem quendam nobilem, quem secum è Britannia adduxerat, qui adiuuantibus superis, qui semper fauenti sculpatis, vicit accusatorem, prostrauitq; giganteæ staturæ atque roboris hominem, quæ res demu Henrico Imperatori suspicionem ademit. At illa offensa tã pertinaci suspitione mariti, misit illi libellum diuortij, secessitq; ad Balduinum Pium, Flandriæ Comitem, qui tũ Brugis ferè semper agebat, vbi priuata vixit, sustentata ab eo, vt cui sanguine erat coniuncta. Vbi aut viuere desisset, in collegiata Ecclesia sepelitur ad lacus ostij septentrionalis, cuius monumento insistit imago illa D. Mariæ, pro qua festiuis dominicisq; diebus Canonicorum processio subsistit. Multa hæc viuens & moriens huic Canonico sodalitie donasse legitur, in quibus præcipua fuere, Augustatis corona, Multiq; optimorum Auctoru libri, magno olim sumptu descripti, qui ferè iã perierunt, vno ipsius psalterio seruato. Etsi porrò Brugen sis vrbs maximo ambitu cõtenta, & in orbem ferè decentissimè circumducta, frequentissimè tamè colitur, & habitatur. Canalem habet ad tria miliaria, ex mari deductum, alioru riuulorum influxu adaçtum, qui se brachijs nauigalibus, per multas ciuitatis plateas, transfundit. Et, vt paucis omnia cũ Hadriano Barlando dicã, totus hic locus pascendis oculis, reficiendis animis dicatus est. Pulchra sunt oppida Gandauu, Anuerpia, Bruxella, Louaniu, Mechlinia, sed nihil ad Brugas. Aeneam quoq; Syluiũ ferunt, in tribus ciuitatibus, quas ætate sua longè cæteris antecellere putabat, etiã Brugas cõmemorasse. Eius incolæ suauissima pronuciãdi ratione vtuntur. Est enim his vox aded pressa, & flexilis, vt nõ alia gens, ad quasuis linguas addiscendas, easq; aptissimè, & expeditissimè proferendas magis sit idonea. In recipiendis, & in admittendis peregrinis, faciles, plurima benignitatis & liberalitatis officia in egenos & ægros impendunt. An nõ hoc (inquit Cassander) insignis cuiusdam & memorabilis humanitatis indicium est, quod hæc ciuitas iã olim pueros egestate pressos, nec otio, situq; marcescere, neque ad malas artes se cõuertere permittit? Sed instituta in hoc est publica schola, animu bonis artibus excolendu, corpus necessarijs alimentis educandu, curat. Hanc humanitatẽ propè singularis moru ciuilitas, liberalitas, & in victu, amictuq; splendor quidam, & elegantia comitatur. Insignis aut mulieru Brugen sium splendor ac magnificentia à Meiero cõmemoratur. Nã anno M. CCC. I. cùm Philippus Rex Gallia cũ Ioanne vxore Regina Nauarræ subacta Flandria Brugas veniret, talemq; mulieru splendorẽ ac fastum Regina conspiceret, indignabũda dixerit: Ego rata eram, solam me esse Reginam, At hic sexcentas conspicio. Opibus aut posteri, ac re lapsi sunt, cum ob aquarum & vecturæ incommoditatem, mercatores, & maximè quidem, de Hanseatica societate, hanc vrbe deseruerunt. Non tamen omnis mercatura hic iacet. Lanificium enim, & lanæ distractionem retinuerunt.

BRVGÆ, FLANDRICARVM
VRBIVM ORNAMENTA.




BRVGÆ, vulgo Brugk; Teuto-
nicæ Flanariæ urbs omnium
pulcherrima, nitidissimaque publi-
carum siquidem, privatarumque
adum in hac orbe splendor et
magnificencia, omnem ratio-
nem, omnem dicendi faculta-
tem superat. Optimam urbi-
um formam, hoc est orbicula-
rem, situ obtinet, aquis pro-
be instructa, duplici fossa
ambitur; florentissimum quo-
dam emporium fuit. *Deum*





LIBRARY
AMERICA



A N V E R P I A

PARS FLANDRAE

S C A D I S


- | | | | |
|-------------------------|--------------------------|----------------------|----------------------|
| 1. Oude Spoorweg | 7. Die Vrouwekerk | 13. Die Grote Markt | 19. Die Kruispoort |
| 2. S. Jacobskerk | 8. Die Broederskerk | 14. Die Oudekerk | 20. Die Kintore Fort |
| 3. S. Andriaskerk | 9. Die Sint-Janskerk | 15. Die Oude Markt | 21. Die Belfort |
| 4. S. Laurentiuskerk | 10. Die Sint-Georgiskerk | 16. Die Nieuwe Markt | 22. Die Kruispoort |
| 5. Die Sint-Georgiskerk | 11. Die Sint-Georgiskerk | 17. Die Nieuwe Markt | 23. Die Kruispoort |
| 6. Die Sint-Georgiskerk | 12. Die Sint-Georgiskerk | 18. Die Nieuwe Markt | 24. Die Kruispoort |

Les noms des Boulevards & rades
 A. Bulwardo del Duc.
 B. Bulwardo de Ernaudo.
 C. Bulwardo de Toledo.
 D. Bulwardo de Alua.
 E. Bulwardo de Paciotto.

ANVERPIA, nobile in Brabantia oppidum, par-
 tum maritimam, Gallis, Germanis, Hispanis, Britannis, Ita-
 lis frequentatam, mercatorum miram in modum floret. Simp-
 licis tam publicis, quam privatis edificij ruit, nimirum Augu-
 stissima D. Virginis templo, cum turri, ex candido lapide ali-
 tissimo, (sicuti, Alantica, Anglica, ac Portugalesium domo
 Monasterio Premostratensium, monumentis, scilicet Caroli
 Ducis Burgundionum Coniugij, nobilit. Anno à Christo
 nato, CIO. IO. LXXVII. Die V. Novemb. munitissima
 Anverpionum moenia, à Cronenburgio, usq. ad (se-
 saream portam) diuina, solis, aqua, fuit, & ad
 vallis cincta, fossa de aqua circumdata, quinque propugnaculo
 de quo fossa munita, constructa, habens in cir-
 cunferentia inter propugnacula superne eminentes
 decem et tres fortissimas, quas alij Pustillos nuncu-
 pant, ad hostium propellendos insitua, fortissimas.
 Intra late patentem aream, percomode claudunt, castra,
 quas presidarij milites incolunt, si aree medio, statua
 gena decorata, magnis similib. sua Serenissimi simonstapa-
 may Regis usq. illustriss. Duci. Alhamo (cuius vniuersa
 corporis faciem approprie refert) beneuolentia et gratia
 dno ergo pacificatoris habere, posita est: hanc in col-
 lobi pede inscriptionem habens.
 FERDINANDO ALVAREZ A TOLEDO ALRE DVOPHILIPPE II.
 HISPANVS BELGAS PRÆFEC. QVOD EXTINCTA SEDITIONE,
 REBELLES PARS BELGIONVS PRO-VLATA, IN-VLTA, CVLTA,
 PROVINCE PACÈ FIRMAVIT, VSQ. OBIIT, MI. MINTI. FIDELIS.
 POS. IV. M.




T S H E R T O G E N B O S C H



Biscuit deus appidum ludo literario, & pugnae populo nobile. Horum arma superioribus annis haud semel Gel-drij sensere, cum qua gente vario certatum est euentu nos tris hominibus. In hac urbe templum est f. Deipare sacrum, opus visendo apparatus. Hadrianus Barlandus p. m.


L O E V E N.



LOEVENOM Penultima Brabantiae urbs, ante Julij Caesaris adventum in has regiones, oppidi formam habuit, temporumq; successu, in tantam amplitudinem excrevit, nunc ex in ambitu quatuor miliaria Italica colligat Praesit hoc Louaniensib; aëris, situsq; amoena comoditas. Quos magnifici etiã D. Petri templi, cuius dom' eleganter aedificata, multosq; colle Vniuersitas, Dela filii Caesari a Julio Casare conuicta, multaq; admiratione digna, egregie ornant.

Cum Privilegio.

M A C H E L E N.



NI TIDISSIMA. CIVITATIS MECHLINEENSIS. IN MEDITVLIO BRABANTIAE. SITAE. EXACTISSIMA DELL' NEATTO.



TRAIECTVM

TRAIECTVM INFERIVS, vernaculo idiomate *Utricht*/firmissimo muro-
rum ambitu, propugnaculis, multisque ad hostium furorem arcédum peridoneis
turribus vrbs inclyta & memorabilis, Hollandiæ, quorundam sententia, adscribitur,
quod tamen AENEÆ SYLVIUS displicet, qui eam Frisiæ urbem nominat, habetque sen-
tentia suæ riualem OTTONEM FRISINGENSEM lib. I. cap. 15. indubitatum autem nunc
est, quòd DIOECESIS TRAIECTENSIS, quæ quondam suis Episcopis parere solebat, Hol-
landicæ se gubernationi sub CAROLO V. dederit. Agrum multarum rerum vbertate præstantem, &
Hollandico solo paulò altiolem, situ obtinet. Quo accedit, quòd exiguo spacio, per multa oppida,
benè & eleganter culta, muro cincta & haud contemnenda magnitudine vicina habeat, ad quæ om-
nia, breuissimo tempore, Traiecto perueniri potest: Quæ cum eorum moderator, Serenissimus Hi-
spaniarum Rex PHILIPPUS, ex alta quadam specula conspexisset, ingenti perfusus gaudio dicitur, quia
tantam vrbiū opidorumque frequentiam vnicum territorij sui benè culti indicium, singulare quo-
que decus & ornamentum esse putabat. Afferunt ij, quos studium Geographicum delectat, Traiec-
tensem hanc urbem quondam Antoninam appellatam fuisse, vel ab Antonio Senatore Romano,
qui immanem Neronis tyrannidem Roma fugiens, hanc urbem ædificasse putatur: vel à M. Anto-
nio Iulij Cæsaris legato, belli Gallici tempore, initium ac nomen accepisse perhibetur, vel denique
à M. Antonino Pio Augusto. Quicumque tandem horum præcipuus Traiecti fundator extiterit, an-
tiquissimæ originis urbem esse constat, quippe, cuius Antoninus in Itinerario mentionem faciat,
& plurima Romanorum numismata, aliaque antiquitatis monumenta, certa vetustatis indicia, fre-
quenter hoc loci inueniantur. Nunc Traiecti nomen à traieciendo vulgò obtinet, ob frequentem
nimirum (vt plerique existimant) mercatorum per hanc urbem transitum, vel quia hinc veteris Rhe-
ni traiectus fuit. Is enim hanc urbem solebat alluere, quæ nunc per fossas & canales artificiosè ex Rhe-
no deductos, aquam consequitur, ad eò, vt à plerisque minus accuratè hoc considerantibus, Rhe-
no adiacere putetur. Est autem diues & populosa ciuitas, & priuatarum ædium nitore, & magnificis Ca-
nonicorum Collegijs præstans, quorum præcipuum est S. Martino sacrum, Fanum ornatū & sum-
ptuosum. Quia porrò secunda fortuna eos plerunque, quibus clementius fauet, paululum erigere, &
cæteris anteferre soleat, vnde aliorum deinde inuidia oritur, simulas quædam inter hanc ciuita-
tem, vicinamque populam orta est, ad eò quidem vt ad arma progressum, & Traiectū expugnatum,
ac dirutum ab eis fuerit, qui præsidario milite, & constructa ilico arce VVilltenbergh nomine, hanc
Traiectensem Rempub. aliquanto tempore suis habenis moderati fuere. Ab horum autem incon-
dito & tumultuante domino, Clodouei Lotharij filij opera, & auxilio, tandem hoc oppidum libe-
ratur. Regium est Traiecti concilium, in quo vicinarum vrbiū lites dirimuntur. Arx etiam pulchra,
& valdè munita iussu Caroli V. constructa, cui Vredenburch nomen inditum. Hanc autem arcem
ciues, atrocissima Hispanorum seuitia grauiter læsi & exacerbati, multo labore obsident, ac tandem
extrema necessitate urgente, ad deditioem adactos Hispanos, saluos & incolumes optima fide di-
mittunt, Anno salutis M. D. LXXVII. Februarij die XI. Præpotenti in super Episcopatu commenda-
tur Traiectum, cuius Antistes in sacris latissimè imperat, qui & Archiepiscopi cõsecutus dignitatem,
plurimum ab ea amisit, ob innocentissimi Bonifacij cædem, quæ in hac ciuitate fuit patrata, cui de-
inde Pipini & Caroli Magni, Episcopatum & Monasteriorum liberalissimorum benefactorum au-
toritate, restitutus fuit. De Episcopis autem Traiectensibus, deque varijs eius Reipub. tum formis,
tum mutationibus, peculiaris extat libellus Flandrico idiomate Lugduni Batauorum Anno Christi
M. D. XLIII. editus. Prodiit ex hac vrbe Hadrianus eius nominis Papa Sextus Anno Domini M. D.
XXII. Qui iuuenis, Louanium studiorum gratia, profectus, fœlicissimè omni scientiarum genere
imbutus, paucis post annis eminere cœpit. Et tandem eò progressus est, vt Academia Princeps habe-
retur. Et quia non modò doctrinæ, sed & alijs naturæ dotibus erat illustris, in aulam vocatus, Caro-
lo V. tum puero, Institutor præficitur, aliquot deinde annis in Hispaniam ablegatur, cum potestate
gubernatoris Vniuersalis, tanti regni, cui cum magna cum laude præfuisset, tandem absens, Romæ
in locum Leonis decimi Pontifex Max. designatur, In qua quidem functione, anno
secundo obiit, dignus, qui Pontificatui annis pluribus
præfuisset.

TRAECTVM



TRAECTVM CLARA ET VETVS EST EPISCOPALIS CIVITAS AN-
 TONINO MEMORATA, ITA DICTA, QUOD HIC ESSET TRAECTVS VETERIS
 RHENI, AUCTORE IACOBO MEYERO, IN ANNALIB. FLAND. DICITVR. A TEM
 TRAECTVM INFERIVS, AD EIVS DIFFERENTIAM CIVITATIS, QVAE EST
 TRAECTVM MOSE, SEDES ALIQVANDO EPISCOPORVM TVNGRICORVM,
 QVAE IAM EST LEODII. QVI PLVRA DE HAC VRBE DESIDERAT, IS
 LEGAT AN. M. SYL: OTTONEM FRISIN. LIB. I. CAP. XV. VOLATER-
 RANVM LIB. VII. ET LAMBERTI HORTENSII HISTORIAM.



HANC VRBEM ALII ATTRIBVNT HOLLANDIAE, ALII PHRSIAE:
 SIVE IN HOLLANDICO SOLO, SIVE IN PHRSIA SITA, HAUD DVBO NO-
 BILISSIMA EST ET PRIVATARVM ADIVM PVLCRITVDINE ET CLERO.
 HABET ENIM CELEBERRIMA CANONICORVM COLLEGIA IN QVIBVS PRINCI-
 PEM TENET LOCVM, QVOD EST D. MARTINI, HABET ET ANTISTITEM,
 QVI IN SACRIS LATTISIME IMPERAT, HIC TAM DIVES AC POTENS,
 VT SI QVANDO SIT NECESSE, QVADRAGINTA HOIVM MILLIA AD
 BELLVM POSSIT ARMARE. HADRIANVS BARLANDVS.



Handwritten text in a decorative frame at the top right, possibly a signature or title.



Small block of text, possibly a title or a short inscription, located in the lower left quadrant of the page.



A M S T E L R E D A M V M.




OLLANDIA, feracissima Inferioris Germaniæ Regio, piscosis interluitur amnibus, & pascuis abundat vberimis, neque regio creditur esse alia in orbe, quæ simili spacio, tot habeat oppida, mediocriter quidem magna, sed apprimè polita & concinna. Inter quæ quidem summam obtinet dignitatem AMSTELREDAMVM, in longitudinem gradibus XXVII. ac XXXIII. minutis, in latitudinem verò, gradibus LII. & XXXX. m. patens, ciuitas ad sinum Thyum posita est, vnde fossæ plures intra mœnia deductæ, quarum omnium maxima est, quæ mediam secat, Ambraceque dicitur, qua parte sol oritur, nauibus peruiæ sunt, quas ab Oceano, ingens ille sinus Australis excipit, quæque vndeuis gentium copiose huc appellunt. Nam bis anno ex cunctis ferè Europæ partibus, maximè ex populari Belgica, ex Francia, Anglia, Hispania, Lituania, Germania, Polonia, Lusitania, Noruegia, ex Osterlingorum ore Suecia, & Septentrionali cælo, nunc ducentarum nunc trecentarum corbitarum onerariarum classem eò confluere videas, quarum maior pars Gdani, vulgo, Dantisci, Rigæ, Reuelæ, & Neruæ, omnium mercium generibus oneratur. Stupidos plerunq; aduenas ista detinet nauium tam ampla statio, ex qua diuerso ex orbe huc profectas quingentis plures interdum conspicere liceat. Sed longè maxima omnium pars domestica & vrbana, quarum ad spectu nihil iucundius. Cui consecrarium est, luculenter, & in remotissimis terris ciues negotiari, ad eosque in horas peregrinos mercatores comere. Portus summa commoditas hoc præstat, ideoque post Anuerpiam, secundum est Amstelredamum, Belgicæ Emporium, quod ditissimos homines incolere, pro multis vnicum hoc satis manifestum fuerit argumentum: siquidem ducentarum, trecentarumque nauium classe, (de qua modò diximus, quæque iustis temporibus, quotannis eò bis confluit) importatas merces suis facultatibus redimunt incolæ, sic, vt quinque, aut ad summum sex dierum interuallo, exoneratæ tot corbitæ, vnde soluerint, aut quoquo nauicularijs visum est, referantur. Sunt etiam hic fabricandarum nauium probatissimi architecti. Nihilo segnius interim, lanificium inibi tractatur, quippe, duodena millia, & amplius, pannorum textrinae vrbanae conficiunt. Fistucis fundata ciuitas vniuersa, perpetuis tignis insidet. Idcirco non sine sale & lepore amicus quidam noster, modo fistucatum illud pauimentum liceret cõttemplari, non esse, cur videndi amœnioris nemoris desiderio quis teneatur, ac propterea ferunt, insanas substructiones, infraque aqua latentes moles propter materiae copiam, laborum, operisque difficultatē, multò pluris constare, quam ipsa ædificia, & vniuersas fabricas, quæ ex solo eminent. Ciuitas omnium generatim operum & ædificiorum cum publicorum, tum priuatorum descriptione nobilis, præpotens, numeroque ciuium, & fortunarum amplitudine, valens, per se firma, naturaque & situ loci, inuicta, vix expugnari humanis viribus queat, eoque magis, quod urgente necessitate occultis quibusdam rationibus, & eo cõparatis machinamentis, cõtinentem diffusis aquis instar vasti lacus cõplere ciues latissimè possint. Itaque si aerem, si circumfusum aquarum æquor, si denique loci situm, si chomata, incilia, (quæ omnia penè compita sectant) & his similia spectes, Venetijs haud ad eò dissimilis ciuitas, cæteroqui fortunata, fœlix, & quam orbis immensi circulator hospes summè admiretur adspiciēs. Qua de re gratus ciuis Nicolaus Cannius, lepidum imprimis hexastichon carmen condidit. Id quod nos in studioforum gratiam, huc intertexere voluimus.

*Hæc illa Batavæ, non vltima gloria gentis,
Amnis cui nomen, cui cataracta dedit.
(Dicta prius Damum) raris habitata colonis,
Cum contenta casis, rustica vita fuit.
Hinc Amsterdamum iam facta celebrior, atque
Fortunæ creuit tempore nomen item.*


*Vrbs benè nota propè, atque procul distantibus oris,
Dotibus innumeris suspicienda bonis.
Diues agri, diues pretiosi vestis & auri,
Vt pleno cornu copia larga beet.
Quod Tagus atque Hermus vebit, & Paclolus in vnum
Verè huc congestum, dixern esse locum.*

AMSTELREDAMVM, nobile Inferioris Germanie oppidum, ad recipiendos, ex omnib. mundi partibus, mercatores, recenter natum, genus hominum incolit mercimonijs deditum que quidem, tum blanda populi comitate, ac sedula diligentia, indus tria; tum portus comoditate permagna, usq; adeo incrementa sumpserunt, vt vllum mercaturae genus excogitari possit, quod huc non exercatur. Hinc fit, vt opum lucrique cupiditas, & remotissimis etiam terris, negotiatores, in hanc ciuitate inuitet, qui varia hinc bona, & maxime, rem frumentaria, in Brabantiam, caeteraq; longè distita, totius vniuersi loca, transferrentes; ingentes ex cuiuscemodi commercio opes consequuntur.



- 1. Clarissen. 15. S. Madalenen.
- 2. S. Aueris. 16. S. Margriet.
- 3. De Anstel. 17. S. Anghemeten.
- 4. Nieuwenonen. 18. S. Jscijen.
- 5. Oudenonen. 19. Houmart.
- 6. Vij. Mach. 20. Die Plaets.
- 7. Paul. Broes. 21. Statbuys.
- 8. Die Raemē. 22. Oudekerck.
- 9. Begijnhof. 23. Nieuue kerck.
- 10. De Heiligeſte. 24. Lieorowekap.
- 11. S. Maria. 25. Aggſtbuis.
- 12. Claeren. 26. S. Jakob kap.
- 13. S. Sillebroes. 27. Mannebroes.
- 14. S. Barberen. 28. S. Elle ſuſter.





GRONINGA.



FRISIA Regio quondā latissimè patens, hodie angustioribus contenta limitibus, Amisia flumine, in orientālē & occidentalem diuiditur. Hæc Groningam inclytam vrbem metropolim complectitur, quam alij Gruningam, à fundatore Gruno, nuncupant. Eundē alij Trojanum, alij Francum Athenoris Regis Franciæ fratrem fuisse existimant, qui domestici dissidij causa fratrem relinquens, in occidentalem Friam deuenit, & ibidem ciuitatē hanc, suo nomine insignem, ædificauit, annis CCC. LXXVII. ante salutarem Christi natiuitatem. Nullis tunc muris cincta, sed propugnaculis ligneis, immixtis in terram palis fistucationibus, quasi consepata fuit. Mœnibus autem, fossis, ac turribus contra hostiles insultus validè munita est anno salutis M. C. X. Ciuitas nunc est opulenta, & frequenti populo instructissima, multis abundans aquis, arte in ciuitatem per canales deductis. Habet status, leges, dominium, & iurisdictionem peculiarem, cum multorum pagorum confœderatione. vnde Regiæ Maiestatis titulo decori, ornamentoque existit. Præcellis templorum turribus, & magnificis priuatarum hominum ædificijs inclarescit. Vrbem hanc ortu doctissimus ille Rodolphus Agricola illustrauit, cuius accuratissimis scriptis, potissimum ijs, quæ de Inuentione rerum posteritati commisit, Colonienfis Vniuersitatis studiosi adolescentes erudiuntur. Qui summus in Vniuersitate Heidelbergensi Professor, in fata ibidem concessit: cuius sepulturam eleganti tumba ornauit, Branbantici Concilij Præses D. Viglius, cum his Hermolai Barbari Veneti versibus:

*Inuida clausuram hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam, Phisij spemq; decusq; soli.*

*Scilicet hoc viuomeruit Germania laudis
Quicquid habet Latium, Gracia quicquid habet.*

Vix vllam ciuitatem esse crediderim, quæ toties Bellonam sæuientem perceperit, atque Groninga, quemadmodum eius annales ostendunt. Nunc sub dominio hæreditario Ducum Burgundiæ foeliciter florescit.

BROVERSAVIA.



ZELANDIA, Mattiaca Tacito, regio maritima, multis discreta insulis, quarum tres magnitudine, dignitate, & pagorum ciuitatumque frequentia reliquis præferuntur, Valachria, Suydtbeuelandia, & Scaldia, à præterlabente Scalde flumine nominata, quæ cum multis populosis pagis ac colonijs distincta, plurimas exhibet rusticanas villas, pleraque vrbana, atque antiquæ nobilitatis prædia ac palatia, vt Haemstedium, & Renissæ affinem Moermondam, & præter pulchram ciuitatem Zirizeam, **BROVERSAVIAM** non ignobile municipium, vulgò Brouershauen, Oppidum nitidè & eleganter constructum, quòd rei maritimæ peritos & exercitatos naucleros supeditat, & piscatores strenuos, vnde Brouersauiam ingentem piscium copiam varijs mundi partibus communicat.


GORICVM.



GORICVM, Hollandiæ ciuitas, eleganti castro insignis, situ amœno, rerumque omnium affluentia, nomen, laudemque meretur, trium miliarium interuallo à Schonhouio distat, VVahalim fluuium, ex tribus alterum, quibus Rhenus in Oceanum effunditur, præterlabentem habet. Huc ex altissima turri, duæ supra viginti vrbes, muris septæ, conspici possunt, cum rusticorum villis, & non paucis nobilium habitationibus. Lætissimis abundat pascuis, vnde in butiro, lacte, caseo, ferè tota incolarum negotiatio consistit, quæ Anuerpiam, & ad alia loca, non sine maximo emolumento exportant. Hæc ex Guicciardini absolutissima Inferioris Germaniæ enarratione, dictione mutata, desumpsimus.


GROENINGA.

GROENINGA, siue vt alij Gru-
ninga, Frisiae vrbs inclyta,
probeque contra hostiles
insultus munita, metropoli-
tica dignitate percelebris.



Cum Privilegio.

BROVERSAVIA.




BROERSAVIA,
eius Insule in Zelandia
oppidum, que à Scalde
flumine, Scaldia cog-
nominatur.

GORICVM.



GORICVM, NO-
BILE HOLLANDI-
Æ OPPIDVM.





LIBRARY
MUSEUM
OF THE
UNIVERSITY OF
TORONTO

MONASTERIVM.



VESTPHALIA, Saxoniae limitibus incluta, Monasterium, Peutingero & alijs Me-
 diolanum, Metropolim habet, munitissimam amplissimamque urbem. Quae quidem
 etsi destructa esset per Anabaptistas, moenia lacerata, turreseque mirum in modum ruptae
 ictibus bombardicis, denique nihil esset sanum in templis omnibus urbis, tamen ita o-
 mnia sunt nunc restaurata, ut hodie sit pulcherrima & munitissima ex reliquis urbi-
 bus VVestphaliae, quae se varijs mercaturis & officijs exercet, & campis abundat. In
 qua floruerunt literae, & puritas Romanae linguae ante annos LX. Coquunt hic cereui-
 siam, quam putauicam, vulgo Keut, dicimus, bonam & Hamburgensi similem. Sunt
 ibi quinque amplissima Collegia, & eius urbis encomium descripsit Sapphico versu Murmellius ante
 annos sexaginta. Haec Hammelmannus in descriptione urbium VVestphalicarum. Episcopatus appellatio-
 nem Monasteriensis praebet, de quo ita in Cosmographia sua Munsterus scribit: Carolus Magnus tertiam
 episcopalem Ecclesiam erexit in Mediterraneis Saxoniae, nunc VVestphaliae, in Mymingrode, loco, qui
 postea ab insigni ibi fundato monasterio Monasterium fuit denominatum, ordinatque ibi episcopum
 Ludgerum, natione Phrysius, fratrem Hildegrini, episcopi Halberstadenfis. Cuius successor Hermannus,
 dedicauit, & consecrauit monasterium, & ecclesiam trans aquas, in titulum & honorem beatae Mariae vir-
 ginis. Quod breui monasterium ita excreuit, adeoque factum est celebre, ut nomen dederit & ciuitati, & e-
 piscopo, ita ut paulatim abolito veteri Mimigardeuordensi vocabulo, inceperit dici ciuitas & ecclesia
 Monasteriensis, quod nomen praualuit in hodiernum vsque diem. Haec ille. Consule etiam Saxoniam
 Alberti Crantij.

OSSENBVRGV M.





OSSENBVRGV M, siue Osnabrugum, insignis Saxoniae ciuitas, a Comitibus de En-
 geren erigebatur, auctore Hermanno. Alij a Iulio Caesare hanc urbem inceptam esse per-
 hibent, ut Annales Saxonum. Carolus illic Ecclesiam in honorem S. Petri, Crispini, ac
 Crispiniani condidit. Ferunt hanc a pelle bouina dictam, quibus urbs haec fuerat circū-
 data. Haec Franciscus Irenicus. Duobus porro Canonicoꝝ Collegijs celebris, multum
 sibi lucri ex griseo & lineo panno comparat, sub paucis annis munitior facta, situ amoe-
 nam obtinet vallem, amniq; Hafa irrigatur. Pinguem in ea coquunt cereuisiam, Buse
 co vatam. Carolus Magnus Saxonibus triginta trium annorum bello edomitis, VVidekindi etiam arce,
 huic urbi vicina, expugnata: eaq; imposito praesidio firmata, decem in Saxoniam Episcopatus instituit, quo-
 rum praecipuum Osnaburgensem esse voluit. Summe etenim hanc urbem praeceteris coluit, cui priuilegi-
 um nouae scholae concessit, in qua Graecae & Latinae literae a viris doctis traderentur. Haec
 Munsterus, Hammelmannus, & Argentinesium
 Chronica.

VVESALIA.



VESALIA inferior, Ciuitas Cliuensis est, clara opibus, dignitate, aedificijs, & mercatura, ad
 eius moenia Lupia Rheno coniungitur, inde non longè Teutoburgum situm est, hodie Deus-
 burg vocatur, oppidum iustae magnitudinis & vetustatis. Cui vicinum est oppidum, vulgo
 Dinslaken appellatum, quod Arnoldus VVesaliensis, Martis lacum interpretatur. Na Marti-
 tis diem, Dinsdach vocamus, & Dingen, litigare significat, quod proprium Martis est. Colui-
 se autem Germanos Martem, Tacitus & Plinius authores sunt. Sed iam ad VVesaliam redeo, quae magnas
 ex Rheno praeterlabente commoditates percipit, qui saepius ab origine sua tramitem varians, ab hac demum
 vrbe, ad occidentem, vbi & mare ingreditur, cursum instituit. Est item VVesaliae memorabilis misericor-
 diae ara, a Clarissimi viri ac D.D. Henrici Oliferi, cognomento Baers, D. Cancellarij Cliuensis & c. paren-
 tibus consecrata & posita: Gerontocomion nimirum, vbi senio & aetate confectis viris vitae necessaria li-
 beralissimè suppeditantur: cuius annuos prouentus filius, paternae pietatis memor, adauxit.



BRUNSVICVM.



BRUNSVICVM, quondam à conditore Brunopolis, Ptolemæo, Tubifurgium, ex ¹¹⁴¹ Irænci sententia, hodie totius Saxonie Metropolis, cuius ferè centrum obtinet, ciuitas est permagna & populosa, duo millia passuum ambitu suo complectitur, à duobus fratribus, Brunone ac Theodoro, ab alijs Theomaro dicto, Lutolphi Ducis Saxonie filijs, condita, salutis anno D. CCC. LXI. vt eorum historicus Hermannus testatur. Hanc urbem Onacra amnis perlabitur, cui origo Hartonica sylua, duasq; in partes ciuitatem scindit, omnem immunditiam secum trahens, varijs vndiq; pontibus coopertus, Visurgo tandem coniungitur. Totam urbem in plano sedet, mœnibus ac fossato duplici profundiss. & aliquot in locis triplici, ac quolibet aquis stagnante munita. Vallum etiam inter fossata crassissimum ductum per circuitum, varijs arborum consitum generibus. Non habet ciuitas aquam potabilem, sed communiter bibunt cereuisiam. Vini autem vsus charior est & rarior. Quinque hic fora, quinque prætoria, & totidem magistratus. Huius ciuitatis parua primùm initia, multas per tempora accessiones habuit, vt per vices amplificata, nunc in eas excreuerit vires atque opes, vt facilè principibus suis titulum indiderit, qui inde Duces Brunsvicenses vocantur. Libet hic ea, quæ Senatorie domui in hac vrbe præfixa leguntur, ob frequentissimas contentiosi huius sæculi lites forenses, paucis subiungere: In controuersijs causarum, capitales inimicitie oriuntur: Fit amissio expensarum: Corpus quotidie defatigatur, labor animi exercetur. Multa & inhonesta crimina deinde consequuntur: Bona, & vtilia opera postponuntur: Et qui sæpe credunt obtinere, frequenter succumbunt: Et, si obtinent, computatis laboribus, & expensis, nihil acquirunt.

LUNEBVRGV M.



LUNEBVRGV M, nobilis Saxonie vrbs, olim villa, in ciuitatem redacta, ex rudibus Bardeuigi, aut Bardovick, oppido, mercatura quondam celebri, quod Henricus Leo, propterea, quod à ciuibus non intromitteretur, Anno Domini 1188. funditus euertit. Hæc autem villa, à Iulio Cæsare condita est, & à Luna dicta, Lunæ enim simulachrum, vsque ad Caroli Magni tempora illic remanserat, quod ipse deinde, pietatis zelo commotus sustulit: Irænicus. At Albertus Krantzius, in sua scribit Saxoniam, sub Henrico III. arcem Luneburgensem, sed non oppidum extitisse. Otto primus erexit locum istum in comitatum, adiunctis ei prædijs, de terra Meckelburgensi. Deinde circa annum Christi M. CC. XXXV. Fredericus II. ex comitatu fecit Ducatum. Hanc ditionem, vnâ cum dominio Brunsvicensi, possederunt tres Ottones Imp. atque posterius eorum, vsque ad Henricum Leonem, qui exutus Bauaria, Saxoniam, & omni ditione sua, Brunsvicum & Luneburgum retinuit. Quæ nunc munitissima est ciuitas, cincta fossis & vallis, habet figuram ferè quadratam, patens in longum passibus circiter M. CCCC. L. & in latum nongentis. Sunt tres Parochiales Ecclesie in vrbe, inter quas S. Ioannis primatum habet, tria item monasteria. Occupantur ciues & mercatores potissimum negotiatione salis, quod ibi in magna copia coquitur, atque terra, & aqua Hæburgum, Lubecam, & ad alia loca per circuitum distrahendum defertur. Amnis Elmencovv, hodie per hanc ciuitatem fluit, molas agit, atque multas vrbi commoditates affert, tandemque in Albim exoneratur. Sebastianus Munsterus.

BREMA.



BREMA, à Ptolemæo Fabiramum, vrbs VVestphalie Episcopalis, ac elegans, quæ ab Hamburgensibus huc translata est, vbi olim Archiepiscopatus fuit omnium Aquilonarium prouinciarum, Phrisie orientali vicina, ad VVeserum, siue Visurgum fluuium posita, ex quo admiranda altitudinis rota, aquam, ad incolarum necessitates in hanc urbem per canales subterraneos artificiosè transfundit: ligneum habet pontem, sub quo molæ frumento frangendo, & tormentario pulueri tundendo destinata, complures ex ordine hærent. Ex mercatura primarij in hac vrbe viuunt, vino carent, cereuisiam proinde coquunt optimam, quæ in vicinas regiones defertur. Anno Christi M. D. LXIII. florens Bremensis Reip. status, intestina seditione grauiter læsus, pristinae integritati nondum absolutè restitutus est. Eius controuersie causas atq; initia, Ditmarus Kenckelus prudentissimus Bremensium consul eleganti scripto complexus est.


OLDENBURGV M.




OLDENBURGV M, vel secundum alios Oldenburgum, duplex inuenitur, vnum ex Holsatia Episcopatu insigne, alterum in finibus Frisie. In hoc Holsatie Oldenburgo habitauerunt olim sue gentis reguli, tantæ fiducia, vt Regi Danorum inferrebella, & inde expectare non dubitarent. Sed quid non edax consumit vetustas? Olim ad mare posita ciuitas, portum habebat tutissimum, nunc in mediterranea videtur abiisse, quod à mari æstus exaggers arenas, exclusit urbem à portu, vt importuosa esset, indeque & per Sclauorum bella defluxit splendor eius, vt iam diu rusticum, nec clausum habeatur oppidulum. Præfuit ei Gotscalcus, primùm tyrannus contra Christianos, sed conuersus ad Christum, infinitam Gentilium multitudinem ad baptismi gratiam pertraxit.




BRVNOPOLIS VVLGO BRVNSVICVM,
BRAVNSCHWICH. VRBS MAXIMA, V
NIVERSA SAXONIAE METROPOLIS.




LVNEBURGVM, NOBILIS
SAXONIAE VRBS, SALINIS
CELEBERRIMA.



BREMA.



ALDENBURGVM HOLSATIAE.



BY APPOINTMENT
TO HIS MAJESTY
THE KING

[The remainder of the page contains extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the document.]

LUBECA.






LUBECA emporium celebre, & Vandalicarum ciuitatum præcipua, antè ini-
 quis irati Martis atque Vulcani casibus est labefactata, quàm hunc inter Tra-
 uenam & Vacenissam flumina situm consequeretur, donec tandem ope atq;
 auxilio Adolphi à Schavvenburgo, Holsati Comitit, hostium suppressa tyrã-
 nide, pacificè exædificari ccepta est, Anno à Christo nato M.C.XL. Ac deinde
 quidem, vindice Frederico Imperatore Augusto, libera Imperij vrbs effici-
 tur, & Insignia, bicipitem, partim auream, partim nigram aquilam consequitur. Idem etiam
 Cæsar, primus augustam illam & inclytam Hanseaticam societatem, multis exemptionibus &
 priuilegijs in varijs mundi partibus ornatam, confirmauit, eiusque caput, dominam, atque re-
 ginam, florentissimam Lubecensium Rempub. cõstituit, circa annum salutis M. C. LXXXII.
 (quemadmodum Chronica Argentoratensia commemorant) Quare etiam Hanseatici con-
 uentus vt plurimum ibidem celebrantur, in quibus de communibus ciuitatum negotijs agi-
 tur, eoque in controuersijs quatuor Residentiarum(quarum nomina in cælata Londini de-
 scriptione inuenies) appellationes deducuntur. Hanseatici fœderis Syndicus nunc est Clarif-
 simus vir D. Henricus Sudermannus, I. V. Doctor, ex nobili & Patritia Colonensium familia
 oriundus, qui frequenti rerum vsu, multisque legationibus ad Reges & Principes exercitatus,
 non modò Emporio Anuerpiano, sed & vniterfæ Hanseaticæ societati, per celebri dignitatis
 commendatione in XVIII. annum præest. Nunc situ & opere fortissima est Lubeca, propu-
 gnaculis validis admodum munita, quæ palis ac tignis fistucationibus in aquam immisis, per-
 ingentem sustinent molem. Binæ sunt ciuitatis plateæ, longis extensæ spatijs, quas reliquæ
 cruciatim interfecant, & cliuoso descensu, ad Trauenam & Vacenissam flumina exiliter depri-
 muntur, vnde grata vicorum mundicies, qui sordes in flumina transmittunt. Mirifico nitore
 conspicua sunt templa, præcelsis ornata turribus, quæ cupro & plumbo tecta, apicibus aureis
 nitent. Summa artificum industriã, ex flumine, aqua vi molæ in altam transfunditur turrin,
 quæ per occultos terræ meatus, latentesq; siphones, ad ciuium ædes, eo modo delabatur, vt hu-
 ius rei ignarus, naturalibus fontibus Lubecam abundare existimet. De reliquo huius vrbs splē-
 dore, de bellorum sæuitia, quibus sæpius ab Hollandis, Holsatis, Danis & Sueco attrita fuit,
 quomodo item tertio igni cõflagrata, breuitatis studio nihil adijcio: Illud interim silentio in-
 uoluere nequeo, incredibilem huius Reipub. potentiam arguere, quòd vnà cum Daniæ Rege,
 non alieno, sed sui ærarij præsidio, contra potentem Sueciæ Regem, priuilegiorum causa, in
 octennium, terra, marique sociale bellum sustinuerit, & pacificationis tandem media, inter-
 cedente Imperatore, alijsque Imperij proceribus, admiserit.

HAMBURGA.



HAMBURGA, maxima inferioris Saxonie vrbs, nomen habet ab Hammone, qui eam in-
 staurauit, vnde Latine Hammonis Burgum Francisco Irenico dicitur. At Albertus Krantzi-
 us, Hamburgum ab Hama, insigni pugile, nomen accepisse existimat, qui à Starcatoro Da-
 no, monstrosæ magnitudinis & roboris homine, hoc loci ante vrbs ædificationem occisus
 perhibetur. Lubeca decem miliarium interuallo distat, aquis est instructissima, & ad mercatu-
 ram situ admodum opportuno: Quare Angli, quos iam Brabantia non tolerat, merces suas hinc distrahunt.
 Mœnibus, fossis, vallo, diuitijs & incolis, nihil Hamburga cultius, nihil munitius vidi. Aedes habet exi-
 miæ venustatis, quæ ductis per urbem euripis alluuntur. Ex quibus, ob vini inopiam, potum cereuisiam
 coquunt, quæ non ab Hamburgensibus tantum, sed & in alijs Saxonie partibus, auidissime bibitur, adeo
 vt dictu mirum sit quanta ceruisia hæc gens sese ingurgitet: laudem meretur, & gloriam, qui fortius poti-
 tarit. Carolus Pipini pater hinc vicarium habuit, quem Dani, expugnantes urbem, igneque vastantes, eie-
 cerunt. Inter septem Vandalicas Hanseatici fœderis vrbes non infimum dignitatis gradum Hamburga
 obtinet.





VVEIMARIA.



VEIMARIA, pulchrum est in Thuringia oppidum, quondam peculiari comitatu nomen, iam verò inclytam Saxoniarum Ducibus, sedem, & domicilium præbet, qui magnificentum in eo palatium habent, ex quadratis & formatis ad lineam saxi nitidè & lificatum, & pomarium omni arborum genere summa industria consitum, quod Ilma fluuio irrigatur, qui in Salam tandem se recipit.

ERDFORDIA.



ERDFORDIA, memorabilis & maxima Germaniarum vrbs, Thuringiarum Metropolis, à priscis Erphesfurt appellata, à molitore quodam, Erpf, & transitu, quem Furdt, Germani vocant, denominatur. Eam Gera fluuius illabatur, & mediam fermè præterfluit, cuius commoditate tota purgatur. Montem habet excelsum, qui nunc S. Petri vocatur, vbi olim fuit arx constructa, quæ postea rursus est desolata, regnanteq; apud Francos Dogaberto monasterium D. Petro sacrum ibidem ædificatum est. Cui Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus D. Virginis templum coniunxit. Huius Vrbs ager optimus est, & herbarum fullonum, quæ sandix ac saponaria dicitur, pro tingendis vestibus ac pannis feracissimus, & pecorum pascuis abundat. Plinius etiam ad Erdfordiam Germaniarum raphanum se vidisse comprobatur ad puerorum infantium magnitudinem prouenire. Est hæc Vniuersitas à Dagoberto Francorum Rege Anno Domini 1391. fundata, & à Bonifacio IX. & Pio II. varijs priuilegijs honorata. Vide Munsterum, Annales Argent. & Georgium Rithaimerum in orbis descriptione, & Pij II. Europam.

IENA.



IENAE Thuringiarum vrbs nomen, vt quidam à Iano deducant, non video quam ratione fieri queat, cum hic deus in Theutonico solo cultus non legatur. Probabilius itaque Stigelius scribit:

Hinc placet Hebraeo nobis hanc nomine dici,

Vt vetus à Iajin nomen IENA tenet.

Cur ita crediderim, nisi mentem vocula fallit,

Certa huius ratio nominis esse potest.

Quippe vocat Iajin Solyma pius incola terra,

Hoc quod nos Latine dicimus ore merum.

Quæ caput in medijs vrbs fertilis erigit vuis,

Hanc quisquam à vino nomen habere neget?

Hæc ille. Ima iacet valle, muris & turribus firma, ponte lapideo vtramque Salæ ripam coniungens, Schola etiam triuiali insignis.

GOTHA.




GOTHA à Gothis, Rithaimerus in sua orbis descriptione originem traxisse scribit, eo, quod Gothi in hac regione gentis suæ vocabulo GOTHAM urbem condiderunt, circa annum Christi, vt Iobsteinio placet, 923. Admirandæ fortitudinis castrum habuit Grimmenstein, quod nunc solo æquatum iacet. Eius rei causa hæc fuit. Guilhelmus Grumbachius, stirpe magis, quam virtute nobilis, ob varia & enormia flagitia, quibus Principes in ordinem redigere, Cæsarem ex imperij fastigio deturbare, nouam que imperij formam moliebatur, à Ferdinando Imp. Aug. tum à Maximiliano Imp. eius filio, reus declaratus & cognitus, cum omnibus verè Catilinariæ coniurationis socijs, condemnatur, proscribitur, atque Illustrissimo Principi Electori Saxoniarum Augusto, sententiæ promulgatæ executio, ab Imperatore, ac cæteris Imperij ordinibus, vno consensu, demandatur. Quam ipse proscriptionem, fiducia sui receptus, & protectoris Ioannis Friderici secundi Saxoniarum Ducis, contemnit. Qui cum post multas Principum admonitiones, à pertinaci seditiosorum defensione non abstineret, Illustrissimus Saxoniarum Dux Princeps Elector Augustus, extrema necessitate coactus, ne mandata Imperij detrectare videretur, urbem pridie natalis Domini obsidione aggreditur, eamq; XIII. Aprilis, Anno Domini 1567. deditioe capit. Tum Grumbachius, & cum eo quatuor ex coniuratis, ob violatæ Cæsareæ Maiestatis crimen commissum, XVIII. Aprilis iusto supplicio afficiuntur, castrum diruitur, Dux Ioannes Fridericus, captiuus Viennam abducitur.

FVLDIA.



FVLDIA, Metropolis est eius in Germania regionis, quam olim Bucconiam, alij Buchoniarum sylvam seu solitudinem appellabant, quæ inter Thuringiam, Franciam, VVederaugiam, & Hessiam sita est. Inter ripas alias habet Fuldam, quæ præterlabens ciuitati nomen dedit. Cuius præcipuum decus atq; ornamentum est peruetusta illa & planè augusta basilica S. Saluatoris, quam longè lateq; celeberrimam memoria D. Bonifacii reddidit, cuius auspicio diuino, Fuldana ciuitas primum & condita, & aucta, vasta antè solitudo. Basilica enim hæc antiquissimi monasterij prior oppido constructa fuit, anno nimirum salutis 755. Imperatore Pipino Caroli magni patre. Quo fermè tempore VVonfridus, post Agathopæus siue Bonifacius dictus, è Britannia in Germaniam venit Apostolus Christi, qua de re magnus est consensus annalium, & cæter. Ampliorem huius regionis & vrbs chorographiam Georgij VVicelij, vide in Munsteri Cosmographo.

WEIMARIA.



WEIMARIA NOBILE THVRINGIAE OPP. ILLVST. SAXONIAE DVCVM SAEDES.

IENA Thuringiae vrbis, cum propter Musas, tam vniuersa clara et celebris.




ERDFORDIA, magnifica atq; celeberrima Thuringorum vrbis.




Cum privilegio.

GOTHA.



GOTHA. paracleti muros, ambitu, pro- pugnaculis, fornis pilis, et arce, omnium fir- missimam vrbis iniqua oppidum. Eius castrum, quia a Saeco Romano Imperio proscriptis, sacribulo fuit, funditus euersum est.

FVLDENSIS CIVITATIS, & celeberrimae abbatiae eiusdem imago.



MARTPVR

G V M


TERRA aqua à Mæno versus septentrionem extenditur, à prædecessoribus nostris adscribitur Teutonia inferiori, complectiturq; in primis Hassoniam, Thuringiam, & Misiam. Hassonia ab occasu contingit Rhenum, & ab ortu Thuringiam atque Saxoniam, versus aquilonem verò confinis est terræ Brunsvicensium, & pro parte VVestphalia. Huius autem regionis duo præcipua oppida sunt MARTPVRGVMET CASSVLA. Quorum illud prouinciæ Metropolim statuunt, putantq; quidam sic dictum, à Deo Marte: alij autem à Marcomiro Marcomiri vicesimisepti Regis Francorum filio, nominatum & erectum fuisse colligunt. Ptolemæo, authore Francisco Irenico, Amisia dicitur. Ciuitatē hanc olim villā fuisse historia produnt. Eam Lona præterfluit, insignis in comitatu VVitgenstein fluius (Vndem Horberg oritur) olim VVedekindi Anglorum Principis castrum præterfluens. Lasphe eiusdem Comitatus oppidum alluit, inde Beidenkap, Martpurgensem hanc urbem, Steiffenburg, Giessen Cattorum, nunc Hessorum oppida allabens, VVetzphalar, Limburg præterfluens, multis receptis amnibus infra Lōstein oppidum in Rhenum euoluitur. In præcelso montis culmine Principis sedes est cum Sacello, opus Lodouici Episcopi Monasteriensis, Henrici tertij Lantgrauij Turingiæ filij. Liberalium artium studiū vniuersale in hac ciuitate Martpurgensi habetur, institutū anno Christi 1526. & Anno 1535. à Philippo Principe instauratum.

CASSVLA

CASSVLA præcipuarum Hassiæ ciuitatum altera, dicta quasi Castellum, olim enim tantum illic arcem extitisse perhibent. Illic lilium aureum è Roma per Lantgrauium delatum videtur. Nuncupatur autem à Ptolemæo Stereontium. Hæc Fræscus Irenicus. Fulda, Ana, & Trusula fluminibus irrigua. Aquis igitur instructa ciuitas, agrum sæcundum atque compascuū habet, & arua pecoribus nutriendis idonea. Vnde in vellerū lanaq; venditione, horum potissimum negotiatio consistit. Has siquidem merces, lanam præcipue, partim ex Buuonia, regione Thuringiæ vicina allatam, partim patrio in solo natam, in maximū Brabantia Emporium Anuerpianam urbem exportāt, & inde Londinum transmittitur, quò Anglis (qui licet ouibus abundant, tantam tamen lana copiam, quantam ipsi consumunt, textrinis suis suppeditare nequeunt) à nostris Germanis medium offeratur, atque materia maxima lucri, & ex mercibus nostris in Germania natis, pecuniam colligendi, dum confectum ex nostra lana pannum, ante aliquot annos Anuerpiæ, nunc Hamburgi, & Fræcofordiæ ad Mænum, parata pecunia comparamus.

M A R *Das Fürstlich Schloß* P V R G.


MARTPVRGVM VRBS
HASSIÆ METROPO-
LIS, VNIVERSITATE CLARA



C A S S E L.

CASSVLA, communiter Cassel, florentissimū
lanigeræ Hassiæ oppidum, aquis, arce, &
propugnaculis fortiter instructum. Ptolemæo
Stereontium dicitur





V VITTENBERGA.



VITTENBERGA Oppidum, temporibus nostris domicilium Ducum Saxoniae superioris, à VVitikindo I. Saxonum Christiano Principe, vt quidam putant, VVittenberga nuncupatum. In quo dux Fredericus Elector, Ernesti Electoris filius, instituit anno Domini 1502. vniuersale studiū ex Lipsensi & Tubingensi vniuersitate. Quam academiā alter Fredericus ita ornauit, vt ex frigida, teste Erasmo celebris euaderet. Petrus Mosellanus, Fridericus, inquit, VVittenbergam suam, omnigenarum artium maximè trium linguarū Professoribus sic instituit, sic adornauit, vt optimè constituti Gymnasij exemplar hinc petere possis. In quo Heningus, Oldendorpius Iuriscōsulti, scriptis apud Germanos celebres, floruerunt. Memorabile est, quod de purgatione per ferrum candens in hac ciuitate accidisse, Albertus Krantzius in sua VVandalia commemorat, lib. VIII. cap. xxx. Incendium aedium furrim procuratur, imponebatur in hoc oppido innocenti: ille sanctè iurans eius se culpæ non esse affinem, purgationem afferebat vulgarem de ignito ferro, quam iuribus interdictam, aut ignorauere, aut contempserunt, qui iudicio preerant laici. Ferrum ergo ignitum ille deportat itinere non paruo: tum manibus excutens nihil læsionis præferebat. Euanuit ferrum ex oculis mirantium omnium. Annus penè totus intercesserat, cum alius iam silicibus viam straturus in oppido publicā, in arena loci manum vertit, & inuento ferro adhuc ignescente, dextram adurit. Mirati qui astiterunt, rem perferunt loci præfecto. Illi mox incidit suspicio, illum esse hominem criminis reum, quod innoxio imponebatur: mox iubet ad quæstionem abripi, confitetur crimen, & vltimo supplicio, fractis rota cruribus, interimitur: ita diuino iudicio est proditus noxius. Extat etiam historia de candentis ferri purgatione, quam Genildis Henrici tertij cōiunx subiit: Quæ cum ab æmulo quodam adulterij accusaretur, iudicio candentis ferri se purgauit. Non absimile purgationis genus, eos vsurpasse apud Georgium Cedrenum in ænio, quos virgines corrupisse, aut quæ corruptæ essent, erat suspicio.

FRANCFORDIA AD ODERAM.



FRANCFORDIA In Marchia Brandeburgensi, situ excellit. Ab ortu etenim interlabitur Viadrus fluuius, hodie Odera dictus, piscium copia abundans: ob occasu verò, meridie & borea, sunt vineta innumera, collectaq; vina per Viadrum in Pomeraniam, Daniam, Borussia, & vicinas partes distrahuntur. Diceret hic Bacchum, Cererem, Naiades & Dryadas habitare. Desunt tantum metalla & aromata, alioqui multarum rerum est Cornucopia. Habet satis foeni & lignorum. Tradunt annales eorum, ciuitatem primū fundatam & extructam Anno Christi 1253. per Gedinum ab Hertzberch, commissione Ioannis I. Marchionis Brandeburgensis, atq; ordinatā pro mercibus deponendis, quæ terra & fluuio illuc deferuntur. Pleriq; ciues de sua negotiatione, præsertim pisciū, vini, & annonæ, quorū maxima ibi est copia, solliciti sunt. Publicū in hac ciuitate Gymnasium institutum fuit ab Illustrissimo Principe Electore Ioachimo ex Lipsensi anno Domini 1506. Ab Alexādro VI. & Iulio & Maximiliano I. Imperatore varijs priuilegijs ornatum. In quo iam inde ab initio, in omni artium & disciplinarum atque linguarum genere præstantissimi doctores fuerunt, quorum aliqui à Sebast. Munstero recensentur.

V VISMARIA.




VISMARIA in Ducatu Megapolensi clari nominis ciuitas, circa annū Christi CCC. XL. ædificata perhibetur, quemadmodum his verbis Albertus Krantzius in VVandalia sua testatur. Guncelinus, patri cognominus, Zverinensem comitatum tenet post patrem, quē ille ab Henrico Leone promeruit, hic ergo filius cum Meckelnborg pro sui magnitudine oppidum cerneret immunitū, quod distensum in longum, nullis vallibus ac muris potuit firmari, vicino loco ad mare contiguū, urbem cœpit moliri, quam VVismariam, incertum vnde ducto nomine, appellauit. Si Latini rem gessissent, suspicarer Cismariam vocitatum. Nunc cum Saxones fundamenta iecerint, in obscuro manet, vnde sit nomen deductum. VVismariam tamen nomen esse VVandalicum, ex alijs meminimus. Potuit ergo vir in gente nobilis ibi habitans, loco relinquere nomen, vt ex VVismaro VVismaria, quomodo ex Romulo Roma diceretur. &c. Anno salutis 1262. tota incendio perijt, ac tum multò, quàm antè, magnificentius extructa, lapideis ædibus condecoratur. Deplorandus in hac vrbe casus, Medææ fabellas superans, accidit. Faber erat lingnarius, qui per interualla miserabili phrenesi vexaretur: correptus aliquando furore, vbi stabat in solito labore securim prehendit, domū repetit, liberos duos per mediū secuit: tertium cum simili furia esset consumpturus, mater iam prægnans cum eiulatu misero, virum à tergo comprehendit. Ille vlnis foemina excussis in eam vertit ictum, sternens vno impetu duos. ita cruentus prodit in publicum, laboris socios, quo reliquit loco adit. Rogatus ab illis, quid ita cruentus videretur, horrore verbi cœpit respiscere & in se reuersus, recordatur, quid fecerit: domum ilicò repetit, sparfos vidit paruulos, & in medio matrem, crudeliter cōfectos. Territus suo facto, cultrum proprio suo defixit in pectore. Quid hoc parricidio horrendius? Quid miserabilius potest excogitari?

ROSTOCHIVM.




ROSTOCHIVM vrbs maritima Saxoniam attingens, *λαχιβούργιον* à Ptolemæo, Duci Melburgensi subditur, populis ac diuitijs opulentissima, primum arx fuit rusticorum casellis septa, tum circa annum salutis M. C. LXX. communiri cœpit, & vallo cingi atque in oppidi formam consurgere. Frequentibus seditionum motibus, incendio, alijsque calamitatibus adeò deuastatum frequenter fuit, vt sub eo sydere fundatum Krantzius dicat, quod vix vnam Saturni reuolutionem, sine manifesta purgatione transeat. Vniuersitatem habet, Anno Domini 1419. Illustrium Principum Megapolitanorum Ioannis & Alberti, & Senatus (qui stipendia Professoribus tribuit) & vicini populi liberalitate institutam.

WITTENBURGA, Sax
onię Oppid: Vniuersali litte:
rarum studio celebre



CIVITAS FRANCFORDIENSIS In Marchionatu
Brandenburgensi, sita ad Oderam s: optimorum studiorum Gymnasio,
& Emporio mercatorum celebre




Cum Privilegio

WISMARIA, natura loci populi frequentia, & aedificijs in
Ducatu Megapolensi, nobile Oppidum



ROSTOCHIVM, Megapolensis Ducatus orbis
nominis celebritate, & Academia presans



D R E S D A




MISNIA regio Superioris Saxoniae insita, inter Salam & Albim posita est, & à Mesia lacu, ad quem olim fortasse eius incolae habitauerunt, aut à Misna vrbe, nomen accepit, cui opinioni Georgius Rithaimerus in sua orbis descriptione libentius accedit. Inter alias vrbes D R E S A M habet, aspectu, situq; amoenissimam, quae firmissimo murorum circuitu, foueis, propugnaculis ad hostium propellendos insultus probe munita, tum etiam publicorum aedificiorum, aliarumq; priuatarum aedium singulari nitore, cum praecipuis Misniae vrbebus decertat. Eam Albis inclytus Saxoniae fluuius, Rheno conferendus, allabitur, cuius margines pons, stupenda, ob longitudinem, serie, ex saxo durissimo fornicatus, coniungit, habens in citeriore latere Dresam antiquam, frequenti habitatione celebrem. Quod ad loci aerisque salubritatem attingit, eam quidem exuberans soli fertilitas, grataq; caeli clementia, tantam suppeditat, vt Illustrissimi Saxoniae Duces, Principes, Electores ad hanc potissimum urbem commigrarint, multisq; alijs florentissimis ditionis suae ciuitatibus relictis, in hac perpetuam vitae sedem, & domicilium fixerint. Qua occasione, arx omnium sane iudicio, qui eam viderunt, magnifica, Dresam exornat, quadrato & secto ad regulam saxo, ingenti sumptu constructa, & opportunis ad defensionem muris machinisq; mire exulta, atq; conspicua. Est & hic Armamentarium Illust. Saxoniae ducis, omni armorum ac machinarum genere, globorum item, ac pulueris maxima copia instructissimum. In quo thoraces ferrei, & permulta cataphractorum corpora, caeteraq; bello necessaria, singulari diligentia ac cura afferuantur. quibus bene plenus amplissimusq; exercitus, contra quoscunque motus, subito armari, ac instrui potest. Quod si hoc loci, Scorpiones, Falcones, Mortarios ruptores, aliaque stupendae magnitudinis, ac ponderis tormenta muralia, eorumque nitorem ac formas enodate recedere voluero, vereor, ne veritatis me limites egressum ij existiment, qui tantum, tamque magnificum rerum bellicarum apparatus nunquam viderunt. Illud interim constanter affirmo, non vllum, in vniuersa Germania armamentarium reperiri, quod huic Dresensi non deferat palmam. Territorium huic vrbi vicinum, ob laetam agrorum fertilitatem, quocunque oculos verteris, amoenissimi horti, arboribus, herbisque generosis culti, exornant, in quibus parietes reticulati, variorum fructuum vbertate, magna cum voluptate spectantium, latissimas confitasque areas cingunt.

L I P S I A




LIPSENSIS ciuitas, asserente Munstero, in Ofitia, vulgo Ostland, aut, vt alij volunt, in Misnia posita, (est enim hoc posterius vocabulum laxius priori, & vtraque terra vni paret domino) non est vrbs admodum ampla, sed tamen talis, quae sua angustia etiam amplas Germaniae, maxime Principum exuperat ciuitates. Abundant ibi mercatores, quia varia & continua exercent commercia, idq; ter per annum in ipsa ciuitate, sicut quidam de nundinis eius loci, hunc in modum scripsit: Mercibus augetur ter Lipsia magna quotannis. Est ornata magnificis aedibus, quae in vniuersum lapideae sunt, intus tabulatae, & foris miro artificio ac maiestate depictae, atq; ob aequalitatem structurarum & pulchrum ordinem, miram inter se habentes concordiae rationem. Habet Senatuum, qui non ex opificum indocta turba, sed ex doctis collectus est viris, e quorum autoritate & iudicio, Misnensium, Duringorum, & inferioris Saxoniae ius pendet. Nam mittunt hi ad eos dubias quasque extricandas causas. Passum est hoc oppidum anno Christi M.D.XLVII. grauem iacturam, quando sexta die Ianuarij coeptum fuit oppugnari per Ioannem Ducem Saxoniae, Principem Electorem. Tunc enim exusta fuerunt suburbia, bombardarum ictibus deiecta moenia, turre concussa, domorum tecta dissoluta, castrum ciuitatis multum deformatum, obsidio in magno frigore continuata ad viginti dies, & tunc hostis re infecta coactus fuit discedere. Vniuersitate, quae ex Pragensi anno salutis M.CCCC.VIII. initium sumpsit, Lipsia claret. Quia enim Germani nouam Hussitarum doctrinam, quae Pragae in Bohemia oriebatur, repudiabant, vno die supra duo millia discipulorum magistros secuti, apud Lipsiam Misniae urbem, trium dierum itinere a Praga distantem, vniuersale studium erexere. Cuius initium atq; progressum Aeneas Syluius, post Pius eius nominis secundus, prolixius tractat, ca. 35. lib. historiae Bohemicae. Hanc Vniuersitatem Erasmus in epistola ad Georgium Saxoniae Ducem, inquit eius auspicijs, ac munificentia, solennibus studijs & politioris litteraturae ac linguarum accessione florere. Eam Petrus Mosellanus Graecarum litterarum professione illustrauit. Scribit Aeneas Syluius: Cum Leonardus quidam eques, & nobilis, cognatum suum, qui Lipsiae bonis litteris operam dabat, salutaturus, aduenisset, quaesissetque uti valeret, & quem in bonis literis progressum fecisset, vnus e commilitonibus respondit: Optime quidem se amicus tuus gerit, quia inter mille & quingentos, hic vnus bibendi palmam obtinet.

D R E S D E N



DRESA FLORENTIS
SIMVM MISNIAE OPP.
ILLVST. SAXONIAE
DVCVM SEDES


Alte Drezden.



Cum Privilegio.

L E I P Z I G K

LIPSIA LITTE-
RVM STVDIIS ET
MERCATVRA CELE-
BRE MISNIAE OPPIDVM.



THE
MILITARY
OFFICERS
OF THE
ARMY



ER
F
G
R



PRAGA



PRAGA, Regni Bohemiae metropolis, vrbs amplissima, praesulum, Principum, & Regum inclita sedes, Imperatoris Caroli Quarti patria, ad ripam Muldauiae fluminis, in amoenissima & parentissima valle, inter colles & vineta, caelo saluberrimo sita, in tres diuisa est partes seu ciuitates, nempe, Pragam veterem, Nouam, & Paruam, quae singulae suam peculiarem habent iurisdictionem, suamque proprium Senatum. Praga vetus, dextrum latus Muldauiae occupat: in ipsa vallis planitie, vniuersa magnificis adornata operibus, inter quae celebriora habentur, Praetorium, seu Senatoria domus, cum turri: Lecta curia, cum templo Deiparae virginis: Academia Imperatoris Caroli Quarti, cum alijs nonnullis Collegijs: Emporium Pannicidarum & pellionum: Curia vetus, vulgo, Rychta: Duae domus, quodam regiae, in quarum vna iam cuditur moneta: Xenodochium apud pontem. Taceo multa templa, suos habentia parochos: Scholas, quae in huius libri typo, suis insignita nominibus, se se lectori diligenti, ob oculos statuunt. In turri Praetoriana, est insigne horologium, cui par vix in toto orbe terrarum reperiri, multi, & quidem praestantes artifices, putant, quantum ad artis excellentiam attinet: nam, si externa spectetur forma, elegantiora multa alia inueniri non negant. Continet autem hoc horologium reuolutionem totius anni, cum recto cursu Solis & Lunae, numeroque certo mensium atque dierum, & assignatione calendarij, seu festorum integri anni, habens item ortum & occasum, meridiemque, altitudinem solis, & Lunae, solstitia, aequationes, quantitates dierum ac noctium, incensiones, oppositiones, & quadras Lunae, cum caelesti cursu congruentes, iuxta motum non solum naturalem, sed violentum quoque, similiter ortum, atque occasum 12. signorum Zodiaci, numerum item horarum triplicium, videlicet, integri, & dimidij horologij, atque horarum inaequalium, seu planetariorum omni tempore concordantium, quas horas ostendit vna & eadem manus, seu index, qui mobilis existens, cum ipso sole de vno signo Zodiaci in aliud per vnum gradum singulis totius anni diebus, transit. Infra sphaeram horologij, forinfecus est alia grandis sphaera, cui inscriptum est diarium, seu calendarium, vbi angelus a latere collocatus, quotidie praesentem diem, virgula longa demonstrat. Parte ea, quae magis vergit ad flumem inflexum, versus Septentrionem, Iudaei suas fixerunt sedes, quae magnitudine iustum oppidum equare possunt. Nouam Pragam a veteri, distinguit fossa quaedam, olim quidam profunda, & vtrinque munita muro, sed, quae iam labefactis moenibus, magna ex parte complanata, in areas, & hortos cecidit. Haec quoque ciuitas, ampla est, & vltra aliquot nobiles colles protenditur, quorum vnum S. Caroli, alterum S. Catharinae, illum monachorum, hunc monialium sedem, tertium S. Apollinaris, quartum Monasterium Sclauorum: quintum Vissegradum appellant, in quo ruinae veteris Arcis hodie conspiciuntur. Habet quoque insignem Curiam, & sacras aedes multas, vti in hac vrbe effigie, huic libro inserta, conspici potest. Parua Praga, sinistrum Muldauiae latus tenet. Est autem a veteri Praga, in minorem, pons amplissimus, supra Muldauiam quadrato saxo constructus, in sedecim magnos arcus, seu fornices porrectus, habens in aditu, & in exitu duas insignes turres peruias, quo ponte, in tota Europa vix est celebrior alter, si robur spectes. Longitudo huius est 872. cubitorum Pragensium, latitudo, quantum quatuor currus, iuxta se collocati, occupare possunt. Minori Praga ab vna parte coniungitur oppidulum Augезд: ab altera parte collis, in quo, praeter oppidum Hradezan, sita est arx, S. Venceslai; hodie Regum domicilium, pallatio magnificentissimo, & templo B. Viti augustissimo, maxime conspicua. Pallatium est amplissimum in longitudine 212. in latitudine 30. pedes continens: Supernè miro artificio est cameratum, nulla interim columnari basi, seu fulcro sustentatum. Infernè pavementum tam firmum habet, vt aliquot centuriae equitum in eo consistere, & hastis concurrere possint, quale certamen, seu torneamen, eo in loco, exercebatur anno 1549. praesente Mauritio, Saxoniae electore. E sublimi, pendent quatuor candelabra, ex Aurichalco fabrefacta, magnitudine & opere illustria, Senatus Nurembergenfis ad Caesarem Ferdinandum honorarium munus. In templi adyto, haec habetur inscriptio. Anno Iesu Christi. sal. 923. S. Venceslaus martyr, & Dux patriae, post martyrium auiæ suæ, Ludmillæ, primum hic B. Vito Martyri templum aedificauit: quod S. V. Wolfgangus, Episcopus Ratibonensis, consecrauit, & anno 968. Boleslaus Pius, Episcopi sedem fecit, cuius secundus Episcopus S. Adelbertus Anno 996. apud Prutenos martyrio coronatus, & Gnesna ciuitate huc translatus, peculiare sacellum adeptus est. Atque Spitigneus II. Dux, Anno 1060. post S. Procopij obitum, annis septem, è templo S. Viti, ac item S. Adalberti vnum, idque augustum, construxit, sed cum haec omnia, An. 1142. hostili arcis direptione corruissent, Rex Ioannes primus, anno 1344. chori huius fundamenta iecit, atque in Metropolitanam Ecclesiam erexit. Filius autem Carolus 4. Rom. Imperator, etiam S. Sigismundi Regis & martyris, multorumque sanctorum reliquijs, anno 1366. ditauit & muneribus auxit. Quibus Rex Venceslaus, eiusdem Caroli filius, Anno 1392. posteriorem templi huius partem adiecit, deinde casu publico, Anno 1541. exusta, Ferdinandus I. Romanorum, Hungariae, & Bohemiae Rex, Anno 1555. eadem haec & instaurauit & ornauit. Haec inscriptio. In hoc templo videre est busta regia, in quibus iacent, Imperator Carolus 4. eiusque coniuges, Blanca, Anna vna, & altera Elisabet, & filius Venceslaus, Romanorum, ac Bohemiae Rex, nec non Ladislaus, & Georgius, Bohemiae Reges: Regina Anna, inuictissimi Caesaris Ferdinandi coniunx. Denique Maximilianus II. Anno sal. 1577. è Ratibona translatus. Et haec conditoria sunt contigua. In alijs autem sacellis, & diuersis locis, eiusdem templi, extant varia monumenta Episcoporum, principum, & Regum, & in his quoque Ottogari Regis, qui cum Imperatore Rodolpho praelio decertans, victus, & trucidatus est. Animosus sane Rex, qui maluit cadere, quam cedere illi, quem antea habuit ministrum aulae suae praefectum. Adde tumulum Barbarae, coniugis Sigismundi Caesaris, iuxta quem visitur sacellum, memoratu dignum, ab Imperatore Carolo 4. magnificentissime exstructum, lapidibus viridibus, & puniceis, instar gemmarum, relucens, & auro intertexto, ornatisimè variegatum, in quo sacello corpus S. Venceslai, Bohemiae Ducis, & martyris tumulatum, quiescit. Et tanta priscorum regum in hunc Diuum tutelarem fuit obseruatio, & religio, vt corona Regni, non alio loco, quam in sepulchro, & super capite huius sancti Martyris reposita seruetur. Atque haec consuetudo, ab aliquot saeculorum serie, persistit immota, vsque ad turbulentissima Ziscæ tempora, vbi cum propter ciuiles factiones, tumultus tumultu cumaretur, corona in arcem Karlstein, vt pote in tutiorem custodiam, translata est.

EGR A



EGRA, inter alias Bohemiae vrbes, neutiquam infima, ad initium syluae in veteri Nariscorum patria maxime fertili, & longè amoenissimo agro sita est. quondam Imperij ciuitatibus annumerabatur, deinde Imperij deseruit ordinè, & Bohemiae Regi obtemperat, non alia ob causam, quam quod hypothea est regno Bohemico facta. Sita est in amoenissima valle, ad collem, cuius decliui maior ciuitatis pars superaedificata incumbit. Est duplici muro fortissimo circumquaque, aliquibus etiam locis, praesertim a flumine non ambitis, triplici: amplissima item fossa, ac muro conclusa, turribus vero plurimis, magnificè cincta & communita. Fluuium eiusdem nominis, ex monte Pinifero ortum, habet amplissimum, ac nauigabilem ad meridiem ferè, versus quam plagam arx etiam vrbe condita est, quae suas quoque singulares muros, munitiones, fossas, ac turres habet. Est in vrbe magnificum templum S. Nicolai, cum duabus altis, ac orienti soli obuertis turribus, sunt & alia pari elegantia templa & monasteria. Integrum & magnum Senatum constitunt veteri Rom. more viri centum, ex quibus XIX. de antiquissimis sunt vrbe familijs, patricio sanguine nati: Ex quibus solent eligi IIII. Consules. XIII. alij vocantur iudices & Scabini, & hi ius dicunt, non ex scriptis legibus: sed ex receptis ac longo vsu comprobatis Reipub. Egranae consuetudinibus. Reliquos LXVIII. Senatores, plebeios vocant. Ab huius Senatus constitutionibus nemini liberum est ad superiorem magistratum prouocare. Habet quoque frumentarias aedes, omni frumentorum genere refertissimas: Armamentarium item, bellicorum instrumentorum apparatu instructissimum, molendinas, Xenodochia, balnea publica, portas maiores tres & totidem paruas, quae consulibus tantum publicorum negotiorum causa, nocturno tempore patent: habet suburbia lata, iuxta portam acidii saporis fontem, Arces XII. pagos insignes plurimos, ac aliud oppidum Revvitzium, tribus lapidibus ab vrbe ad Cossenium montem ac fluuiolum situm, & propriam denique monetam, quae in Egrana tantum ditione valet. Haec Gasparus Bruschius.


P R A

PRAGA, BOHEMIAE
METROPOLIS ACCV
RATISSIME EXPRESSA.

G A.



E G R A.



EGRA orbs à fluuio, cui
adiacet, dicta, olim imperio Ro-
mano, hodie verò Bohemix
regno subiecta: Ptolemæo Ne-
nosgada vocatur.

Cum Priuilegio



PARTHENOPOLIS MAGDEBURGV M.



AGDEBURGV M, olim Parthenopolis, à Venere Parthenia, quæ ibi colebatur, sic dicta, Metropolis ac primaria est vrbs Saxonix, sita ad Albim fluuium. Veneris simulachrum in curru stantis, cum tribus Gratijs hinc colebatur, vnde nomē natum est loco, vt Parthenopolis, id est, puellarum vrbs, diceretur, quod & Magdeburg, vox Germanica, sonat. A Ioanne Capnione viro vndecunque doctissimo, Dmo adum Pyrgum dictum: dicitur autē à Græca dictione. Dmoades enim puellas ancillares Græci ferunt, quas per Apheresim, seu Endiam, prima litera sublata, Maid dicimus, & πύργον pyrgum Burgum, vt πύξου buxus. Hæc ille. Aeneas Syluius Magdenburgensem vocat, & Virginopolim metropolitica insignem urbem inter Saxones, opibus & auctoritate memorabilem scribit. Ligurinus Vir-

ginis urbem dixit, ἀπό τῆς παρθενικῆς, ἢ παρθένου, id est, à virgine, ἢ ἀπὸ τῆς παρθενῶν virginum habitatione, & τῆς πόλεως ciuitate. Ptolemæus μεσοῦιον, si litera non est falsa, libro secundo, hanc urbem Moeuium dixit. Hanc ciuitatem Otto primus condidit, ductu eius coniugis Edithæ reginæ, regis Ectmundi Anglorum filix, quæ ibi & sepulta est, inquit Lupoldus cap. XIII. Otto Magdeburgum auxit, & ibi requiescit, vt scribit Otto Frisingensis lib. 6. cap. 20. Hactenus Franciscus Irenicus. Hæc inclyta vrbs, Imperatorum Pontificūq; honesta sedes, tres in partes diuiditur, estq; munita mœnibus, ac propugnaculis, turribus quoque ac fossis excellit. Sunt in ea magnificæ domus, perpolitæ plateæ, ampla & ornatissima templa. Imprimis verò noble illud D. Mauritij fanum, ex quadrato lapide structura magnificentia conspicuum, Ottonum Cæsarū insignis opus. Magistratus ius ciuile Romanorum Saxonica lingua conscriptum, non sine reuerentia custodit, quod Caroli Magni auctoritate firmatum tradunt, eoq; in decisione causarum vicinæ gentes recurrunt, magna & venerabilis earum legum auctoritas habetur. Est in hac ciuitate summo ingenio elaborata Rolandi imago, qui Caroli ex sorore nepos fuit, præstans fortitudine vir, & post ingentem hostium cædem in prælio, cum de Hispania victa exercitum in Galliam reduceret, à Vasconibus interiisse dicitur. Hic est Rolandus, qui (vti fama est) tempestate sua corporis robore & animi magnitudine longè alijs præstitit, cuius fortia facta per vniuersum orbem celebrantur. Carolus Magnus celebrem hinc Episcopatum instituit. Confecto enim Longobardorum bello, potentissimo Rege capto, nullam moram interponendam putauit, quin in Galliam confestim rediret. Saxonicum quippe intermissum bellum eum domum reuocabat. Saxonum gens longè maxima erat, ac etiam bellicosissima penè Germanorum omnium. Hi falsos colentes Deos, cum neque diuini, neque humani iuris quicquam pensi haberent, nihil æquè ac religionem Christianam, hominesque ei deditos, oderunt. Proximi erant Francis, cum quibus continenter bella gerebant. Hæc palma, cum quasi diuino munere, Carolo Magno referuata videretur, sic renouatum est cum Saxonibus bellum, quo nec maius vllum, nec grauius diuturniusq; à Carolo gestum fertur. Tres enim & triginta annos cum ferocissimis gentibus certatum constat. Tandem penitus Saxones victi, se, tuaq; omnia potestati Caroli permisere. Victis, impositæ leges, vt patrijs cæremonijs, falsisq; dijs posthabitis, Christianam fidem profiterentur, magnum numerum obsidum darent, modicis terminis septi. Et ita tota reformata Saxoniam, decem Episcopatus in ea instituit, quorum omnium celeberrimus fuit Magdeburgensis, cuius sedes ex primitiua fundatione in Styde fuit, tum ad Valers leue, tertio in Vrese translata. Tandem per Ottonem primū, Anno salutis tricesimo supra nongentesimum ad Magdeburgum mutata, eiusq; auspicio in primatum Germaniæ sublimata. (Hæc ex magno Chronicorum codice anonymo) Quanquã tamen Saltzburgensis, cæteri que Archiepiscopi Electores, primam hanc dignitatem Antistiti Magdeburgensi non tribuant, vt Krantzius in Metropoli tradit. Fuit primū in Magdenburch munitissimum arcis receptaculum, circumpositis casalibus piscatorum, in morem vici, aut oppidi non clausi. Arci præ-

erat nobilitas Burggrauorum, qui origine Saxones, an V Vandali fuerint, incompertum est. Hoc constat, post Ottonem, iussu Imperatorum, erectum ibi Burggrauiatum, numeratumque inter quatuor Burggrauiatum Imperij.

MAGDEBURGVM.



MAGDEBURGVM,
 A VENERE QVÆ
 HIC QVONDAM COLE-
 BATVR PARTHENO-
 POLIS DICTA, metropo-
 litica Saxonice vrbs, opibus &
 autoritate memorabilis, perau-
 gusto murorum ambitu, & Al-
 bis fluiij vicinitate,
 illius fris



Cum Prælegio





NVRNBERGA.



VRNBERGA, vrbs tota Germania & Europa celeberrima, Emporium Germaniæ amplissimum, magnificisque operibus publicis & priuatis ornata. Arcem habet Regiam in colle vrbi imminente sitam vetustissimam, ex qua in urbem & extra patet prospectus, à qua ciuitati nomen inditum putatur. Vetus codices eam arcem Castrum Noricum appellant, quod vrbs huc vsque pro custodia habuit. Pius. II. in Europæ descriptione, dubium esse inquit, Norimberga Franconiæ an Baioriæ cedat. Interluit urbem amnis Pegnicus, cum multis pontibus lapideis duas vrbs partes coniungentibus. Est autem in agro sterili & arenoso condita, atque ob eam rem industrio gaudet populo. Omnes enim plebei homines sunt opifices ingeniosissimi, aut plerumque negotiatores prodentissimi, repertores & magistri subtilium operum, quæ hominibus non parum conducunt. Et licet hæc ciuitas non sit peruetusta, cum nulla in ea antiquitatis inueniantur vestigia, nec à veteribus mentio de ea fiat, tamen castrum eius est antiquum. Hæc Munsterus. Vide etiam Chronica Argenteratensia, Celtem Poetam, qui Nurnbergam eleganter descripsit, & Aeneæ Syluij Europam.

VLMA.



VLMA insignis Sueuiæ ciuitas, ad vltiorem Danubij ripam sita, vbi Hylerus & Blauus amnes Danubio miscentur, redditurque inde idem Danubius nauigabilis. Putatur autem ab vlmis seu vlmētis hoc nomen adepta, quod scilicet constructa sit in terra vligine plena, & apta vlmētis. Olim Abbati Augiæ maioris parebat, ad quem Caroli Magni donatione peruenerat Anno salutis D. CCC. XIII. Sed ab ista iurisdictione circa tempora Friderici tertij, libertatis amore, Vlmenses sese exemerunt. Magnificum est in hac vrbe templum, tanto sumptu ædificatum, vt eius impensæ nonies centena millia aureorum superasse dicantur. Incolæ partim ex mercatura, partim ex opificijs viuunt. Panni genus faciunt, cuius tela linea est, intextum bombycinum, seu gossapinum, Barchat illud vocantes: faciunt & totum lineum, quod Golsch appellant. Compertum est apud Vlmenses, vtriusque generis pannos parari quotannis centum milia, qui ad remotissimas nationes transfuehantur, & maximè bis in anno ad Emporium Francfordense. Hæc ex Munstero delibauimus.

SALTZBURGM.



VVA VIA Saltzburch dicitur à iuuando. Nam Germanos Iulius Cæsar aggressurus, in faucibus montium arcem munitissimam extrui curauit, vt milites ex ea refugium, & satellites iuuamen haberent: & inde Castrum iuuauense, Germanicè Helffenberch, appellatum est. Fluuius quoque cui adiacet, luuarius dictus, arci nomē dedisse à quibusdam putatur, à quo & ciuitas Iuuauia dicta est. Ptolemæo ex sententia Auentini Pædicum appellatur. Habet paludes, planicem, colles, & montes. Paludes præbent pascua, montes aucupia, & venationes. Eam Attila Hunnorum Rex destruxit, & à Roberto Saltzburgensi Episcopo restaurata est, Anno Domini D. LXXX. Franciscus Irenicus ex quinque Episcopatibus Bauariæ, Saltzburgensem primum vocat, eiusque urbem Cathedralem: quam Aeneas Syluius Metropolitanam urbem opibus & auctoritate memorabilem dicit. Vide Munsterum, Irenicum, & Annales Argenteratensium.


LINDOIA.




LINDAVIVM, seu Lindoia, oppidum Imperiale, situm in insula Acromi lacus, aquis vndique & fluctibus circumdatum, nulla sui parte continentem tangit, nisi vbi lapideo ponte, qui ducentos nonaginta passus in longitudine habet, terræ annectitur. Locus est admodum amœnus & salubris, ventis omnibus peruius, aquam fontanam & viuam, agrum circumcirca fertilem, nec non omnia quæ ad victum pertinent, facile comparatu habens, adhuc ædificijs satis splendidis ornatus, nulli non negotiatorum generi oportunus existens, natura firmus, aduersus inopinatas hostium incursiones tutus: in cuius Occidentali latere haud minor ambitus, adhuc magna vinearum copia colitur: & spatium illud mœnijs & fossa duabusque tum portis tum sublicijs pontibus à præfato oppido discretum, Insulæ nomen ex antiquo, etiam apud vulgus, obtinet, in quo hodie piscatores solum, nauiumque architectones cum paucis aliquot textoribus habitant. &c. Achilles Gassarus Medicus fusè hoc oppidum apud Munsterum describit.

*NURNBERGA florentissimum Germaniae Em-
porium, Reipub. optima politia illius tē Et in
Burgravioꝝ. S. Impēij ordine, alter, dignitatis locū
habet.*

NURNBERG.




VLMA.



*VLMA Imperialis in Serevia
vrbs, fortissimo aquæ et mu-
rorum ambitu, magnifico templo,
et Danubij propinquitate illustris*

SALTZBURG.

*VRBIS SALISBURGEN-
SIS GENVINA DE-
SCRIPTIO.*



LINDAIA.

*LINDAIA, oppidum Imperij insulare, undique aqua
lacu circumfusum.*



TIGVRVM.



TIGVRVM, proximis aliquot seculis Thuregum dictum, vulgò Zurich. Heluetiæ vetustissima est vrbs, sita in amœno loco, ad exitum lacus magni, qui hic desinit, excluditque amnem Lymagum, vulgò Limmad dictum, quem haud procul à Glarona recipit, & diuidit vibem in duas ciuitates, maiorem & minorem, quæ tamen tribus coniunguntur amœnis pontibus, in quibus frequentes ciuium fiunt deambulationes. Solum per circuitum ciuitatis est valdè fecundum feraxque vini, & frumenti plurimi. Frumentarium habet forum amplissimum, in quo ingens frumenti copia hebdomadatum diuenditur. Incredibilem piscium copiam lacus Tigurius huic vrbi suppeditat. Forum annonæ illic locuples est, & lacus subuectioni idoneus. Quamuis porro Tigurum quinto demum loco Heluetico fœderi accesserit, nihilò tamen minus propter vrbs celebritatem, & potentiam, princeps locus, omnium consensu illi datus est, quem hodiè quoque, aucto fœdere, in concilijs, legationibus, alijsq; publicis actionibus retinet. De origine, antiquitate, Republica, & administratione huius vrbs præter Stumpfium, omnium exactissimè Iosias Simlerus anno superiore M.D.LXXVI. quemadmodum & de vniuersa Heluetiorum Rep. libros duos conscripsit.

VRSINA.

VRSINA ciuitas, vulgò Berna Heluetiæ, si annos numeres, non admodum vetus est, si situm & cultum, si mores & ciuilitatem, si leges & instituta, si potentiam ac virtutem cognoscas, nulli vrbius cedit. Tam Bartholdus dux Zeringensis, quintus eius nominis, construxit, & ab vrso, in venatione capto, denominauit. Huius ciuitatis situs est in peninsula, quam facit Arola amnis nauigabilis: solum habet omnium rerum, præterquam vini, ferax. Tres item plateas ab Oriente in Occidentem decenti ordine perpetuas, & quia hæc vrbs ab vrso nomē accepit, solet perpetuò aliquot vrso nutrire. Hanc aut vrbs primus eius conditor Bartholdus, nobilitati offensus, cuius fraudibus filij ipsius necati erant, Imperio Romano attribuit, libertateque donauit. Quam eius voluntatem Fridericus I. Imperator, ratam habuit, & ab obitu Zeringij, Anno 1218. nomine Imperij vrbi præfectum dedit, Otthonem Rauenspurgium: sed aliquot annis post, propter fortrem & fidelem operam, quam ciues eius vrbs Imperatori nauatant, maioribus priuilegijs, & immunitatibus ab ipso donati sunt, & à iure præfecti exempti. Cæterum, in illis turbis, & Anarchia Imperij, Kyburgius Comes, Buigdesij Dominus, libertatem vrbs opprimere conatus est, coniuncta sibi vicina nobilitate, & Friburgo oppido. Bernates, vt aduersarijs parescerent, sese in clientelam Sabaudia Comitis dederunt, hic conatus Kyburgij repressit, & pace parta, moenia vrbs ampliavit. Bello deinde, inter Sabaudum, & Burgundum orto, Bernatibus Sabaudus pollicetur, si strenuè auxilium ferant, se, re bene gesta, præmium quodcumque petierint, daturum. Illi igitur fortiter pugnantes, victo hoste, præmij loco, veterem suam libertatem à Sabaudis repetiere, idque illis bona fide, ab eo præstitum est, fœdus tamen, & amicitiam ab eo tempore, perpetuò cum Sabaudis coluere. Vrbs libertati restituta, antequam in fœdus Helueticum veniret, varia & difficilia bella gessit, cum pro libertate tuenda, tum pro finibus ampliandis. Quæ omnia Simlerus, libro primo, eruditissimè conscribit.

LVCERNA.

VRS LVCERNA, quam Meyerus Lacocernam nominat, sita est ad fluum Rufam, qua is effluit ex lacu amplo, & per quem ad tres pagos nauigatur, ad pedem altissimi montis, quem fractum montem, & Pilati montem vulgò nominant. Locus vrbi commodus est, quod hac iter sit in Italiam, per Alpes Lepontias, quem montem S. Gothardi hodie nuncupant: hinc merces ad Alpes subuehuntur, indeq; in Italiam clitellarijs iumentis, & vicissim Italica merces per lacum & Rufam flu. in Rhenum, ac portò in Oceanum descendunt. Origo vrbs incerta est, vtrinque ad flumen extitisse castella singula traditur (hodie sunt ciuium ædes) quæ ab Alemanis extructa creduntur. Vrbs nomen accepisse videtur à Lucerna, quæ fortè illic in vsu nauigantium noctu ponebatur, atq; huic rei credibile est, inseruisse turrim illam vetustam, quæ ad superiorem pontem, hodie ab aquis, nomen habet, Pharos, antiqui turres huius generis appellarunt. Tradunt annales domestici, Lucernates Carolo Magno aduersus Saracenos militasse, & ab eo, cum priuilegia quædam consequutos, tum cornuum vsu, quibus adhuc classicum, tempore belli, canunt. Penes Canonicorum collegium maxima hic quondam potestas fuit. Quòd in potestatem deinde Abbatis Murbacensis, ex donatione Pipini Regis peruenit. Tum Albertus Austrij Imperator, Lucernam à Murbacensi Abbate emit. Sed non ita multò post, Lucernates sub Austriorum imperio, grauibus oneribus pressi, pacis & libertatis amore, fœderi, nomen subscribunt.

VRSELLA.

VRSELLA, quartum in syluanorum fœdere, obtinet locum, situ & natura loci oppidum munitissimum. Habet enim à meridie Gothardi montem, ab ortu Crispaltum, ab Occasu frigidissimum illum, & ascensu difficilem, Furcam, hoc est, montem bicornum, à Septentrione lacum Lucerinum respicit. Celebris Heluetiæ fluuius, Vrsa, vulgò Rufs, alluitur.

SVICIA.

SVICIA, oppidum vniuersæ Heluetiæ nomen communicat, nam ab ijs primò adificatum est, qui nouis quærendis sedibus ex Sueciæ regno, huc profugerant. Ex tribus pagis est vnus, qui contra nobilium insolentiam fœdere coniuncti fuerunt, robustos, belloq; potentes homines edit, qui frequenter hostibus incusserunt terrorē. Ex ijs rebus, quæ terra compascua ex se fundit, ferè omnes vitam sustentant. Ab hoc oppido, siue pago, exteri Heluetios Suictos nuncupant, vel, quòd primò pro libertate in ipsorum agro pugnatum sit: vel, quia diuissimè cum Eremitanis contenderunt, & primi omnium ex pagis tribus Austriorum irruptioni expositi fuerunt, & inter tres pagos maxima eorum fuit potentia, nomine eorum, vt celebriori, reliqui etiam pagi sunt comprehensi, & ab his deinde nomen, ad omnes confœderatos dimanauit.

SYLVANIA.

SYLVANIA, liberæ conditionis pagus, mutuo societatis fœdere Suiciæ & Vrania iunctus, Anno salutis M.CCC. XV. naturali Alpium vallo circumseptus, pascua habet amœna pecoribus alendis petquam idonea, vnde magnas opes Syluania incolæ percipiunt. F. Nicolaus, summæ pietatis eremi cultor, hic vixit, cuius vitam Ioannes Stumpfius, Henricus VVœlste, & alij descripserunt.

TVGIVM.

TVGIVM, vulgò ZVG, oppidum, eiusdemq; nominis regio, versus Septentrionem, Suietiam vicinitate attingens, in pede pascui, & vitibus consiti montis lacui piscoso adiacet, cui à ciuitate nomen Lacus Tuginus, qui ad Meridiem versus Artense oppidum extenditur, vnde Miconio lacus Artenis dicitur, bellicosos producit, quos Glareanus ob singularem animi constantiam Camillos nominat. Agrum compascuum, vini, frumentiq; feracem habet. Eius cultores Tugini, Straboni verò lib. 7. Tyogeni dicuntur, qui cum Tygurinis & Cimbris, inito fœdere, Romanis se opposuere. Plutarchus in vita Marij, & Eutropius lib. 5. Paruit Tugium aliquando nobilibus, postea in Austriorum potestatem peruenit, hi, bello Heluetico, perpetuò præsidia illic aluere, qui Suietios & Tuginos infestabant. Itaq; anno 1372. Mense Iunio, Tugini cum quatuor alijs pagis expeditionem aduersus Tugium susceperunt. Præsidij, qui diffident munitionibus oppidi, ante aduentum Heluetiorum eo deserto, Bremogartum, & vicina loca Verbigeni pagi se contulerunt, ciues tamen, qui fidem Austrio seruare vellent, obsidionem per dies 15 sustinuerunt, sed cum aliquoties summa contentione Heluetij oppidum oppugnassent, tandem deditioem fecerunt, & Heluetijs sacramentum dixerunt, hac conditione: Si intra præfinitum tempus Dux Austrius eos, exercitu adducto, obsidione liberaret, ab Heluetico sacramento liberi, in eius obedientiam redire possent, eaq; de re legatos ad Ducem, auxilium petentes, miserunt. Eratum Dux Albertus in Monasterio pagi Verbigeni, quod Campum regium vocant. Cum autem Tuginorum legati mandata sua exponerent, accidit fortè, vt Princeps in perystilio obambulans, ab acupe quæretet, An accipitres cibum cepissent; Ibi legationis princeps, Ach, inquit, clementissime Princeps, An non tuorum clientum potior tibi, quàm auium ratio est, præsertim cum ita ab hoste vrgemur, vt ni auxilium feras, deditioem facere cogamur? Cui Princeps: Agite, deditioem facite, breui omnia, quæ nobis ablata sunt, recuperabimus. Quare Tugini, cum viderent sibi nullam in Austrio spem esse, Heluetico fœderi se iunxerunt.

GLARONA.





VLIS non admodum ampla iuxta Limagum fluuium, longitudine trium miliariorum Germanicorum, Latine GLARONA, vulgò Glaris dicitur. Eius regionis caput Glarona, altissimis cingitur montibus, Vranorum montana, ab Occasu autem Suicerorum montes attingit. A Septentrione olim clausa fuit muro extenso per transversum vallis à monte, ad montem. Confœderauit se reliquis Heluetijs anno Christi M. CC. LI. Viuunt incolæ lacte, caseo, butyro & carnibus, pisces lacus, aues & carnes ferinas, syluosi monti subministrant. Natus hic est Henricus Glarcanus, Laureatus Poeta, & Mathematicus insignis.

BASILEA.

BASILEA, vrbs inclita, omnium confœderatarum amplissima, ex Augustæ cineribus, instar Phœnicis, orta, vtramque Rheni complectens ripam, maiore Basilea in littore Gallico, minore verò in Germanico sita. Maior vallem occupat à Meridie versus Septentrionem, inter duos colles ad Rhenum desinentes, extensam, fluuioloq; Byrfeca irrigatam, minor verò fundum habet planum, liberrimo recreatur Basilea aere: solum fecundum, scaturigines multorum fontium, concursus multorum annuum Rheni, Byrfæ & VViefæ. Pio II. institutore, celebrem habet Vniuersitatem. Amplissimis immunitatibus & priuilegijs aim olim à Romanis imperatoribus donata Basilea, Episcopatu etiam clara. Meminit eius Ammianus Marcellinus, qui Basileam nominat, & Gratianum prope hanc propugnaculum contra Germanos construxisse, perhibet. Ac sunt, qui à Basilina Iuliani Imp. matre, denominatam, existimant. Meminit etiam Phlegon liber, tus Adriani Cæsaris Basilæ, An autem de nostra hac in Rauracis loquatur, dubium est.

FRIBVR.

DECEM ET TRIA LOCA CONFOEDERATORVM HELVETIAE.



Cum Privilegio.



F R I B V R G V M.

FRIBVURGENSIS ciuitas apud Nuitones sita, vulgò Nuchtland, qui terræ tractus hodie Vchtland appellatur, à Bertholdo principe Seiringensi IIII. xxi. edificata, mirabilem situm obtinet. partim enim imposita est monti præcipitibus petris suffulto, partim iacet in valle accliuis montibus clausa, circumfluitque montem in imo per desidentem ciuitatem amnis, sana, mediocri magnitudinis. Prætorium situm est in præcipite rupe, vbi olim arx fuit, à qua temporum successu creuit ciuitas ipsa supra & infra. Oppositi montes sustentant mœnia, tametsi in Orientali monte nullæ ferè domus præter munitiones existant. Quocunque pergis in ciuitate, est tibi vel ascendendum, vel descendendum. Proferit terra omnia necessaria, præter vinum.

S O L V T V R V M.

SOLVTVRVVM, siue Salodorum, vna ex præclaris & vetustissimis Heluetiæ ciuitatibus, ad Arolam fluium auriferum sita, Treuirorum soror dicitur, & Nini seculo conditam, vetusti Annales tradunt. Antiquitatem vrbis indicant, veteres inscriptiones Romanae, quarum aliqua adhuc Salodori extant. Antonino in Itinerario Soluthurum vocatur, qui verò eam scribit Soluturum, putant eam sic dictam ab antiqua turri, quæ adhuc in medio ciuitatis videtur, vt sitidem quod solis turris: sita est in agro plano & satis culto, nisi, quod agrè fert vites, Reliqua omnia abunde fert tellus.

S C H A P H V S I A.

SCHAPHVSIA, vulgò Schaff siue Schiffhusen, Miconio Probatopolis, Platinae, Schaphusa, Glareano & alijs, Arictis vbs dicitur. Quod Stumpfius omnino improbens, Schaphusam à Schafa denominari asserit. hic enim nauium statio erat, quod nullæ omnino vltra Schaphusam, ob atrocem spumantemq; cataractam septuaginta quinq; pedes altâ, descendere poterant quare oēs naues, quæ ex Acronio & Veneto lacu, secundo Rheno, descendunt, necesse est Schaphusæ exonerari, ob hanc causam, creditur vrbis nomen impositum, vt, vel à Scapha, Scaphusia, vel etiam à nauis Germanico nomine, Schiffhusia nominaretur. Oppidum est ad dextrum Rheni latus elegantissimum, tertio Rheni ponte Heluetiorum terræ coniungitur, rebus omnibus necessarijs, & limpidissimis abundat fontibus. Amplissimum Benedictinorum cœnobium, Anno Domini M. LII. fundatum, huius oppidi magnificentiæ occasionem dedisse dicitur, Sicut & S. Galli oppidum, & Lucerna, & multa alia oppida Germaniæ cœnobijs suam originem acceptam referunt.

A P P E N Z E L L A.

APPEZZELLA, siue, Abbatis cella, regionis, & vici nomen, habuerunt enim hic Benedictinæ societatis Abbates arcem, Clanx, nominatam, tutissimum quouis tempore, refugium, quorum auctoritas paulatim adaucta, non huic tantum pago, sed vniuerso territorio appellationem dedit, quod Marti atque Bellonæ peridoneos homines producit, eamq; ob causam, ad Helueticum fœdus, Anno salutis 1513. admissi, Decimumtertium in ordine locum obtinent.


ARGENTINA



ARGENTINA, ciuitas vetustissima, ac permagnifica, Argentuaria dicta, apud Heluetios propè Rhenum sita. Cùm Treueris Metropolis Belgæ prouinciæ, temporibus Abrahamæ construi cœpta sit, inde potentatu aucta, hæc vrbs primò sub dominio Treurensum fuit, quam postmodum Iulius Cæsar, cùm vniuersam Prouinciam Heluetiorum, & Heduorum, traiecto Rheno fluuio, subiecit. Cui Consulem, & Quæstorem dedit, qui in ea vrbe Cameram Romanorum pro tributis soluendis perfecerunt, inde nomē Argentinæ assumpsit, qui vsque ad Imperij inclinationem ibidem perstiterunt. (Quod tamen plerisque minus verum videtur, vti Munsterus asserit) Attila postea egressus de Siccambria, primò Illyricos inuasisse dicitur, deinde omni penè Germania peruagata, ac cunctis ciuitatibus & castris, quæ occurrebant, subuersis: intrauit tandem in regnum Constantiæ, cui Sigismundus Rex, eiusdem terræ Princeps, circa Basiliam, cum exercitu magno occurrit, quem Attila, cum omni expeditione contrito & fugato suo dominio, subiugauit. A loco illo egressus Attila, iuxta Rhenum Argentinam ciuitatem munitissimam, quam nullus Romanorum Cæsar penitus expugnare potuit, obsedit, expugnauitque, diruendo eius murum diuersis in locis, vt cunctis aduenientibus sine difficultate via libera, & patens introitus præberetur, edicens firmissimè, ne ipsius murus, Rege ipso viuentem, repararetur, vt eadem ciuitas, non Argentina, sed propter viarum multitudinem, quas in muro eius facerat, Strasburgh vocaretur. Hactenus Argentinensium Chronica. Gratianus in decretis XXXIII. Quæst. 2. Latorem. Argentinæ meminit, sed corrupto nomine. Nam, cùm probaret, prisca Ecclesiæ consuetudinem fuisse, vt enormiter flagitiosi, Romam, absolutionis causa, transmitterentur, vbi presbyterorum erat multitudo, quos & vitæ sanctitas, & sacrarum litterarum cognitio commendabat, refert, quomodo Ratholdus Argentoratensis Episcopus, presbyterum quendam occisæ matris reum, ad Nicolaum Pontificem Romam miserit, vt ex responso Pontificis patet, in quo mendum inoleuit in omnibus codicibus. Nam, pro Argentea Retensis, legendum est, Argentoratensis, ab Argentorato, quam Germani maiores nostri, transito Rheno, cum magna parte Belgicæ occupatam, mox pro suæ lingue commoditate, duabus prioribus syllabis spoliantes, & Torato, Burgum adijcientes, primo Toratburg: deinde, Stratiburg appellarunt, quemadmodum in antiquis codicibus adhuc legitur. Hodie Strasburgum vocamus. Plura apud Buschium, commentario de Episcopatibus Germaniæ, de Argentinensium vrbe atque Reipub. inuenies. Incorporata est hæc vrbs, inquit Munsterus, Imperio, numeraturque hodie prima inter liberas ciuitates. Abundat autem omnibus bonis, excellitque in opibus cunctas Rheni ciuitates. Habet miram vini & frumenti copiam, vtpote quæ situm habet in optimo fundo. Inueniuntur in ea vrbe aliquot centeni hortulani, qui annuatim magnum faciunt quæstum ex rapis, cepis, raphanis, napis, caulibus, papauere, alijsque hortalicis, quæ foelicissimè ibi proueniunt, atque in tanta crescunt vbertate, vt nullus ei in Germania comparandus sit locus. Habet vrbs ipsa præter Rhenum, & alios multos accurrentes amnes. Ab oriente enim venit ex Martiana sylua Kintzgu fluuius, qui secum magnam adfert vim trabium ædificijs aptarum. Ex Sunggoia atque ab austro, affluit Illa, amnis: Et ab occidente Bruschnus, qui ciuitatem in duas impares tamè diuidit partes. Est quoque in hac vrbe, nobile & ingens quoddam opus, cuius simile nec in Germania, neque in Italia aut Gallia inuenitur, nempe sumptuosissima illa turris, quæ anno Christi M. CC. LXXVII. inchoata est, atque XXVIII. annis ferè vsque ad fastigium cõsummata. Hæc ab ipsis fundamentis vsque ad supremum culmen, quadris, & pulchrè figuratis lapidibus est erecta, vbique aeri, & vento peruia, patetque ascensus eius quatuor cochleis. Vbi verò crassities eius in fastigium incipit acuminari, ibi octo confurgunt cochleæ: Supremus nodus, qui inferius vix modij magnitudinem habere videtur, tantus est, vt capacitas eius recipiat V. aut VI. personatos homines. Longitudo eius habet pedes geometricos D. LXXIII. Hæc Munsterus. Potentissima hæc vrbs, à S. Materno B. Petri discipulo, eiusque socijs Valerio & Eucharion ad Christi fidem conuersa est, deinde, circa annum Domini CCC. XXX. Arrianismo, quemadmodum aliæ Rhenanæ vrbes, infecta, ab Episcopis tandem Metensis Ecclesiæ in pristinam veritatis viam reducit. Anno Christi. D. VIII. primū templum in hac vrbe conditum est, à Clodouæo Galliarum Rege. Tum temporis Argentina Metensi Episcopatu, quoad Ecclesiasticam iurisdictionem, suberat: ac demùm Moguntino Archiepiscopo à Carolo Magno subditur. Institutus autem est atque fundatus à potentissimo Galliarum Rege Dagoberto &c.

ARGENTORATVM.


Strasburg



ARGENTORATVM, cuius
ob antiquitatem Ptolemeus, Dⁱ He-
ronymus, Orosius, Eutropius, Mar-
cellinus, et alij meminere. Alsatia
Metropolis, apud praeterfluentem
Rhenum, alijs, Argentina, aut,
si quis ex re, nomen commutare
velit, Laurentina, sed vulgo
Strasburgum dicta; vrbis virtute,
mansuetudine prudentia, ac ince-
gritate, honestis studijs, ac nobili scho-
la inclita.

Sancti Christophori M. X. V.
Episcopi palatii
scripturae
LXXXVIII.
Requiescat in pace
beneficentia Luchherianorum Pragensium perfer-
tum fuit.





HEIDELBERGA.



HEIDELBERGA, ad Neccarum sita, Illustrissimorum Principum Comitū Palatinorum Rhēni sedes, Ptolemæo, vti putatur, Budoris: Nomen oppido datum existimant, à Gentium colonia, quæ ante multos annos hîc habitasse, multis indicijs conuincuntur. Vocant enim Germani, gentilem hominem, Heiden. Vel, vti Franciscus Irenicus, à nigrorum vacciniorum, Teutonicè Heidelber, multitudine. Olim Vangionum imperio subdita, solum habet rerum omnium ferax, vini boni, frumenti, fructuum arboreorum, & castanearum. Est & florentissimum Heidelbergæ gymnasium, à Marsilio, primo Rectore primitus institutum, & à Ruperto Palatino, Anno M. CCC. XLVI. multis priuilegijs donatum. Mōs illic omnium sanctorum, olim arcem præ se tulit. Referunt templum illic fuisse, quod Græci vocant τὸ πᾶθεον, vbi antiquitùs, omnes dii colebantur. Oppidum hoc Volateranus lib. 7. Ettelburg vocat, corrupto nomine, linguæ Germanicæ ignarus. Hæc Franciscus Irenicus. Anno partæ salutis. M. D. LXXVI. Fridericus Comes Rhēni Palatinus, Elector, Heidelbergæ XXVI. Octobris die, à prandio, infra tertiam & quartā horam, in hoc mundi theatro, viuere desijt.

SPIRA.




SPIRA recens vetustæ ciuitatis nomen, quod hac ratione obtinuisse putatur. Rudigerus Episcopus, ex clara Spirensi familia natus, hanc Nemetensem urbem adauxit, & pagum (Spira) tum extra muros, ad eiusdem nominis fluuiolum situm, mœnibus inclusit, ac totā urbem, iam amplam atque magnificam, turribus, ac fossis egregiè munitam, Spiram, ab adiecto pago ac fluuio, nūcupauit, Anno salutis M. LXXXIII. Sic vetus vr̄bis appellatio exoleuit, & noua illa, in hunc vsque diem vsurpata, in consuetudinem venit. Hoc tempore episcopatu in Imperio celebris. Ab Imperatore Conrado II. Francorum Duce, tanta munificentia aucta, & illustrata fuit, vt secundus Nemetensium fundator dici meruerit: Nam insignem illam, ac longe amplissimā Basilicam Spirensē, quæ in hodiernum adhuc diem conspicua, & multorum Germaniæ Imperatorum, & Imperatricum habet augustissima Mausolæa, in honorem B. Virginis: & præclarum S. Iohannis in summitate vr̄bis situm templum, forisq; in agro Nemetum, ex castro suo Limburg, in quo nuper ad eō Conradum filiolum, ex præcipitio quodam decidentem amiserat: magnificum cœnobium maximis sumptibus ac impēnsis construxit. Venerandus in hac ciuitate Aduocatorum ordo videtur, qui in publico totius Imperij consistorio, à Carolo V. instituto, quò præcipuorum tribunalium appellationes diriguntur, Cæsareæ Maiestatis, Electorum, aliorumque Procerum nomine, iustitiam administrant. Spirensium agri, optimo vino rubeo, quod Anserum pedes vocant, frumento, & amygdalis abundant. Memorabilem hanc urbem reddit, incomparabile Oliueti fanum in ambitu maioris Basilicæ constructum.

VVORMATIA.



VORMATIA ad Rhenum, vetustissima Vangionum ciuitas, originem sumens, vti scribitur, à Treuirensibus, quibus tributum annuum pendit: Deinde Romanis, ad Attilā vsque subdita, ab eo, cum multis alijs Rhēni vr̄bibus subuersa: iterum à Galliarum Rege Clodoueo instaurari cœpta, à Brühilde Regina venustè illustrata est, ac Galliæ Regum sedes efficitur, qui castrum regium ibidem construxerunt, ea forte partē, qua nunc noua VVormatiensis curia conspicitur: quod tempore Caroli Magni, edax flamma, in fauillas redegit. Fuit & tunc temporis VVormatiæ Archiepiscopatus, qui anno incarnationis Dominicæ, DCCXXIX. Moguntiam translatus, ita tamen, vt Episcopatus hic manserit, antiquitate, cum reliquis Germaniæ certans. Aliquot hîc Concilia, & comitia celebrata fuere. Hæc partim ex Archiuis VVormatiens. partim ex Francisco Irenico.

Faint, illegible text in a rectangular box at the top left of the page.




78

FRANCFORTVM AD MOENVM.



CIVITAS hæc in extremitate Franciæ orientalis ad Mœnum fluuium sita, nomen antè Helenopolis, ad Francorum vsque in eam aduentum, obtinuit, à quibus postmodum Francofortum, siue Francfordia, vel ab eius instauratore Franco, Regis Marcomiri filio, appellata fuit. Ab antiquis temporibus Imperialis ciuitas extitit, electioni noui Imperatoris consecrata: Primus ibi Arnolfus Imperator, est designatus. Interfecit hanc urbem Mœnus fluuius magnus, & nauigabilis, qui in monte Vichtelbergio scaturiens, per Francorum terram delabitur, ac multos recipiens amnes, nobile hoc emporium alluit, & ex Moguntia oppposito, Rheno commiscetur. Huc traiectum ac vadum Mœni, Franci olim sub Carolo Magno possidebant, à quo ciuitati Francofordianæ, per eam occasionem natæ, datum esse nomen plerique existimant. Cùm tamen constet, hanc urbem, etiam ante Caroli Magni tempora, iam olim Francoforti nomen obtinuisse. Altera ciuitatis pars, & ea quidem maior, atque splendidior, Fræcofortum: Altera autem, quæ & ipsa muris, ac foueis cingitur, Saxenhausen, hoc est, Saxonum domus, vocatur. Vtraque autem præstantissimi & arcuati operis ponte, longa serie constructi, iungitur, eiusdemq; Amplissimi Senatus gubernaculis regitur. Ciuitas hæc nundinaria, & quasi commune, non modò Germaniæ, sed totius Europæ Emporium est. certis siquidem anni temporibus, in Quadragesima nimirum, atque Septembri, negotiatores huc ad celebrem mercatum, ex Superiore & Inferiore Germania, Italia, Gallia, Anglia, Polonia, Ostlandia, cæterisque orbis partibus conueniunt, omnisque generis merces conferunt, quas partim parata moneta, partim aliarum rerum commutationibus, distrahunt, atque diuendunt. Pipinus Caroli Magni parens, in hac urbe sacrum Saluatori templum, & Canonicorum Collegium (quod tamen hodie ad S. Bartholomæum vocatur) ædificauit. Quod postea Carolus Magnus, paternæ pietatis & singularis erga hæc urbem affectionis infecutus vestigia, compluribus villis, censibus annuis, prædijs, decimis, & iuribus, magnificè dotauit. Quem pari pietate & posteri aliquot Imperatores, & Reges Rom. deinde sunt imitati. Carmelitarum sanum præstantissima nobilitatur tabula, D. Virginem in cælum emigrantem repræsentante, quam magni illius Alberti Dureri, immortalitate dignissima manus, summo artificio deliniauit. Eam optimi quique pictores, non sine admiratione, frequentissimè sunt contèplati. Anno Christi. D. CC. XCIII. Carolus Magnus Francofurti generale congregauit Concilium, in quo communibus suffragijs Fœlicina hæresis condemnata fuit, quæ (vt Abbas Vrspergensis commemorat) Christum redemptorè nostrum, secundum humanitatem, adoptiuum saltè esse Dei filium, stultè asserbat. Nò minore beneuolentiæ affectu, Carolus IV. Rom. Imp. hanc urbem est profecutus. Quapropter electionis Romani Regis, futuriq; Imperatoris, per Septem Germaniæ Principes Electores fiendæ locum in perpetuum constituit, bullaque sua aurea confirmauit. Nam antea, quantù ad ipsum electionis locum, variè obseruatum erat, quanquam prius etiam vt plurimum electio Francofurti fuerit celebrata. Vnde & mos inoleuit, vt cùm in dissensione Electorum, duo pariter in Rom. Regem nominarentur, alter in agro Francofurtensi iusto exercitu consideret, alterum. quæ sequimensis spatio, cum eo conflicturus expectare consuèrit, qui cum vel prælio, vel aliàs cedète aduersario, superior extabat, tum demum in urbem recipiebatur, & pro Rege agnoscebatur. Ita accidit inter Henricum Landgrauium Thuringiæ, & Conradum Friderici Secundi filium. Item inter Lodouicum Bauarium, & Fridericum Austrum. Similiter inter Guntherum Comitem à Schvvartzenburch, & Carolum Quartum. Porrò, in nundinis Francofurtensibus illi, qui in arte gladiatoria excellunt, magistri titulo, si id ambiant, à magistris eiusdem artis, ciuibus tamen huius urbis, ex speciali Romanorum Imperatorum & Regum priuilegio, insigniuntur. Id quod alibi non licet.

CIVITAS FRANCOFORDIANA AD MO.



Cum Privilegio

FRANCOFORDIA, unica est in Francia orientali ciuitas, aut potius, in Aferitate eius, ad Moenum fluium situ, nobilissimum totius Germaniae Emporium, cuius Privilegia Pnuerse Europae populi cognitissimum. In quo Romanorum Caesar, ab Illustriissimo Imperij Septemmaris eligitur. Et gladiatoria artis, designantur magnifici. Et multis indicij constat, quam clara haec urbs Pipino, & Carolo Quarto fuerit. Quibusdam Helenopolis: Gunthero; Franconesfurt dicitur. Eam septem libris ab Eurru: do quodam Diacono descriptam, se vidisse in Monasterio aliquo, res fuerit Franciscus Irenicus in sua Episcopi Germaniae. Forluc orbi lapideo elegantique ponte, haud vulgaris magnificentia oppidum, SAXENHAUSEN, sit est, Saxonum domus, contumetur, et ipsum propugnaculis, moenibus, vallo, & fossis, ad defensionem idoneis, egregie circumdatum.





TREVERIS.



TREVERIS, magnitudine rerum gestarum, & vetustate præclara ciuitas, Gallia Belgicæ caput, ante Christi aduentum 1947. temporibus Abrahæ, à Trebeta, Nini filio condita, qui à Semiramide matre, ex Assyria profligatus, Vel, uti annales Treuironum perhibent, effrenem & iniquam matris libidinem fugiēs, ex regno, cum magno Assyriorum agmine, secessit, & post varios errores itinerum, ad amœnam quandam vallem natura loci munitam, iuxta Mosellam deuenit, vbi à suo nomine, ciuitatem hanc, condere cœpit. Cuius antiquitatem, trecentis & mille annis, ante urbem Romanam, perscrutatus est Aeneas Syluius. Hæc, quantum olim potentia, opibus, alijsq; ornamentis floruerit, superbissimorum ædificiorū ruina, manifestè ostendunt. Videtur enim ibi stupendi operis palatium, quod instar Babylonici muri, ex cocto latere factum, tantę firmitatis hodie manet, vt nulla arte frangi queat. Proprium semper Ducem habuit, A Iulio expugnata, vt in commentarijs habemus. A Materno rege Christiana imbuta est, inde ab Attila diruta, concidit. Vltimus eorum dux luxuriosissimus, à Lucio occisus est, & Clodoueo Francorum regi, vrbs tradebatur. Inde, tempore Iouiniani, iterum destruebatur, & per Ottones, & Henricos, ad imperium redacta est. Ante Iulium semper in amicitia Romanorum degit, vt Cæsar lib. 2. scribit, inde Neruijs auxilium miserunt contra Cæsarem, iratus Iulius, T. Labienum cum equitatu, contra ipsos deputauit, & dum Cæsar è Gallia egressus est, Treueri sollicitabant Cisrhenanos, & tunc duos duces habuerunt, Cingëtoricem Cæsaris amicum & Induciamorum, vt libro 5. Comment. testatus est ipse Cæsar. Vltimò autem, Labienus ipsos cepit duabus adiunctis legionibus, & 15. auxiliarijs copijs Germanorum, vt lib. 6. Cæsar asserit. Franci etiam Treuerim incenderunt, tempore Theodomiri Francorum Regis, Hunibaldo teste. Plura vide apud Franciscum Irenicum. Antiquissima totius Germaniæ Vniuersitate, Treuerensiu ciuitas insignitur. Archiepiscopum, in Electorum ordine, agnoscit dominum. Treuironum fines, olim Rhenum attingebant, & etiamnum attingunt. Vnde Cæsar illos Rheno proximos esse ait. Qui eodem auctore longè plurimum totius Gallia equitatu valebant, magnasq; habebant copias peditum. Pomponius Mela, clarissimos Belgarum tradit esse Treuiros, & horum opulentissimum oppidum, Augustam Treuironum vocari, cuius & Ptolemæus meminit. Corn. Tacitus Coloniam Treuironum subinde nominat. Scribit Cæsar Treuironum ciuitatem propter Germaniæ vicinitatem, cottidianis exercitatum bellis, cultu & feritate, non multum Germanis absimilem fuisse, neq; imperata vnquam, nisi exercitu coactam, fecisse.

CONFLVENTIA.



CONFLVENTIA, oppidum Gallia, inter Moguntinam & Coloniam, Episcopo Treuerensi paret. Hic Mosella, quæ Ptolemeo Obrinca, ex Vogeso mōte oriens, multis admixtis amnibus, Rheno magno cum impetu commiscetur, vt longissimo tractu, diuersa vtriusq; fluminis aqua, ob diuersitatem coloris, conspici, & discerni queat, leuam Mosella, dexteram Rheno obtinente. Oppidum hoc commendat antiquitas, sicut & reliquas omnes confluentes vrbes, quarum non pauca iuxta Rhenu inueniuntur. Studuerunt enim veteres in huiusmodi confluentijs condere ciuitates & arces, quòd ea loca tutiora sint, ac munitiora, & acinde multas commoditates ab amnibus habeant. A confluento datum oppido nomen. Iuxta Mosellam habitatoribus frequens, pulcherrimarū ædium serie, ad pontem vsq;, summo ornatu deducta, egregie nitet. Bina Canoniorum Collegia habet, ædes sacras augustas, Teutonicam domum, aliaq; cœnobia, Palatiū item Principis amplum, & homines (asserente Doctore Richuino) emunctæ naris, ingenijsq; benè dotatos & excultos, qui nescio quid Atticū omnes spirant. Vtraq; Mosellæ ripa eximij operis ponte coniungitur, qui ex quadratis lapidibus pilis longo ordine arcuatim constructis, innititur, & ex Inferiore Germania in Superiorē tendentibus transitum, per hoc oppidum, præbet. Ex opposito ad dexterum Rheni latus, in summo montis culmine Reuerendiss. Treuerensis Castrum est, Erenbretstein, validis munitum saxis ac turribus, omnisq; generis machinis bellicis, puluere item, ac globis instructissimum, ex quo Confluentini in officio retineri, ex Rheno etiam atq; Mosella, ingrati hospites per commodè arceri possunt. In montis radice, Molhemia pagus est, in quo Monachorum cœnobium, & acidi saporis fons vberimus, qui solus huic oppido potum largitur. Complures historicos, qui huius oppidi meminerunt, Franciscus Irenicus lib. 11. Exegeleos Germaniæ recenset: vide etiam eius descriptiunculam Doctore Richuini in Munsteri Cosmographia.


ROTENBURGV M.



ROTENBURGV M. huius nominis oppida Germania habet, Alterū in Sueuia ad Neccarum flumen, ob occisum ibide m Episcopum Argentinesem, euersum, ac dirutum: Alterum, in Franconia Imperiale, ad Tubarum amnem, cuius hoc libro topographica pictura proponitur.


T R E V E R I S.

TYPVS AC SITVS ANTIQVISSIMÆ
ET PRÆCIPVÆ MEDIOMATRI,
CVM CIVITATIS TREVIRENSIS.



C O B O L E N T Z.

Situs ciuitatis CONFLVENTINA,
Germanis Koblentz ubi Mosella
fluvius Rheno miscetur. *J. M.*




ROTENBURGVM ad Tubarum, elegans Franconie
oppidum, Hierosolymitanæ vrbi, situ respondere dicitur, à tur-
rùm et tegular, rubore, nomen habens, olim proprijs ducibus
paruit, nunc imperio, post Friderici primi secula, accessit.

R O T E N B V R G.



Handwritten text in a rectangular box, likely a title or header, containing several lines of cursive script.



MOGUNTIA.



MOGUNTIA Metropoliticae Germaniae ciuitatum praecipua, Ptolemaeo Neouagus, vt Irenico placet, nomen sortitur à Mogano fluuio, & Cia, vti cum alijs perhibet Celtes. Hanc Troianus quidam Moguntius condidit, Carino scribente. Olim hic Romanorum munimenta fuerunt contra Alemanos ad ipsam Rheni ripam. Moguntia vetus, paulò remotior à Rheno fuit, quemadmodum adhuc ruinae testantur. In loco admodum amœno iacet, vbi Mœnus fluuius, quem alij Moganum vocant, ex Franconia descendens, Rheno commiscetur. Agrum habet, ab vtraq; Rheni ripa foecundum, & praestantissimo vino luxuriantem. magna est, benè munita, & spissa, tum populosa ea parte, quam Rhenus aluit, ex alio verò latere, rarum habitatorem habet, immensa est longitudine, in lato angustior. Aedes amplissimae sunt, Romanorum more. Basilica & Collegiatae Ecclesiae magnificae, & perornatae, cum Arce Episcopali, Nulla est in Rheni tractu ciuitas, quae plura quam Moguntia antiquitatis monumenta ostendat. Archiepiscopum ex septemuirorum Imperij ordine dominum & moderatorem agnoscit. Vniuersitatem habet circa annum Christi M. CCCC. LXXXII. à Deiethero Isenburgo Archiepiscopo institutam. In qua hoc tempore Artium & Theologica studia vigent. Huic vrbi Typographicae artis debetur inuentio, quae plusne boni, an mali attulerit, probabiliter disputari potest.

HERBIPOLIS.



HERBIPOLIS Francorum Orientalium caput, atque Metropolis, Germanicè VVirtzburch, à dulci musto, quod Herbipolensis ager suppeditat, nomen obtinere videtur. Vrbs est in plano sita, extra vndique circumiacentibus monticulis, & collibus vitiferis, amœnis hortis, interpositis pratis ornata, praeterea fossis, vallibus, mœnibus, turribus & propugnaculis benè munita. Intus autem populosa, pluribus templis, monasterijs, & ecclesijs, ac non solum clericorum, sed & ciuium amplissimis aedibus extructa, atque alibi apertè labentibus, alibi subterraneis fluuijs, à foetore & putredine, aeris clementiam, nusquam non corrumpentibus, semper mundissima seruatur. Habet enim plures puteos viuis & dulcibus laticibus perpetuò scaturientes, ad quosuis vsus satis vriles. Ad occasum Mœnus proximè urbem praeterlabitur. Vtranque ripam ingens pons iungit lapideus, fortibus nitens pilis. Vltra Mœnum proximus mons, pulchram & loci natura munitam arcem, D. Virginis nuncupatam continet, eiusdemq; nominis templum, ab Hettano Francorum Duce constructum. Arx Episcopo sedem praebet. Cuius dignitas à S. Bonifacio Anglo primo Archiepiscopo Moguntino, praecipuo Germanorum Apostolo, auxilijs Pipini patris, ac Caroli magni filij, Galliae Regum, consensu item Zachariae pontificis instituta est, annum Christi circiter DCC. L. Episcopatus verò incorporarunt Ducatum Orientalis Francia: quo factum est, vt Herbipolensis Ecclesiae gubernatores, non tantum Ecclesiastico titulo Episcopi, sed seculari etiam, Duces Francorum (penes quos ius etiam cum vitæ, tum necis) semper sint ad hæc vsque tempora ab omnibus sacri Romani imperij statibus, ac ordinibus tum habitum appellati. Mirum, quod de B. Macario primo Scotorum apud Herbipolim Abbate, memoriae proditum est: Qui, cum à vino, pro Dei amore penitus abstineret, & die quadam in medio Magnatum sedens, ad mensam habere aquam non potuisset, signo sanctae crucis facto, supra vas vini magnificè & pretiosè caelatum, in mensa cunctis appositum, vinum in aquam mutauit, praesentibus multis summi templi canonicis. Ob cuius praclarissimi signi perpetuam memoriam, ad posteritatem transmittendam, Embricho Praesul de communi totius cleri consilio & assensu, in maiori Ecclesia Herbipolensi plenam & perpetuam praebendam Monachis Scotis dicti Monasterij, eorumq; successoribus in perpetuum tradidit, & assignauit, quam in praesentem vsque diem possident, Auctore Guilhelmo Exfengrein, Catalogo de Ecclesiasticis scriptoribus.


SEDVNVM.



SEDVNVM Valeriae Metropolis, Germanis Sitten, Gallis Siun, Vtraque enim lingua familia ris est ciuibus, vrbs est splendore aedium elegans, adiacet monti, qui in media planitie inter altissimos montes Vallem claudentes, sensim versus ortum cõfurgit, bifurcaturq; in duo petrosa fastigia seu eminentes colles. Qui dextram tenet, alluitur in subiecta valle Rhodano, vocaturque Valeria, quae olim fuit arx benè munita, nunc Cathedralis Ecclesia. A sinistra vero ciuitatis, & à residentia Episcopi, quae Meierem dicitur, est mons valde angustus, & ascensu difficilis, in cuius fastigio arx est amœna ac fortis, temperatum aërem habens. Quare illuc princeps cum familia sua se recipit, quando calores in inferiori castro inualescunt. Est ager Sedunorum per ciuitatis circuitum fertilissimus, abundans vino, frumento, croco, caseo, pomis, pecore, piscibus, alijsque vitæ necessarijs. Altissimi montes vicini, venatorem frequentissimè latum remittunt domum: Ferarum siquidem & auium permagna hic inuenitur copia. Mirificè etiam oppidum hoc Sedunense commendat, quod Amplissimum & Magnificum virum Matthæum Cardinalem Sedunensem ediderit, cui maxime gloriofum fuit Francisci Francorum Regis iudicium, Cum asseueraret, aliquanto plus sibi sumptus atq; periculi Sedunensis facundiae indomitam vim, quam tot legionum eius gentis cuspides attulisse.


M E N T S .

MOGVNTIA, Germaniæ Me-
tropolis, ad Rheni ripas Vrbs cele-
berrima, mercatorum frequentia,
clero, et Vniuersitate claret.




Cum Priuilegio.

WORTZBURG




HERBI-
POLIS. CÔ-
MVNITER
WIRTZBURG
ORIENTA-
LIS FRANCI-
Æ METRO-
POLIS.

SITTEN.



SEDVNAL, primaria & Metropo-
litica Valesiæ vrbs, Germanorum
& Gallorum frequentatione celebris.






COLONIA AGRIPPINA



COLONIA AGRIPPINA, potentissima, amplissimi que nominis Germaniæ ciuitas, ad citiores Rheni ripas sita, Vbiorum sedes fuit, qui grauius à pugnaci Sueuorum gente bellis & obsidione laceffiti, Romanorum implorantes auxiliū, à Iulio Cæsare in amicitiam S.P.R. recepti fuerunt. Cæs. lib. 4. Augusti verò tempore, ne multarum nationum, ac potissimum Sueuorum illac in Galliam incursiones facientium, iniurijs perpetuò forent obnoxij, in vltiorem ripam, Treuitorumq; partes, Vbiorum gens transgressa, nouum ibidem oppidū condere, atq; in eo, circumque illud habitare cœpit: Illas in fidem suam recipiente M. Agrippa, Augusti genero ac auo Agrippina, Germanici filia, quam C. Cæsar in coniugem adsumpsit, aucto cognomento Augusta: quæ, quò vim suam socijs quoque nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum veteranos, coloniamque deduci, à Claudio Cæs. impetrat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius, atq; eo tempore Colonia Agrippina, ciues verò Agrippinenses dici cœperunt. Tacit. & Suetonius. Romanorū deinde viribus sensim contritis ac debilitatis, Galli, ductore Childerico Rege, anno Domini 462. ijs omnibus profligatis & pulsis, Coloniam vi occuparunt, eamque ad Ottonis I. tempora, suis habitibus moderati fuere. At verò anno à C.N. 949. Otto Imp. Aug. Coloniam armorum strepitu Francis creptam, Romano imperio reddidit. A quo tempore in hodiernum vsque diem, libera Imperialis ciuitas extitit. Prima eius forma, quemadmodum & vrbis Romanæ, quadrata fuit, cuius iam adhuc muri, turres, ac fossæ, plerisque in locis videntur. Ac deinde, Anno Christi 1180. amplificata, multa cœnobia, templa atq; suburbia, quæ extra mœnia posita erant, ambitu suo cōprehendit, vt à primordio penitus mutata, semilunaris eius nunc facies appareat. Splendore & eleganti summa est, validissimis, & arcuatis cingitur muris, qui opportunas ad defensionem turres LXXXIII. in circuitu colligunt. Duplici fossa, vtrinque muro vestita, lata, atque præcipite, multarum arborum vmbra, & proceritate amœna cingitur, quæ iucundam obambulationem, meditationibus & studijs commoditatem, æstiuo tempore præbet. Intra mœnia, passim amœna conspiciuntur loca, quæ pomi, vineæ, aliæque fructifera arbores, venustè conuestiunt. Præclarissimis etiam magnificisque ædificijs, tam pietati, quàm priuatorum hominum necessitati paratis, pulcherrimè nitet. Ac primum quidem, vt à religione exordiar: Est maximum fanum, re ac nomine summum, ex lapide viuo, admirabili arte elaboratum, D. Petro dicatum, cui si extrema artificum esset addita manus, nullum omnino vniuersæ Germaniæ templum, elegantiæ & magnitudine non superaret, meritoque inter stupenda Europæ annumerandum veniret. Intus, multorum Principum, Episcoporū & Ducum ex cupro & alabaastro tymbis, atq; ad eò trium Magorū, Item Fœlicis, Naboris, & Gregorij corporibus, illustratur. Quid de perpolito ac nitido Machabeorum tēplo, de X I. millium virginum basilica referam: Quarum sacratissimo sanguine irrigata, imò verò sanctificata, historiarum documentis perhibetur Colonia, vt venerari eam magis, quàm commendare libeat. Reliquarum sacrarum ædium & Monasteriorum permagnus est numerus. Plebanica censentur templa XIX. Collegiata X. Virorum cœnobia XV. Virginum, quorum VIII. velatas habent, XXII. Monialium & vetularum conuētus LIX. Sacella XXX. Loca item alia misericordiæ & pietati consecrata plurima Colonia habet. Xenodochia II. Nosocomia, in quibus rerū necessariarum abundantia, summa pietatis officia egenis præstantur, II. Gerontrophia, VII. Brephotrophium I. Mentepriuatorum ergastulum I. Prætorix ædes hanc urbem mirificè ornant, quæ magna cum delectatione spectantium, præcelsam & rari operis turrem ostentant, ex quadratis & formatis ad regulam faxis, venustè erectam, quæ artificiosissimis statuarum signis, circumquaque decoratur, quorum suprema, summo tamen in loco posita infimorum proportioni tam aptè respondent, vt omnes eiusdem magnitudinis esse videantur: Speculares in apice habet fenestras, per quas visus in omnes ciuitatis partes panditur. Hoc anno hilarula & cōcinna meniana, singulari artificum industria fornicata, eximio mirificoque opere constructa, quæ XVI. columnis politè sectis, ambulacrum tecto clausum sustentat, magnis Reip. sumptibus, non parum ornatus prætorix domui accessit. Ex opposito facellum est, vbi quondam Iudæorum Synagoga fuit: Quod anno salutis 1426. D. Virgini nuncupatum, Hierosolyma dicitur. In quo tabula tanto artificio facta conspicitur, vt eam excellentes pictores, summa cum voluptate contueantur. Ab ea parte, qua solis exortum Curia spectat, Antiqui fori latus ambulacrum apertum ex candido lapide, cum artificioso horarum indice, exornat. Forum hoc præstantissimis ædificijs vndique cinctum, frequentissimo populi conuentu hebdomadatim ter nundinis frequentatur. Iuxta est forum fœnarium multò magnificentius, & ipsum pulcherrimarum ædium ordine decenter circumdatum, vrbis plateæ latæ, amplis directæ spatijs, magnis sunt strata lapidibus, & pulcherrimis ædificijs nitent. Præ cæteris autem egregiè culta est domus Nobilissimi viri D. Cōstantini Liskirchij, Amplissime huius Reipub. hoc tempore D. Consulis, cuius magnificentissima, & sumtuosa structura ædificatæ ædes, præcelsa turri conspicuæ, totum forum nouum venustè condecorant. Pari elegantiæ est domus Strenui ac clarissimi viri, D. Arnoldi à Siegen, armatæ militiæ Senioris ad Rheni flumen, Equitis aurati, atque Cæsareæ Maiestatis D. Consiliarij, cuius siue amplitudinem siue magnificentiam spectes, vel Imperatore, vel Regibus, Principibusque viris liberaliter excipiendis, peropportuna est, quibus & tecta frequenter suppeditauit.

Huius porrò vrbis politia florentem Reipub. Romanæ gubernationem apprimè refert. Etenim si Consulū, Proconsulum, Censorum, Tribunorum, vigilum, Quæstorum, Annonæ Præfectorum dignitatem consideres, si rectum, & inflexibilem iustitiæ baculum, fascium loco, vt vulgò existimatur, receptum: Si tribuum ordines, si ciuilem Senatorum authoritatem, si denique Capitolium instar Romani ædificatum obserues, quasi effigiem, & viuum quoddam simulachrum Romanæ vrbis, hanc Agrippinensem videbis Remp. vt nō immeritò, natiuo quodam iure, Romanorum dicatur. Præstantissima etiam antiquitatis monimēta, cum ipsa passim vrbe, tum apud doctissimum Virum D. Ioannem Helmannum LL. summum vetustatis admiratorem, inueniuntur. Est & hic optimarū quarumque disciplinarum Vniuersitas, anno à C.N. 1388. ab Amplissimo Senatu instituta, primarum facultatum,

Artium, alijsque insuper Collegijs, ad studiosorum subleuandam inopiam, ab optimis viris fundatis, ornatissima. Ex qua Louaniensis pari dignitate filia anno post C.N. 1426. prodijt. S. Maternus D. Petri discipulus primus Colonienfium fuit Apostolus.



AUGUSTA



Superior Sueuia, olim etiã Rhetia dicta, amplissimas ciuitates habet. Earum nobilissimæ sunt, Augusta Vindelica, & Constantia, quarum vna Noricum, altera autem Gallos, seu Heluetios adspectat. Illa verò Imperij Romani, vt hodie cultu & diuitijs clarissimum, ita origine quoque vetustissimum municipiũ existit. Quæ inter pisculentissimorum fluminum Vindæ & Lechi confluentiam sita, ex vetustissima Sueuorum gente, quæ à Iaphet descendisse, & hanc primùm inhabitasse prouinciam fertur, originem sumpsisse, constanti annalium testimonio perhibetur. Politiam quàm optimè constitutam habet, de qua Achilles Gassarus Medicus, hunc in modum: Ciuitas nostra, celeberrima habet omnis generis Panoplia, præcipuè æneorum tormentorum, quæ bombardas vocamus, aliquot domos elegantissima copia refertissimas, simul & publicas aliorum artificum, tum tabernas, tam officinas operosissimas, quibus non tam toti orbi vsitatissima, quàm mercatorum suorum nummosissimis monopolijs notissima, paucis retrò annis euasit. Adhæc, pauperum curam vnice gerit: Extant etiam præter Xenodochia, ægrorum ac orphanorum hospitalia, speciales adhuc ædes, quibus gratis vel peste infecti, suo fouentur tempore, vel Gallica hic laborante, curantur, vel denique leprosi seorsim adseruantur. Denique, ingenti eleemosyna, tum reliquos inopes passim liberalissimè leuat, tum studiosos pueros, non parum multos, ex his domi humanioribus literis emancipat, forisquæ stipendijs non pœnitendis alit. Quin vel soli Fugari penuria laborantibus, sed frugi municipibus, Anno 1519. supra centum habitationes, tãquam iustam ciuitatulam, de suo, apud Iacobinum suburbium fundarunt. Iam qua æquitate, clementia & prouidentia Magistratus, quàm politicè hic polleat, quæue prosperitate, industria, humanitate, & virtute reliqui ciues inter sese, aut cum alijs, tum in negotijs, vel apud Antipodes, ac vtrumque mundi polum gerundis, tum in educandorum liberorum honestissima liberalitate, tum deniq; in domesticæ suppellectilis nitore, ad insolentiam vsque certent, nemo facilè dixerit. Sunt enim plerumq; homines (imprimis bládæ fœmellæ) forma pulchri, vestitu splendidi, victu voluptuarij, congressu & verbis ceremoniosi, actionibus astuti, moribus exotici, & opulentia *φιλαυτοι* Ex quibus hodie sedula opere, & quæstu officiosissima, sorte sua contenta existit. Mercatores verò aliquot & Patricij, magno numero natalibus sunt restituti: multi Baronum nobilitate eminent, nonnulli etiam Comitum prærogatiuis gaudent, sed & integrum regnum, quidam apud Indos possidēt; adeò, vt in vniuersum S.P.Q. Auspurgensis instar Alabandæ fortunatissimi (vt Prouerbio habetur) censerit planè debeant, possintquæ. Quibus redditibus verò auriq; & argenti diuitijs, ærarium ciuitatis locupletatum sit, vel inde conijciat argutus Lector, quòd Senatus, exceptis annuis fabricarum (vt sic loquar) publicarum conducti famulicij, certorum officiorum, adeoquæ belli maximi, infinitis impensis, pro sola obtinenda pace, supra trecenta millia aureorum Rhenensium, citra priuatas ciuium contributiones, proximis exposuerit, prompta pecunia, Comitijs. Vt autem, tanquam condito lustro, etiam ciuium capita, curiosiùs aliquis, ceu per transennam obiter queat æstimare & colligere, sciendum pro certo, quòd anno 1549. mille septingenti, quinque infantes, Baptismo adhibiti, ac communibus Cœmiterijs, mille ducenta viginti septem humana cadauera, nulla Epidemia grassante, sepulta Auspurgi fuerint. Porrò, etsi multos præclarissimos viros, qui rei literariæ ornamento fuerunt, Augusta protulerit, plurimum tamen, eo potissimum nomine, laudis meretur, quòd Conradum Peutingerum, Iuris peritissimum. S. Cæsareæ M. à consilijs, eruditorum turbæ ediderit, cui non modò patria, sed & vniuersa Germania, tanquam occupatæ regionis adfertori, plurimum debet, quòd peculiari libello, Argentoratum, Nemetes, Vangiones, Moguntiacum, Agrippinenses, & pleraque loca alia citra Rhenum, Germaniæ, non Galliæ adscribenda, conuicit.

TA IVXTA
AVGVS
FIGVRAM QVAM HIS
CE TEMPORIBVS
HABET DELINE



1 Rot thor	21 S. Vrsula Klost.	45 Der Fuggler ba.	75 Spittelhof.	106 Wüschengrab.
2 Geyßinger th.	22 S. Katharina Klo.	46 D. d. d. d. d. d.	76 Am Esor.	107 Lang gäß.
3 Einliß.	23 S. Anna Klost.	47 Eichen baust.	77 Riezen marcke.	108 Rißberggäßlin.
4 Klencker th.	24 S. Stephans Kl.	48 Kornschwand.	78 Weingäß.	109 Rautz gäßlin.
5 Gündelbrunn.	25 Partholus Klost.	49 Stat. Canteluy.	79 Zwerzgäß.	110 Steffans platz.
6 Wertachbruck.	26 Hainl. Klost.	50 Burger Stuben.	80 Kuchengäß.	111 Pulvergäß.
7 Fißler th.	27 S. Iorgen Klost.	51 Kayllens Stub.	81 Beckergäß.	112 Gendhubel.
8 Luginsland.	28 S. Otmar kirch.	52 Raitbaust.	82 Schifra gäß.	113 Lauterlech.
9 Steffinger th.	29 S. Veit kirch.	53 Die Alzeu.	83 Am Schwal.	114 Hain gäßlin.
10 Ollater th.	30 S. Iobann kirch.	54 Pfriendbaust.	84 Alshaus gäß.	115 S. Jac. gart.
11 Jacober thor.	31 S. Gilgen kirch.	55 Schlachthaus.	85 Schonwaggäß.	116 Rosen gäßlin.
12 Vogel thor.	32 Viftr. frauen Kl.	56 Karzenstradl.	86 Fündelbaust.	117 Rappertgäß.
13 Schwebinger th.	33 Jacober kirch.	57 Ob dem Creutz.	87 Am Iudenberg.	118 Preißbruck.
14 St. Grütz th.	34 Das spital.	58 Zugbaust.	88 Berleberg.	119 Rosenroße.
15 Unser frum th.	35 S. Petrus kirch.	59 Juden kirchhof.	89 Straingäß.	120 Ober newgang.
16 Partholus th.	36 Stern Klost.	60 Kornbaust.	90 Opfmarck.	121 Mittel gang.
17 S. Vrichts Klost.	37 Rausamerhof.	61 Kalk huy.	91 S. Iobann gäß.	122 Viftr. gang.
18 Prediger Klost.	38 Salze stadel.	62 Blacbaust.	92 Schmidgäß.	123 Sachßen gäß.
19 S. Moritz kir.	39 Wein stadel.	63 Die Fuggereij.	93 Fronhuy.	124 Meisinger gäß.
20 H. Grab.	40 Sigelhaust.	64 Zur sackgäßlin.	94 Die Palz.	125 Mauerberg.

Augustus tam Vindelicor. celebratissimam, et peractissimam. Superioris Germaniae urbem, post finitissimam, varianam cladem, subactis hinc dalmis, Octavianus Augustus impugnat, restaurat, auget. Quod tribus Romani milibus habitulum tradidit. Strabo lib. 4. dicitur Augustus esse nomen sortita. Viginti, tunc eam inuadit, quibus ab Otone I. graui prelio fuit. Romano imperio, res fuit. tur. Sumptuosissimis aedificijs, plateis amplis, ac nitidis, moentibus, aegeribus, munificissimis, celeberrimis negotiorum commercijs, polystis usque, incolis opulentissimis, ditigunt pauperum cum. Episcopatu. De nobilitate.



MONACVM.



MONACVM. Germanicæ *München* / Ptolomæo, Abadiacum: Vrbs est præclarissima Bauariæ, & totius Germaniæ nitidissima, ab Atterno condita, ab Henrico quarto ampliata est, iuxta Iſarum fluuium (qui non procul à Pletlingio Iſtro associatur) ſita, reducta inde per Erneſtum. Sunt tamen, qui primitus ſalutis anno M. C. LXXV. muro hanc urbem inueſtitam fuiſſe, ab Ottone Duce Bauariæ, ſcribant. Habet ſitum amœnum, & arcem in plano ornatiffimam, vbi Principes Bauariæ noſtro æuo reſidere ſolent, vbi etiam continuò nutriuntur leones, ſolentque leonæ ibi parere catulos. Hæc partim ex Irenico, partim ex Munſtero. Vide Baioariæ hiftoriam Ioannis Auentini.

INGOLSTADIVM.



INGOLSTADIVM, initio Oppidum fuit haud magnum, forma ferè in oblongum quadrata, nimirum ijs limitibus circumſcriptum, quos hodie quoque turres vetulæ tres; Campanaria, in D. Virginis cœmiterio, Strigilaria, male factorum cuſtodia addicta, & Iudea, vti vulgo nuncupantur. Item arx antiqua euidenter demonſtrat. Anno ſalutis M. CCC. XII. prolatis primum pomœrijs, in duplum ferè ampliatus fuit, figura ferè ovali inducta, niſi, qua à meridie, angulus vnus, & alter incurrit. Inde verò, cùm ſedem & domicilium in eo Oppido haberet Illuſtriſſimus Princeps, Ludouicus, cognomento Barbatus, Bauariæ Dux, & Comes Mortanij, opus iſtud ampliati mœniorum circuli, tandem ipſius dominatu abſolutum eſt. Anno ſalutis M. CCCC. XX. Idem anno poſt, quinto, die Maij 8. primum lapidem D. Virginis templo, vt noua eſſet Parochia, extruendo ipſe coll ocauit, donarijsque illud præcioſiſſimis, hodie quoque extantib; locupletauit. Anno M. CCCC. LXXI. Ludouicus Dux Bauariæ, Comes Palatinus Rheni, Princeps ſuo ſæculo, belli, pacisque artibus longè clariffimus, Magnique nomen, non magis corporis proceritate, quàm ingentibus geſtis rebus promeritus, idem oppidum, fundato liberaliter Gymnaſio publico omnium diſciplinarum ſtudijs exornauit, ædem quoque D. Virginis Canonico- rum collegio aucturus, niſi ei operi, iam penè conſummato mors ipſum eripuiſſet. Arcem nouã à parte Orientali huius filius Georgius Princeps opulentiffimus, incredibili impenſa adiecit, domicilium, ob multas inſignes commoditates, amœnitatesque, quouis proſecto, Monarcha dignum. Huius quoque ætate, riuulus, è Danubij proximiorie alueo, diſtante ab oppido paulum vltra paſſus mille, qui & maior erat, ad mœnia deſluens, paulatim ita ampliatus eſt, ob euidentes oppidanorum vtilitates, vt iam annis plurimis, hic tertius fluminis alueus, ſit omniũ maximus, ſoluſque nauigabilis. Demùm verò Illuſtriſſimus Princeps V Vilhelmus, vtriuſque Bauariæ Dux, & Comes Palatinus Rheni, Anno ſalutis M. D. XXXVIII. idem oppidum ea munitione circumuallere cœpit, ac maxima iam ex parte, ſumptu incredibili, opus perfecit, cuius ſimilem rerum periti, in Europa extare, non putant. Oppidi ſitus, vnde- quaque in plano eſt, præterquam, quod Danubium verſus, à meditullio aliquantum in decliue vergit. Regio item adiacens vniuerſa, planitiem habet, niſi, quòd in Septentrionem, quacun- que abeunt, emenſo ferè miliari Germanico vno, collis non excelfus, ad Sylueſtria ſubeundus eſt, riuo, ſeu foſſa verius, eadem ex parte benè profunda, & limoſa, aqua voragiñoſa, ad millia paſſuum duo ab oppido intercurrente.

FRISINGA, OLIM FRVXINVM.



FRISINGA, ciuitas Episcopalis Bauariæ, vt Aeneas ait, condita putatur eo tempore, quando Romani per præfectos, & prouinciarum Præſides tenebant & adminiſtrabant eam Bauariæ regionem, quæ à Danubij ripa tranſcurrit ad Alpes. Siquidem habet locus iſte elegantem & amœnum in colle ſitum, etiamſi vicinus ager, iuxta terræ illius ingenium, aſper ſit. Præterfluit Moſacus amnis, qui haud procul hinc Iſeræ fluuio miſcetur. Scribit Beatus Rhenanus in Bibliotheca D. Corbiniani, ſe reperiſſe librũ inſignem Euangeliorum Francicè, hoc eſt, Germanicè ſcriptum, ex eo- que collegit, veteres Francos, qui tranſito Rheno, nobile in Germania regnum conſtituerunt, Germanica vſos fuiſſe lingua.

NORDLINGA.



NORDLINGA Antiqua Imperialis ciuitas, in medio ferè Rhetiæ interioris ſita putatur, nomen ſortita à Claudio Tiberio Nerone, cùm incolæ eam tertio ſermone Nereling appellent, & annales Nerobergentiſis hiftoriæ idem confirmant. A Ptolomæo, Aræ Flauianæ vocatur. Eius mœnia primum in monte ad S. Emeranum locatæ fuerunt ac temporum ſucceſſu ob aquarum penuriam & Vulcani ſæuitiam, à colonis ad ripam Egræ amnis translata ſunt, qui ciuitatem ferè mediam interſecat. Habet maior domorum pars in hoc ſitu, ſuos proprios, & ſalubres fontes, cellas varias, atque alias multas commoditates, quas in monte habere non potuit, &c. Urbem hanc copioſe deſcribit V Volfgangus Vogelmannus apud Munſterum.

STRAVBINGA.




STRAVBINGA, Bauariæ oppidum, conditum eſt à Ludouico Duce Bauariæ, Lodouici Imperatoris nepote, aut patre, anno Chriſti M. CC. VIII. vti Bauariæ teſtantur annales: Danubij vicinitate illuſtratur, Auguſta Acilia Auentino. Quanquam idem alio in loco dicat, eſſe extra Straubingam eam, quæ nunc Azalburg vocatur.

RATISPONA.



RATISPONA, quæ Reginoburgum alijs, Inſignis & vetuſta Bauariæ vrbs, ad ripas Danubij ſita, iacet in commodiſſimo loco, vbi quatuor concurrunt flumina. Suprà enim urbem Labar & Nab, ingrediuntur Danubium, & infrà, amnis Regen. Auguſtam Tiberiam à primo conditore hanc Auentinus nominat. Quondam metropolis Romanorum militum excubantium in Imperij limitibus, vnde & Colonia Quartanorum dicebatur, quòd quarta legio Italica hic ſtationem firmam haberet. Quam Theodo. Dux Nortgoiæ vnà cum Chriſtianis, expugnata Ratiſpona, anno ſalutis 508. diſſipauit & perdidit. Deinde verò Arnolphus Imp. reſtauratã adauxit. Firmiſſimo ponte lapideo plurimorum arcuum, ciuitas hæc cum ſuburbio iungitur. Vide Munſterum & argentinẽſium Chronica, quæ ſeptem appellationes diuerſas huius vrbs recenſent. Anno partæ ſalutis 1576. Iulio, Auguſto, Septembri Ratiſponæ celebrantur comitia, Ex quibus Maximilianus Imperator optimus Menſe Octobri die 12. Mane circa ſecundum & tertiam, ad æternas beatorum ſedes commigrauit.

MONACVM, NOMINATIS-
SIMA BAVARIAE CIVITAS.




INGOLSTADIVM



FRISINGENSIS Episcopalis ciuitatis: icon.



NORDLINGA Cuius imperialis sua in
Rhetia inferiori transdanubiana, vulgo,
Ries dit fa.



RATISPONA antiquissima Bauariae
vrbs, Danubij ripis adiacet.



STRAVBINGA oppidum Bauariae.



VIENNA



VIENNA, Australium ciuitatum, regionisque Metropolis, ad flumēn Danubium sita, qui medius Austriam secans, sexaginta annibus ferè nauigabilibus actus, in pontum vastis sex fluminibus euoluitur, memorabiles & maximi nominis vrbes alluit, quarum omnium opulentissima, ac vetustissima Vienna, cuius appellationem alij ab antiquo eius nomine Flauiana, alij à paruo flumine, quod inter ciuitatis suburbia labitur, deducunt: Olim etiam Iuliobona & Vindobona vocata. Vrbs hoc tempore clarissima, inexpugnabili murorum ambitu, præaltis fossis, aggere, & vallo cingitur: Mœnia deinde spissa & sublimia, frequentes turres, & propugnacula ad bellū opportuna habent, vt sola Vienna, vnicum sit Christianorum contra Turcarum furorem propugnaculum & munimentum. Hæc autem mœnia, ex ea pecunia sunt ædificata, quam Richardus Angliæ Rex, ab Austriæ Duce captus, in sui redemptionem persoluit, afferente Cuspiniano in vita Henrici Sexti. Suburbia maxima sunt, & ambitiosa, ædes ciuium amplæ, area, & picturis ornata, structura solida & firma, altæ domorum facies, magnificæq; visuntur. Tempia Deo, sanctisq; dicata, & ampla & splendida secto lapide constructa, perlucida sunt, & columnarum ordinibus admiranda, quorum principem obtinet locum nobile S. Stephani fanum. Cellæ Vinariæ ad eò profundæ sunt & spatiosæ, vt sub terra non minùs, quàm supra terram ædificiorum apud Viennam esse fertur. Platearum solum stratum lapide duro, vt neque plaustrorum rotis facillè conteratur. Annonæ, & potissimum vini, incredibilis copia, ad eò quidem vt ducentos & mille equos quadraginta dierum vindemia exerceat. Omnium facultatum Vniuersitate, in quâ honorum & Poeseos conferuntur insignia, nobilitatur: quam Fredericus II. Imp. Aug. Anno salutis M. CC. XXX. VII. ex Romana & Parisiensi instituit. Anno Domini M. D. XXIX. Solymanus, ferox Christianorum hostis, confertissimo exercitu hanc urbem adortus, immani sæuitia eam obsedit, & muralibus labefactatam tormentis, quater cum maxima suorum strage oppugnauit. Attandem XXIII. obsidionis die, spe potiundæ vrbis reiecta, exercitum suum abduxit.


BUDA



BUDA omnium, quos Europa habet, fluuiorum maximus, mediam Hungariam interfluit, eamque in partes, nempe in Citeriorem, & Vltiorem scindit. Citerioris Hungariæ caput est BUDA, Regni auita sedes, sic denominata, vt plerique existimant, à Buda conditore fratre Attilæ regis, vel, vt alij scribunt, à Budinis Scythiæ populis. In hac vrbe, Sigismundus Rex superbissima statuit ædificia, ex ædificauit quoque in arce Palatium, multum Romanæ referens antiquitatis: muro arcem obduxit, ambulacrisq; amœnissimis exornauit, in media ferè arce, turrim amplissimam fundauit ex quadrato lapide, sed morte præuentus, initum opus non absoluit. Ex altera Danubij ripa, in Pestana ciuitate, quæ è conspectu est, molem posuit, in arcis obiectæ speciem, vt hinc supra Danubium perpetuo ponte arcem vtramque coniungeret. Verùm mors inuidam superbi operis initium interceptit. Quod si facere potuisset, Traiani pontem, quem in superioris Myfiæ ripa quondam ille fecerat, proculdubio superasset. Porrò, Pestum, 30. millibus passuum à Vatia, in eadem ripa, atq; in Budæ nouæ conspectu situm, à Pestanis fortasse militibus, vigente quondam Imperio Romano, ædificatum est. Hæc Munsterus: Si vrbs situm inspicias, ex parte montosa, & validis est propugnaculis firma, vt nec quicquam munitius, nec amœnius, in tota ferè Hungaria inueniri possit. Publicis, priuatisque ædificijs ornatissimis, præ cæteris in ea regione vrbibus, clarissima. Agrum habet variorum fructuum vbertate luxuriantem. Nunc verò, non sine maximo Christianorum detrimento, à Turcis Buda tene-
tur, qui eam Anno Domini M. D. XXIX.
inuasert.




VIENNA AVSTRIÆ METROPOLIS, VRBS TOTO ORBE NOTISSIMA CELEBRATISSIMAQ, VNICVM HODIE IN ORIENTE CONTRA SÆVISSIMVM TVRCAM INVICTVM PROPVGNAVIVM.



BVDA, vulgò Ofen, prima & regia Vngarici regni ciuitas, ad Danubium sita: Quam Ptolemæus Curtam, vel, vt alijs persuasum est, Salmum nominat. Fran: Ire:





MEDIOLANVM.



MEDIOLANVM, potentissima ciuitas, vniuersæ Galliaë Cisalpinæ Metropolis, à quo condita, & vnde sit eius appellatio ducta, variè ab historiographis proditum est. Originem eius Gallis Liuius tribuit: nonnulli, & quidem veriùs, ante Gallorum in Italiam aduentum, Bellouesum ex vico eximiæ dignitatis, finitimam Alpibus ciuitatem, Mediolanum ædificasse, eumq; Regis sibi nomen sumpsisse, tradunt. Quidam Mediolanum dictum putauere, quòd inter duos amnes, i. si Lames vocat, vrbs posita sit, Arduam, scilicet, & Ticinum. Alij, ab animali media parte lanato, in ipsis fundamentis inuento.

Cato, priùs Olanam, ait dictam, à Thuscorum duce: dein ab Insubrium Principe, Medo, adactã nomen accepisse, Mediolani. Aliter Alciatus in Emblematis, aliter alij scribunt. Vrbs est Mediolanum opportuno admodum situ, quo præter agri ipsius vberimas fruges, è Gallia Cisalpina, necessaria quæuis comportari possunt. Hinc quàm plurimos Imperatores, contra Gallos atque Germanos bellandi oportunitate ductos, hic confedissee, legimus. Sæpius etenim Mediolani Cæsar constitit, frequenter Nerua. Nam valde Traiano placuit locus, vt Regiam hic ædificãrit, quod nũc palatium dicitur. Habitauit hic etiam Adrianus. Item Maximianus Herculeus, qui mœnibus hãc urbem ornavit, murum secundum adiecit, eamq; amplificauit, & ædem Herculi in ea posuit, quæ nunc D. Laurentio Martyri, est dicata. Iuxta quam columnis XVI. marmoreis domum sumptuosissimam Imperatorum vsui ædificauit, quam incendio perijsse scribit Meruea, vt solæ columnæ sint relictae. Philippus etiam Imperator Christianus, hac in vrbe refedit, & post eum Constantius, Constantinusq;. Item Iouinianus, Valens, Valentinianus, & Theodosius. Mediolanum amplissimum complectitur spatium, adeò quidem, vt maximis totius Europæ ciuitatibus annumeretur. Eius suburbia, latæ aquarum fossæ cingunt, per quas vndiq; nauigijs, maxima annonæ copia defertur. Tam multa sunt hïc, tamq; diuersa artificum genera, vt inde vulgi sit natum prouerbium: Qui Italiam reficere totam velit, eum destruere Mediolanum debere, nimirum, quòd ex his sedibus, artificum examina, per omnes Italiaë partes, spargantur. Quin etiam liberales disciplinae hïc cultæ fuerunt. Vergilius siquidem, Mediolani literis operam dedit. Summam huius Reip. potentiam arguit, quòd post frequentissimas hostium direptiones, quibus vniuersa diruta, soloq; equata fuit, in tam vastam magnitudinẽ rursus excreuerit. Varia, & funusta eius excidia. Gibellinorum etiam, & Guelphorum exitiabiles vniuersæ Italiaë factiones, Mediolani Anno Domini M. CCC. X. natas, Munsterus in Cosmographia sua, recenset. Habet vrbs ædificia mirè splendida, atque magnifica, præcipuè verò, ædem peraugustam, quam Domum vocant immenso sumptu, ac tam admirabili arte factam, vt paucis omnino orbis terrarum templis conferri possit, siue magnitudinem & artificium, siue precia marmorum ac ornamentorum spectes. Etenim, non solum vndique foris intusq; crustis niuei marmoris intecta nitet, verum etiam mirabilibus ex marmore statutis, arte summa elaboratis, est exornata. Sunt & nobilia fana permulta, inter quæ Gratiarum ædes. Cœnobiũ huic fano insigne cohæret Prædicatorum, cum præclara Bibliotheca, celeberrimis Italiaë totius addenda: Priuatorum etiam in vrbe domus, amplissimæ permultæ conspiciuntur. Est & arx Portæ Iouiæ munitissima, inexpugnabile ac præcipuum totius Europæ propugnaculum, quod vlla profectò vi capi nunquam potuit, quanquam per annonæ, rerumq; necessariorum inopiam, id aliquando contigerit, vt in Ephemeridibus Latinis, Leander demonstrat. Insuper, est curia vetus, vbi modicum D. Gothardi fanum, nobilibus aliquot Vicecomitum sepulchris decoratum. Italiaë Reges, tum etiam Imperatores Augusti, Imperij solennia, coronam ferream, ab huius vrbis præsulibus sumere solent, idq; ex constitutione Theodorici Ostrogothorum Regis. Alexander Quintus eius nominis Pontifex summus, Barnabam D. Pauli condiscipulum, primũ fuisse Mediolanensis Ecclesiæ Antistitem scribit. Cui interpositis alijs pijs, doctisq; viris, D. Ambrosius successerit, clarissimum Ecclesiæ lumen, qui D. Augustinum celeberrimum illum Doctorem Theologum Mediolani ad fidem Christi cõuertit, & deinde anno post N. C. Trecentesimo nonagesimo tertio, ex eadem hac ciuitate, ad æternam beatorum patriam emigravit.

MEDIOLANVM



And. All. Des armes
de ceste Ville
de Milan

L'enfant naist d'un Serpent par la bouche
De son clair Sang les nobles armes touche,
Nous auons veu d'Isidore Monarque
Pour s'annobler, monnoye à belle marque
Quand fils d'Ammon sous forme Serpentine
Se dief auenir par Semence diuine
On dief Serpens par bouche Serpenter
Née est Pallas du cerueau de Jupiter



MEDIOLANVM Metropolis Insuëtrum, vulgo Mila-
no, vrbis potentis & dignitatis eximia, que ob præstante
loxi commoditate, Imperatorum Romanorum sedes plerumq;
fuit, qui superbissimis eam ædificijs decorarunt. Circa quam
nobilit regio tum cæli temperie, tum soli fertilitate, et afflu-
enti rerum copia, vnde ciuitas suo abundans populo, et pro-
pris nitens viribus, semper gentis fuit caput, et quotiens
euersa, post ædulum restituta, obertate agri, et propin-
quitate Alpium, ex quibus hominum copia affluit. Inge-
ti incremento res Mediolanensis tempore Gratiani Cesaris
aucta erat. Nã quingentes et amplius annos, neq; ab ægero hos-
te, nec inter fimo bello s'imbres viciari fuere. Durauit illa foe-
licitas vsq; ad D. Ambrosij t'pora, quib; Arriana heresis,
maximis calamitatib; hanc vrbem affecit. Deinde Atrila in tra-
lã migræst. Mediolanum diruit, Instauratã, aliquot t'e-
pore quicuit. Max à Longobardis maxime agitatur moles-
tiss, Quib; à Carolo Magno domatis, anns trecentos et sexagita flor-
u. Deinde vero Fridericus Barbarossa Mediolanum solo equauit.
Cuius inuolũ tunc Parmensiu et Placentinor, ope, tanto ani-
mo, ardore patriã restaurarũt, vt multo quam ante diuor,
potetior, frequentiorq; exierit. Quod sane maxime huius
vrbis potentia arguit, quod post tam frequetes hostiu di-
reptiones, in tantã magnitudinem rursus excreuerit.

CVM PRIVILEGIO

V E N E T I A



E primis Venetiarum initijs, diuerſa Historiographi tradunt, Sabellico Leander ſubſcribit, prima huius inclytæ vrbiſ initia, in annum à C. N. CCCC. XXI. incidere, quo tempore fama iam erat ſparſa, tranſgreſſuros Danubium Hunnos, Italię inuadendæ cauſa. Itaque Aquileienſes, & Patauini, ferociſſimi hoſtis terrore, & ob vrbiſ ſuarum interitum, Adriatici Maris inſulas fuga occuparunt, & initio in Riuum altum ſe recipientes, prima Venetiarum vrbiſ fundamenta iecere.

Sitæ ſunt in intimo ſinus Adriatici reſſu, inſulas ferè LX. (adiectis tandem alijs duodenis) paruo inter ſe ſpatio diſiunctas, intercurrentibus euripis, continent. Quas à vehementiori Maris impetu, agger tenuis, littus vocant, artificio prouidæ naturæ, prætentus, tuctur: Is curuus, inſtar arcus, & oſtijs quinis interruptus, quæ ſingula, modicum portum efficiunt, nauigijs & aquis Marinis, aditum in æſtuaria præbent. Opportuna habet flumina, quibus res omnes, cum ad hominum uſum, neceſſitatemque, tum ad delicias ac voluptates vtiles, inuehuntur, vt (quod dictu mirabile) in qua vrbe nihil ferme gignitur, in ea omnium maxima & incredibilis exuberet copia. Quare non immeritò à Iſoſone, L. Si inſula m. ff. de verb. Oblig. paradysus deliciarum appellatur. Quid de piſcium abundantia, de ædificiorum ſplendore, de ſacratiffimarum ædium ornamentis, de venerandorum Patrum prudentia, referam? non immeritò ingenuè fatentur omnes, tam potentem, tam nobile, tam illuſtrè, tam opulentam Rempublicam, Deorum immortalium nutu fundatam, eorumque prouidentia, in hodiernum uſque diem moderatam eſſe. Quæ quidem, ad tantum maritimæ fortunæ culmen, euecta fuit, vt Domina ac Regina Maris, ab omnib. ſemper habita, & ab Illuſtriſſimo Ioãne Auſtriaco Cæſaris Caroli V. ſummi omnium imperatoris filio, ac Philippi Catholici, ac maximi Regis fratre, ſit ſalutata eo tempore, quo anno ſuperiore 1572. Die 7. Octob. Auguſtini Barbarij Patritij Veneti, prudentiſſimis inſtructus conſilijs, innumerabilem Turcarum exercitum fudit, vniuerſam ferè claſſem cœpit, ac tandem de immaniſſimo, ac ſcædifrago hoſte, in Epiro, ad Echinadas triumphauit. Innumera hîc mortalium, varijs ex orbis partibus, corporum vario cultu, multitudo negotiatur. Ciuitas tota triplici ordine populi conſtat. Patritij ſunt, Ciues, & plebs artificum. Imperij ac Reipub. auctoritas apud Patritios conſiſtit, qui cum ipſam vrbem, tum ciuitates oppidaque ditionis Venetæ, moderantur. Vrbs in regiones eſt diuiſa ſenas, proinde ſextaria vocant. Plebanicas congregationes habet 72. Cœnobia 41. quorum decem & ſeptem conuentus monachorû ſunt, quatuor & 20. virginum. Fora habet coniuncta tria. In capite, quod littus ſpectat, columnæ peringentes binæ cernuntur, quarum vna D. Marci, leoninum alatum ſignum, Altera, D. Theodori ſtatuum ſuſtinet. In ipſo intercolumnio, ſupplicia de condemnatis ſumuntur. Exornatur forum ſumptuoſiſſimo, ac mirabili templo, D. Marci, è nobiliſſimo precioſiſſimoque marmore, non minore artificio quàm ſumptu conſtructum, cuius magnificentia, maximi & ſtupendi precij theſaurus, hoc loci propter anguſtiam explicari non poteſt. Integro D. Marci corpore exornatur. Vicos riui diuidunt, at tranſitus vbique pontibus coniungitur, vel ligneis, vel lapideis, quorum in vniuerſum, tam publici, quàm priuati, CCCC. cenſentur. Nauicularum numerus, quibus ciuitas peragatur, 8. millium amplius eſſe putatur. Eſt etiam intra vrbiſ ambitum nauale, locus mœnibus vndique validis munitus, & cum opportunis, ad cuſtodiam turribus, quem Arſenale nominant. In quo perpetuò CCCC. occupantur homines, triremibus, iſſque rebus, quæ ad nauigationem requiruntur, conficiendis intenti, quorum ſtipendia M. CC. in hebdomadam aureorum nummûm ſunt. In ipſo nauali, nauium longarum, quę in pontibus, ad omnem occaſionem paratæ perpetuo ſunt, numerus, ad CC. eſt, præter alia nauigia minora, vnde vires, opesque, & amplitudo rei Venetæ, quæ profectò nunc

Italici nominis gloria, decusque ſola eſt, facile poſſunt intelligi. Præpotentem hanc vrbem cuſque ditiones ac regna, Centuriones, atque Tribuni, ad annum Chriſti Septingentiſimum gubernarunt, deinde Ducis auctoritate adminiſtrari cœpit. Qui tam ſubtili ſortitione eligitur, nullus vt ambitioſus, vanæque gloriae cupidus, in tantam ſe dignitatem intrudere queat.



NOME DEI RII PRINCIPALI

I Rio della Tronca	xxviii Dal albore
II Dei Saloni	xxix Rio menalo
III Del Spirito santo	xxx De palaez
IV De san Vio	xxxi Dei schiaoni
V De san Tomaso	xxxii Della pietra
VI De san Basilio	xxxiii Del ospedal
VII De santa maria maggiore	xxxiiii De castello
VIII Della croce	xxxv De santo sepe
IX Rio marin	TVTTTELE CONTRA DE OVKRO
X De san giovanne decola	Canalic di Venetia
XI Della pirogola	1 S. Piero da castella patravina
XII Dalle doi torre	2 S. Biagio preti
XIII De san costan	3 S. Marcin preti et amco ospedale
XIV Della beccaria	4 S. Giovanni in brigola preti
XV De san filippo	5 S. Antonio preti
XVI Della madonna	6 S. Severo preti in adition delle monache di san luovo
XVII De san polo	7 S. Prorato preti in adition delle monache di san zaccaria
XVIII Della ruffa	8 S. Trinita preti
XIX Da cha fochari	9 S. Giovanni novo preti
XX De san marola	10 S. Antonio off. in adition del p. sig.
XXI De san felice	11 S. Basilio preti
XXII De san apollonia	12 S. Giuliano preti et esula marcoria
XXIII De san sebastiano	13 S. Maria formosa preti
XXIV De san saluador	14 S. Lio preti

15 S. Maria preti	36 S. Samuele pti qui e un traghetto
16 S. Maria noua preti	37 S. Caetan done e straghetto di mar. p.
17 S. Cantian done e straghetto di mar. p.	38 S. Giovanni de rialto pti
18 S. Gio. grifonno preti	39 S. Matia de rialto preti
19 S. Apoll. pti qui e un traghetto de rialto	40 S. Cassan preti
20 S. Sopha pti qui e un traghetto de rialto	41 S. Siluestro preti qui e un traghetto de rialto
21 S. Pietro pti qui e un traghetto de rialto	42 S. S. Spirito preti
22 S. Felice pti qui e un traghetto de rialto	43 S. S. Spirito preti
23 S. Maria madalena preti qui e un traghetto de rialto	44 S. Stai preti
24 S. Marcolone preti qui e un traghetto de rialto	45 S. Giacomo dall'oro pti
25 S. Leonardo preti	46 S. Giovanni de rialto preti
26 S. Mercurio preti qui e un traghetto de rialto	47 S. Anzolo pti
27 S. Michele pti qui e un traghetto de rialto	48 S. Polo preti
28 S. Paterniano preti	49 S. Paolo preti
29 S. Luca preti	50 S. Girolamo preti
30 S. Brunin preti	51 S. Simcon grande preti
31 S. Benedetto preti qui e un traghetto de rialto	52 S. Steu preti
32 S. Anzolo pti	53 S. Simon piccolo preti
33 S. Maria giulienzo pti qui e un traghetto de rialto	54 S. Pantalon pti done sta il castello
34 S. Maurizio preti	55 S. Andrea loredan il qual e un traghetto de rialto
35 S. Vitale pti qui e un traghetto de rialto	56 S. Andrea loredan il qual e un traghetto de rialto




57 S. Raphael pti don e il trag. di laziosina	79 La madona de l'arsenale
58 S. Nicolò preti	80 La ca de dio
59 S. Spirito pti qui e il trag. che fura alla giudeca	81 S. Sepulcro monache
60 S. Tomaso pti qui e un traghetto de rialto	82 La piazza
61 S. Basilio preti	83 La chiesa monache
62 S. Agnese preti	84 S. Francesco della nigra frati
63 S. Vito preti	85 S. Giovanni de furiani prionato
64 S. Saluador frati qui e la sola granola	86 S. Giorgio di greci preti greci
65 S. Borolomio preti	87 S. Lorenzo monache
66 S. Gregoria preti	88 S. Zaccaria monache
67 S. Marcoliano preti	89 S. Gioane polo frati
68 S. Lucia monache	90 S. Gioane polo frati
69 S. Croce monache	91 S. Gio. lateran monache
70 S. Fumia	92 L' ospedal di san giovane polo
71 Anna monache	93 Madonna di miracoli monache
72 Leuogio monache	94 S. Cristoforo frati
73 Dominio frati	95 S. Caterina monache
74 Bartolamio ospedale	96 S. Maria della valverde deca la misericordia sua grade et prionato
75 Ieso monache	97 S. Maria del orto frati
76 Ieso monache	98 S. Anzolo monache
77 Iesu Christo ospedale	99 S. Iseri frati
78 Antonio frati	100 S. Hieronimo monache
	101 S. Iob frati
	102 S. corpus domini monache

DELLE COSE PIU' NOTABILI

103 S. Andrea da lio frati certofini	117 Il canopol di san marco
104 S. Andrea da lio frati certofini	118 La percuraria noua de san marco
105 S. Andrea da lio frati certofini	119 La casa
106 S. Andrea da lio frati certofini	120 La peschiera di san marco
107 S. Andrea da lio frati certofini	121 Il fongeo di todofio
108 S. Andrea da lio frati certofini	122 Li magazzini del sale
109 S. Andrea da lio frati certofini	123 La donna da mare
110 S. Andrea da lio frati certofini	124 S. Ghezo dove stano li bebbri
111 S. Andrea da lio frati certofini	125 Le cafe da ca moro
112 S. Andrea da lio frati certofini	126 Borragio done sifer canan libbar dieri
113 S. Andrea da lio frati certofini	127 S. Maria della valverde deca la misericordia sua grade et prionato
114 S. Andrea da lio frati certofini	128 Il ponte di san marco
115 S. Andrea da lio frati certofini	129 Il ponte di san marco
116 S. Andrea da lio frati certofini	130 Il ponte di rialto e di legno e moche boragio sopra dall'oua e l'altra parte et si apre due parte
	131 Il ponte di canarogio e di legno
	132 Il ponte da la puglia
	133 Campalio

CVM PRIVILEGIO REGIO.



GENOA.



Enoa Ligurum in Italia caput, Ligustico adiacet mari, potens, superba, atque antiquissimæ originis ciuitas, vel à Iano Italiæ Rege, ac deinde à Iano Troianorum Rege aucta, vel à Iano Genio Prisco, vel à Genuino Aegyptio, vel à Genuo Saturni filio, primùm ædificata, vel deniq; à situ, curuaturæ genu respondente, denominata perhibetur. Situ tali est: Fronte meridiem spectat, amplissimè circa littus confurgens, dorso Septentrioni obuerso, leniter in planitiem, veluti ad quiescendum descendens, montium innixa radicibus, quorum à tergo contra sæuorum Septentrionum afflatum vallo munitur, non tota montosa, nec vicissim tota plana. Insigni portu fortissima mole, securæ stationis causa præmunito, mercatuq; amplissimo, nobilis est. Semper autem & in negotiando industrios, & ad res summas, tã terra, quam mari gerendas, summos homines genuit. Qui sæpius infideles Christianorum hostes armis suppresserunt, sæpè debellarunt Pisanos, sæpè item à Venetis alijsq;ue potentissimis populis, & Regibus spectabiles retulerunt victorias, vt plurimas ciuitates & insulas ditionis suæ fecerint. Vnde tantis incrementis, tum populi ac ædificiorum, tum opum creuit hæc ciuitas, vt nomen adepta sit Genuæ superba. Variam Reipub. formam diuersis temporibus habuit, nunc Hispaniarum Regem agnoscit dominum, & à Duce, annali electione designato, gubernatur ac regitur.

FLORENTIA.



Lorentia Hetruriæ Metropolis, vrbs omnium florentissima, iacet ad Arnum, quo medio secatur, & quatuor eximijs coniungitur pontibus, ab Oriëte ac Septentrione collibus amœnissimis, & vndique fructiferis arboribus vestitis cincta, medijs theatri instar, Occidentali latere pulchram in planitië incedës, Appennini aliquot brachijs contra vim externam & incursiones est munita, videturq; ferè vmbelicum Italiæ tenere. Nobili gente frequens perpetuò fuit, & si cui familias honestas, hinc tanquam è seminario in alias vrbes Italiæ profectas cognoscere libebit, commentationes in Dantem Christophori Landini adeat, is enim operis eius initio multis hac de re tractauit. Florentiam duplices habuisse muros, eosdemq; à Phesulanis & Barbaris esse deiectos, ac ciues deserta vrbe in vicina oppida concessisse, author est idè Landinus. Desolatam ita urbem ad annũ post C.N. DCC. CII. iacuisse, quo Carolus Magnus Roma, vbi tum Imperator Cæsar Augustus appellatus erat, in Galliam tendens, hic dies aliquot constitit, captusq; loci conditione, mœniũ nouorum fundamēta, longè prioribus ampliora iussit inchoari, proposito etiam edicto, vt passim dispersi ciues, ad instaurandam urbem redirent. Hoc itaque tempore nouis muris cincta fuit. Adèò splendidis, magnificisq; ædificijs, sumptuosissima structura ornatis, tam diuino cultui, quàm ciuium vsui summa cum voluptate spectantium ornatis Florentia nitet, vt quemadmodum Venetiæ diues, Mediolanum magnũ, Genoa superba, Bononia fertilis, Rauenna antiqua, Neapolis nobilis, ac Roma sancta, Ita Florentia tanquã flos ac pulchritudo Italiæ, Florentia bella sit nominata. Nobilissima vrbs fana, in primis admirabile illud D. Mariæ Floridæ, totum ex marmore crustatum, cum hemisphærio stupendi operis, iuxtà turris stat eximia tintinabulorũ, tota item marmorea, modicoq;ue post interuallo veterimũ Martis templum, forma rotunda, magno ingenio constructum, & nunc D. Ioanni Baptistæ sacrum. Valuas habet ex ære, fusili opere, tam raro artificio factas, eas præsertim quæ contra fanum D. Mariæ Floridæ sunt, vt omnes omnino, quibus ingenij vis est vlla, reliqua in Europa tota similes esse nusquam arbitrentur. Reliquas misericordiæ ædes, vti Xenodochia, Expositorum brephotrophiũ, cæteraq;ue loca pietatis ergò constituta prætereo, qualia tricena septena esse dicuntur. Aedes censentur Plebanicæ XLIII. Prioratus XII. Conuentus virorum mulierumq;ue sacri LXXVI.


Collegia puerorum IX. quas Fraternitates vocant, virorum sodalitates maximo numero.



GENVA Ligurum domina atque regina Civitas Italiae celeberrima, in Ligusticae maris litore iniqui porcu fidam nauibus statione praebet; Solum habet macilentum atq; tenuum, Itaq; proculis atque spogies mercatores produci, qui ad tantu rerum et diuitiaru contendentium fax rigum, et exi vlla in tota Italia cuius inueniatur, obi tot suburbana praedia regni fastu recreationis gratia constructa cernuntur, unde insignis opum magnificentia estimari potest, uti non immerito cum hanc ob rem, cum alijs etiam permulcis de causis, Genua cognominetur superba.


Cum Priuilegio.

FLORENTIA urbs est insignis Aetruiae, olim Fluencia dicta, quod sita sit ad fluentum Arni fluminis. Et populi ipsi Fluentini, quorum meminit Cato in originibus, et refert Angelus Poltrianus in quadam Epistola ad Bartholomeum Scalam. Pulcherrima tam publicis, quam priuatis ornatu aedificijs, et montibus vndiq; septa, ex quibus, dictu mirum, quantae oblationis visus in hanc urbem pandatur. Nobilium hominum sedes est, & praesantissimorum ingenioru fructuosus ager.



Cum priuilegio





ROMA.

ROMA Domina & Regina urbium, totiusque mundi caput, quem ferè vniuersum fortissimorum virorum rebus præstâtissimè gestis, suo imperio subegerat. De primis eius conditoribus tam multæ & variæ sententiæ, quâ diuersi scriptores inueniuntur. Sunt, qui existimant Euandrum ex Arcadia fugientem ea occupasse loca, vbi nunc Roma cõspicitur, ibidemque oppidulum inuenisse aliquod, Valentiana dictum, quod ab ipso amplificatum, Romæ nomen deinde sit consecutum. Alij tradunt, Remum & Romulum Aeneæ filios urbis huius conditores fuisse, quos tamè alij Aeneæ nepotes ex filia dicunt. Verum Dionysius Halicarnassæus ante Troianorum & Aeneæ in Italiam aduentum Romam exitif se ex antiquo scriptore Antiocho Syracusano docens, hæc eius verba recenset. Postea quàm Italus consenuisset, Morges pro illo regnavit, ad quem vir quidam nomine Syculus Roma profugus venit. Hac oratione satis indicauit, Romam aliam excidio Troiano superiorem exitisse. Communior ferè omnium sententia est, Romam à Romulo dici. Quippe cum is Romane viribus & robore iuuenum affatim à se munitam cerneret, haud minoris momenti fore ratus, si eadem consilij ope fulcisset, ex venerandæ senectutis ciuibus, qui tunc aderant, centum elegerit, quos ob honorè, Patres, ob ætatem, Senatores appellauit, portas designauerit, tribus diuiserit, præsidarios cõuocauerit, tribunos scelerum crearit, & nouam denique Reipub. formam instituerit. Ita vt Romulus inclytæ huius urbis augustissimū fœlicissimūque principium collocasse videatur. Quæ temporum deinde successu, tot Senatores eximios, tot clarissimos fortissimosque Duces, tot egregios Imperatores, vniuersi propemodum orbis domitores tulit, vt iure, Mundi caput, & à Cicerone oratione pro Sylla Arx regum & nationum exte rarum, lumen gentium, & Imperij domicilium sit appellata. Eius ambitum Plinius ex traditione Augusti scribit milia passuum viginti. Flavius Vopiscus Aurelium Imperatorem ambitum urbis ad tringinta milia passuum auxisse refert. Tota deinde eius area, ad tantam amplitudinem deuenit, vt in circuitu collegisse dicatur viginti milia passuum, quæ quinque ferè miliaria Germanica efficiunt. Regionibus XIII. quondam diuidebatur. Portas suburbiorum & urbis in vniuersum numero XXIII fuisse, refert Plinius. Liuius autè ponit XXXVII. Turres Imperio florente circum urbem erant DCCXXXIII. In quibus cum ita res ferret, præsidia collocabantur. Nunc turres solummodo CCCLXV. Portæ XX. supersunt. Nec quæ nunc extant turres itemque muri, veterum operum fundamentis insistant, neque materia eadem constant. Sed quia frequentissimis Barbarorum incursionibus urbs planè vastata atque subuersa fuit, omnia mutata sunt, ac conuersa, reparatorum pro tempore arbitrio. Septem Roma cõtinet montes, rupes, siue colles, de quorum diuersa appellatione varias scriptorum referre sententias, nimis tædiosum ac longum foret. Magnificentissimæ etiam tum Deorum, nunc Christi & Sanctorum, summorumque hominum ædes, quæ his montibus continentur, absque tædiosa verborum sitate recenseri nequeunt, quemadmodum nec reliqua urbis templa, præstantissimæ Sanctorum reliquiæ, pontes, arcus triumphales, thermæ, theatra, antiquitatis monumenta. De quibus peculiare variorum conscripti libelli extant. Fertur de Constantio Imperatore, quòd is Campum Martium, cum admiratione inspiciens, sepulchrum Augusti Cæsaris, tot æreis, atque marmoreis simulachris ornatum, forum Romanum, Iouis Tarpei delubra, thermas, porticus in prouinciæ modum auctas, amphitheatrum, Pantheon mira altitudine spaciosis molibus formatum, templum pacis, Pompei theatrum, circum maximum, tot arcus triumphales, tot aquæductus, tot statuas per urbem ad ornatum positas, obstupuisse, ac tandem dixisse: Naturam omnes vires in vnam urbem effudisse. Etenim insignes superbissimorum ædificiorum ruinae, priscam urbis magnificentiam, non obscure demonstrant. Tyberis fluuius, à Septentrione urbem ingreditur, & ex latere meridionali, Hostiam versus, effluit. Sed quid plura de tanta, tamque magnifica vrbe commemorem. In qua legitimus & ordinarius D. Petri successor, maximus Ecclesiæ Catholicæ Pontifex, residet, venerandæ S. Apostolorum, & Martyrum cernuntur reliquiæ, vbi ius Christiano orbi præscribitur. In qua denique suauissimæ Musæ, vniuersam Græciam deferentes, sedem ac domicilium inuenerunt, Vt verissimè Cicero lib. 3. de natura Deorum tradat: Quemadmodum nihil in vniuersa rerum natura mundo, sic in terris nihil Roma melius, nihil præstantius inueniri. Amplissima etiam vniuersitate iner quàm plurima ornamenta, vrbs Romana nitet, de qua D. Iacobus Middendorpius, in suo de vniuersitatibus libro, copiosè differit.

R O M A



- PORTAE**
- A Porta Flaminia nunc populi.
 - B P. Callina nunc Panciana.
 - C P. Collina nunc Salaria.
 - D P. Viminalis nunc S. Agnetis.
 - E P. nunc clausa iam Quiriquetolana.
 - F P. Esquilina nunc S. Laurentij.
 - G P. Praenestina nunc Minor.
 - H P. Carmentana nunc S. Ioannis.
 - I P. nunc clausa iam Gabiaria.
 - K P. Latina.
 - L P. Capena nunc S. Sebastiani.
 - M P. Ostiensis nunc S. Pauli.
 - N P. Navalis nunc Portuensis.
 - O P. Ianiculum nunc S. Pancratij.
 - P. Fontinalis nunc S. Primitiana.
 - Q P. S. Prisca.

- R. P. post erulā Pertulā et Vaticanā Ideo oblongus q. qui receptores stat. in aliquo urbis pomerio nō fuerunt.
 - S P. S. Petri.
 - T P. S. Angeli alias Castelli.
- MONTES**
- 1 Mons Palatinus dicitur palat' maggiore.
 - 2 M. Aventinus dicitur capitolium.
 - 3 M. Aventinus ubi est Eccl. S. Sabinae.
 - 4 M. Coelius ubi est Eccl. S. Io. et Pauli.
 - 5 M. Caelianus ubi est Eccl. S. ad Vincula.
 - 6 M. Quirinalis dicitur Mons Caelio.
 - 7 M. Viminalis ubi est Eccl. S. Leon. in palat' form.
 - 8 M. Ianiculum ubi est Eccl. S. P. in montorio.
 - 9 M. Vaticanus ubi est Basilica S. Petri.
 - 10 Mons Aventinus ubi est Eccl. S. Trinitatis.
 - 11 M. Actorius.

- 12 M. Iordanus.
 - 13 Doliana vulgo M. S. Estacii.
- PONTES**
- 14 Pons Aelius vulgo S. Angeli.
 - 15 P. Vaticanus alias Triumphalis.
 - 16 P. Ianiculum vulgo S. Sixti.
 - 17 P. Fabricius vulgo de quatuor Capis.
 - 18 P. Cestius vulgo S. Bartholomei.
 - 19 P. Palatinus vulgo S. Mariani.
 - 20 P. Sublicius alias AEMILIVS.
- AQVAE ET AQVAE DVCTVS.**
- 21 Aqueductus Claudi.
 - 22 Aqueductus Marciae.
 - 23 Aq. Augustae.
 - 24 Aq. Virginis vulgo Fons Trium.
 - 25 Aq. Claudia vulgo la marina.

- 26 Aq. Sabatina.
- THERMAE**
- 27 Th. Agrippae ubi est la Ciambella.
 - 28 Th. Antonini caracalle vulgo Antoniana.
 - 29 Th. Diocletiana vulgo Termini.
 - 30 Th. Constantiniana in M. Caelio.
 - 31 Th. Neronis alias. Locatae prope Agorā.
 - 32 Th. Sueriana in trahiberi prope Septimiam.
 - 33 Th. Olympiana in Esquilij.
 - 34 Th. Traiana vulgo le sette Sale.
 - 35 Th. Traiana prope S. Martinu in montib.
 - 36 Th. Philippiana prope S. Mathurum.
- AMPHITHEATR. ET THEATR.**
- 37 Amph. Vespasiani dicitur Coliseo.
 - 38 Amph. Caesarensis apud S. P. in Hierusalē.
 - 39 Theat. Marcellianum est domus Sabelloā.



- CIRCI.**
- 40 Circus maximus vulgo circi.
 - 41 Circus Flaminius appreso le boteghe scure.
 - 42 Circus Agonalis dicitur Agone.
- OBELISCI.**
- 43 Obel. Vaticanus vulgo la guglia.
 - 44 Ob. Campi Martij qui indicabat horu sola res. cuius extat fragmenta in collario quidā.
 - 45 Ob. duo ad Mausoleum Anagnini et quibus aliter fructu in via iacet. aliter prope latec.
 - 46 Ob. ad portum collatinum cuius extant in vinea reliquie.
 - 47 Ob. prope Amph. Caesarem extra muros in vinea.
 - 48 Ob. in circo prope S. Sebastianum via Appia.
- Plerique alij exstant in urbe obelisci quos

- ARCVS.**
- 49 Arcus Titi Vespasiani.
 - 50 A. Constantini.
 - 51 A. E. Severi Septimij.
 - 52 A. Livi quadrifrons prope Sanctum Georgium.
 - 53 A. Claudij dicitur de Portogallo.
 - 54 Arcus Gallieni a Sancto Vito.
- COLVMNAE.**
- 55 Columna Traiani.
 - 56 Columna Antonij.
- TEMPLA.**
- 57 Paucorum vulgo la Rotonda.
 - 58 Templum Remi d. Quirini nunc S. Cosmae et Damiani.
 - 59 T. Faustinae.

- 60 T. Pacis.
- 61 T. Cai & Lucij.
- 62 T. Forum.
- 63 T. Faustinae S. Stephani rotundi.
- 64 T. L. Antonij.
- 65 T. S. Mariae Maioris.
- 66 T. S. Petri in Vaticano.
- 67 T. S. Augustini.
- 68 T. S. M. super Minervam.
- 69 Castellum Aq. Marciae.
- 70 Septizonium Severi.
- 71 Forum Romanum.
- 72 Forum Boarium.
- 73 Velabrum.
- 74 Turris Comitum.

- 75 Turris Aeliciae.
 - 76 Locus castrij praetorij.
 - 77 Vnastrina.
- FAULATIA.**
- 78 Pal. Pape in Vaticano.
 - 79 P. Pape ad S. Marcum.
 - 80 D. S. Laur. in Damasc.
 - 81 D. Camerarij.
 - 82 D. Farnesorum.
 - 83 D. Capri ferreorum.
 - 84 Columnae ad S. Apollin.
 - 85 D. Aetnae.
 - 86 D. Mattheorum.
 - 87 D. S. Petri in Vaticano.
 - 88 D. Augustini Chigi.
 - 89 D. Caracallae.

- 90 D. S. abatorum.
- 91 D. Caroli Capiti.
- 92 D. Caracallae.
- 93 M. D. Antonij dicitur quia fuit a Papa Pio III. ne capere S. Angheli obesset.
- 94 D. S. Marcelli.
- 95 D. Campidani.
- 96 S. Sepulchrum S. Cosij.
- 97 S. Sepulchrum S. Costij.
- 98 S. Sepulchrum S. Costij.
- 99 S. Sepulchrum S. Costij.
- 100 S. Sepulchrum S. Costij.
- 101 S. Sepulchrum S. Costij.
- 102 S. Sepulchrum S. Costij.

CVM PRIVILEGIO



ANCONA.



ANCONAM, prius Picenam vocabulo Hetrusco, simul & Aborigenum dictā, perhibet Cato. At Strabo, Græcam urbem, & à Syracusanis, qui ob Dionysij tyrannidem, Sicilia profugerant, conditam, Plinio, Solinoq; probante, scribit. Iuuenalis, eam originis esse Doricæ, velle videtur, cum ait: Ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon. Putat Leander, hanc Auctorum varietatem conciliari posse, vt Dorios Græcos urbem, à fundamentis primum incepisse, posteaque Syracusanos, aut Siculos, eam auxisse: Vel, Anconitanum portum, Doriorum esse opus, dicere liceat, vt innuere Iuuenalis videtur, oppidum verò ipsum, Sicularum. Quidam, vt Papias, Catinusque historici, scripserunt, Anconem Dolopes Thessaliæ populos, Alij, Ancum Martium, Regem Romanorum, ædificasse prodiderunt. Ancona igitur, in ea Italiae parte ciuitas, quæ quondam Picenum, iam verò, Marchio Anconitana, vocatur, sub promontorio, qua se ad Adriaticum torquet mare, iacet. Ab oræ huius flexu, cubiti formam, vt Plinius Melaque testantur, efficiente, denominata, nam is ἀγκών Græcis dicitur. Oppidum hoc, priscum Italorum & Gallorum discrimen, est habitum. Etenim, vt Mela tradit, Italia hinc finiebatur, incipiebantque Galli Senones, cum Gallia togata. Tam præstanti, opportuno, atque capaci est portu ornata, vt in vniuersa Italia, nullus conspiciatur amplior, tam loci naturâ, quàm arte, & industria hominum, ab omni insultu hostium, tutissimus, vt non immeritò tritum vetustate habeatur prouerbiū. Vnicus Petrus Romæ, vnica turris Cremonæ, vnicus portus Anconæ. Hunc Traianus Imperat. Aug. marmore, cum gradibus, per quos cōmodissimè naues onerantur, & exinaniuntur, adiecto etiā arcu, magni, ac præclari operis, cū inscriptionib. huiusmodi. Imperat. Troiano Cæsar. diui Neruæ F. Neruo optimo August. Germanic. Datico. Pont. Max. Tr. Pot. XIX. Imp. XI. Cos. VII. P. P. Prouidentissimo Principi. S. P. Q. R. Quod ad accessum Italiae, hoc etiam addito ex pecunia sua, portum tutiorem nauigantibus reddiderit. Et in dextro ipsius arcus latere: PLOTINAE. Aug. Coniugi Aug. In læuo: DIVAE Marcianæ Aug. Sorori Aug. Anconam, vtpote antiquissimam urbem, scriptores multi, præter hætenus citatos, memorauere, nimirum Sempronius Procopius, Cæsar, Tacitus, Antoninus, Lucanus, cum inquit: Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon. Silius ita: Stat fucare colus, nec Sidone vilior Ancon. Itemque liber Coloniarum, his verbis: Ager Anconitanus, in limitibus Græcanicis, in centurijs est assignatus. Maximè, quātum ex historijs colligere possumus, sub Imperio Romano floruit, vsq; ad Gothorum in Italiam aduentum, à quibus obsessa fuit, multisq; oppugnata prælijs, tam fortiter tamen oppidanis, & Conone, præsidiorum Iustiniani Imperat. Aug. præfecto, eam defendente, vt quanquam deiectis ab hoste suburbijs, nunquam capi potuerit. Quemadmodum Procopio Blondoque traditur. Qui etiam alibi referunt, apud Anconem Legatos Narsetis classis Gothicæ vicisse nauium XLVII. è quibus, X. tantum euasere cladem, cæteris omnibus, aut captis, aut submersis, cum Romana classis, nauium XXX. solum fuisset. Post tempora Gothorum, Anconem Longobardus tenuit, sedemque ac domicilium fecit Marchionatus, ea propter Anconitani appellati. Longobardis deletis, profligatisque, cum cæteris Italiae ciuitatibus, hæc etiam, ad imperatorum Cæs. ex Germania ditionem, peruenit. A Sarracenis deinde, regnante Lothario, circa Sergium Pontif. Roma. direptam, incensamque, Blondus auctor est. Post hæc, à ciuibus, qui ex ea clade superfuerant, paulatim instaurata, refecta que, simulque mox opibus, ac populo aucta, consensione ciuium mirifica, suo iure vti, ac in sua potestate esse cœpit, vsque ad annum à C. N. M. D. XXXII. Ea autem libertate tū Bernardini Barbe Casalensis Episcopi, ac Lodouici Gonzage, Clementis VII. Pontif. legionū Præfecti artibus, est exuta. Castellum illi ædificarant, tanq; urbis, aduersus Turcarum, iteq; piratarū incursions, propugnaculo ac præsidio futurum, hoc opere iam ita perfecto, vt habitationi aptum videretur, fraude, ac si præsidia militum, tormentariaque machinas introducturi essent, urbem ipsam occupant. Quod cum ciuium Magistratus intelligerent, quia resisti iam nulla ratione poterat, in suas quisq; priuatas ædes cōfugit, deserta curia, quam mox Barba, valido præsidio militum, & tormentorum occupat, relegatis in varia loca urbis primoribus, & quibusdam euestigio Romam missis, prætereaque callidissimo consilio, tota iuuentute, quæ tractare arma posset, à ciuitate abducta. Ita planè, in Summi Pōtificis imperium, potestatemque Ancona deuenit. In qua Silij temporibus, purpuram tingi solitam, ex his eius verbis, lib. VIII. intelligimus. Stat fucare colus, nec Sidone vilior Ancon, Murice nec Lybico. Ad quem locum Marsus annotat, purpuram maximè tinxisse ternos populos, Phœnices, Lybicos, & Lacones, quodque idem Anconitani facerent, vti à Silio proditur, id alios non tradidisse. Genuit etiam Ancon ingenia nobilissima magno numero, Imprimis autem Augustinum, ordinis Eremitarū, eximium Theologum, quod scriptis in lucem editis probauit. Itē Franciscū & Nicolaum Stalamontios, iuris apprimè consultos, latinisque literis eruditos. Præterea Cyriacum totius Antiquitatis & rerum memorabilium per totam Europam, Asiæque & Africae partem indagatorem. Qui mirifico studio, quæ literarum monumentis celebrata legerat, veluti Theatra, Amphitheatra, circos, templa, statuas, tymbos, obeliscos, pyramides, tabulas cum Epitaphijs, arcus, & id genus, curiosæ inuestigationis alia, non solum ipse oculis cōspexit, verum etiam diligenti & exacta pictura, reddidit, expressitq;. Rogatus autem, cur his in rebus tam studiose versaretur, Vt mortuos excitem: respondebat. Dicto herclè, tanto viro, conuenienti atque digno.



ANCONA

ANCONA ciuitas Piceri celeberrima, ad mare Adriaticum posita, nobilissimo portu est ornata, quo non extat in tota Italia commodior neq; capacior. Nomen habet à situ, qui cubiti flexuram refert. Mercaturà est insignis, frumento abundat et vino, reliquisq; ad humanum vicum necessarijs, vetus fatem undique redolet.

- | | | | |
|-----------------------------|-------------------------------------|------------------------------------|-------------------------------|
| A Buluardo del castaro | N Portella d' S.º Agostino | BB Canaliere d'arsenale | OO Portella |
| B La Alaccia | O Buluardo d' S.º agi | CC Capo Triano | FF La loggia d' mercanti |
| C Porta del calano | P La Piazza al mercato | DD La lanterna | QQ Portella della loggia |
| D P. Vecchia S.º Pietro | Q Il Palazzo d' governator | EE Il bighiaro renclino del porto | RR Portella della beccaria |
| E La rocca della | R La Piazza d' S.º nicola | FF La porta del porto | S Porta Pia |
| F La Rocca | S Il Palazzo del barzello | GG Cavaliero d' S.º primiano | 1 S.º cristo dotto vesco |
| G Porta di capo d' monte | T La Piazza d' mag.º Anconiani | HH Palazzo d' mis.º qual bonarelli | * Palazzo di mi nicolo todini |
| H Le fornaci | V Il Palazzo d' mag.º S.º Aniani | II Portella d' pier grege | 2 S.º Blasio |
| I Lazzeretto vecchio e nouo | X Il Palazzo d' S.º agio feruci | KK Palazzo di mi nicolo costini | 3 S.º Maria loreo |
| K Porta d' lazzeretto | Y Monte quatt'io | LL Del troglioni | 4 Il Carnino |
| L Magazini | Z Doue si pone le mercanzie Saipene | MM Portella torleoni | 5 S.º Girolamo |
| M Portella Per nauili | AA L'arsenale | NN Portella noua | 6 S.º Barolomeo nouo. |

- | | | | |
|---------------------------------|---------------------------------|-------------------------|------------------------|
| 7 S.º Barolomeo vecchio monast. | 19 S.º M.º d' misericordia | 31 S.º Roco | 43 S.º Alto |
| 8 S.º Maria rossa | 20 S.º Spirito | 32 S.º Agostino | 44 S.º Giovanni decola |
| 9 S.º Catarina | 21 S.º Primitian | 33 S.º Zeno | 45 S.º Christophoro |
| 10 S.º Tivolo | 22 S.º Georgio | 34 S.º Iacob | |
| 11 S.º Antonio | 23 S.º Pietro | 35 S.º nicola cast. | |
| 12 S.º Sebastiano | 24 S.º Orsico | 36 S.º Francesco zocchi | |
| 13 L'ospitale d' d.º d.º morte | 25 La facromata | 37 S.º Marino | |
| 14 S.º Anna | 26 S.º Gilo | 38 S.º Maria bel verdi | |
| 15 S.º Franc. | 27 S.º M.º d' la Piana | 39 S.º Marco | |
| 16 L'ospitale vecchio | 28 S.º M.º misericordia e morte | 40 S.º Lucia | |
| 17 S.º Pellegrino | 29 S.º Nicola | 41 S.º Claudio fialla | |
| 18 S.º Nefisia | 30 Il corpo d' S.º | 42 S.º Giovanni | |

Cum Privilegio



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

N E A P O L I S




NEAPOLIS, in Italia, Campaniæ ciuitas, à Cumanis condita, & Parthenope quondam dicta fuit. Quæ, cum ob singularem loci amœnitatem, plurimum frequentaretur, Cumanis veriti, ne Cumæ omnino desereretur, Parthenopen, habito concilio, subuerterunt, quo facto, mox immani pestilentia vexati, oraculoq; mōniti, vt urbem restituerent, instauratam protinus, tanquam urbem nouam, dixere Neapolim. Spatium complectitur magnum, inter mare, amœnissimosq; colles ædificata, mœnibus firmissimis iussu Caroli V. Imperat. munita, placidissimum aerem, iucundissimum agrum, delicatissimos fructus, saluberrimas aquas, Baijs & Puteolis erumpentes, habet. Extra ciuitatem autem, omne frumenti genus, summamq; vini abundantiam, agri ex se fundunt & gignunt. Plin. vitium huius loci vbertatem pro miraculo celebravit. Tanta hoc loci est collium feracitas, venationis, aucupijq; commoditas, hortorum elegantia, dulcissimorum riuulorū præstantia, sepimentorum, reticulatorumq; parietum, omni florum fructuumq; genere vestitorum pulchritudo, vt huius paginæ angustia, ea omnia recensere prohibeat. Et hæc quidem commoditates, Romanos olim in hanc urbem pellexere, qui studiorum & ætate confecta quietis, otijq; causa, deliciarum etiam voluptatisq; gratia, Neapolim petiere. Itaque hic vitam degisse reperimus. P. Virgilium Poetarum omnium principem, quem Seruius Georgica hic conscripsisse asserit. T. Liuium Patavinum, Horatium, Claudianum, Franciscum Petrarcham, Antonium Beccadellum cognomento Panormitanum, oratorem eximium, Laurentium Vallam Romanum, linguæ Latinæ reparatorem, Porcellium Romanum Poetam elegantissimum, Blondum Foroliuensem, totius antiquitatis studiosum indagatorem, & alios quoque eximios Theologos. Quinetiâ Principum, ducum, Marchionum, Comitum, Equitum, Baronum, ac nobilium hominum, adeo plena hæc ciuitas est, vt nobilitatis nomen quasi iure sibi vendicet. Quorum frequentia factum, vt quàm plurimis Regum, ac Principum palatijs, fortissimisq; ædificijs, splendidissimis templis & sepulchris, hæc præ cæteris Italiæ ciuitatibus, sit exornata. Inter hæc præcipua sunt, templū D. Clare, cū virginio, mirabile opus, ab Agnete Regina Hispana Roberti Regis coniuge factum. Sepulchra in eo multa conspiciuntur eximia, Regum Reginarumq; & Regorum liberorum, ex illustri Dyrachiana domo, Caroliq; qui D. Lodouici Regis Franciæ frater fuit, progenie. Deinde insigne D. Dominici fanum, in quo multorum Regum ac Principum, & Illustrium virorum monumenta videntur. In delubro fratrum montis Oliueti, Ferrandi primi, & alterius Alfonsi Regum effigies conspiciuntur, opere singulari, vt viuere videantur, perfectæ. Sepultus ibidem est Alexander ab Alexandris, Iurisconsultus, qui multiplicis eruditionis volumen, Genialiū dierū, conscripsit. Multa etiam alia non minus celebria sunt templa, in quibus perelegantia Principum & magnorum virorum ex candido marmore, cōtinentur sepulchra. Sanctorum etiam hominum reliquiæ, quæ in diuersis passim templis asseruantur, hanc ciuitatem commendant. Gymnasium etiam omnium disciplinarum habet, à Frederico II. Imp. fundatum. Aedes præ cæteris amplissimæ, sunt Ducis Grauiensis, quanquam nondum perfectæ, alioqui nullis totius Italiæ cesseræ, item Salernitani Principis. Viæ ciuitatis perelegantes, directæq; Curia quaternæ, quas Sedes appellant, Capuana, Nidensis, Montana, Diuiq; Gregorij, quo principes, Duces, Marchiones, omnesq; cæteri ordines, ad consultandum communiter, ac de rebus publicis conueniunt. Arces fortissimæ sunt hæ, Castellum nouum, firmissimis Europæ totius propugnaculis meritò annumerandum, Capuanū, Castellum oui, modico extra urbem spatio, in scopulo cinctum mari, Santeremese in rupe mœnibus vrbs imminente, superioribus annis à Carolo V. Imp. mirificè communitum. Extra muros australi parte, moles in mari conspicitur, ad portus tutelam, nauibus ex omnibus orbis partibus perpetuò pleni. Post Ferrandi Regis Neapolitani obitum, Sicilia, Neapolis, Arragoniæ, cæteraq; Hispaniæ regna, ad Carolum Philippi filium. Imp. Maximiliani Aug. nepotem, deuoluta sunt, per Isabellam, matrem Ferrandi, quæ Isabella Hispaniæ Regiæ filia fuit, Anno post C. N. M. D. XVI.

Hæc est nobilis, & florens illa NEAPOLIS, Campa-
 niæ ciuitas, antea Parthenope appellata ab onâ Sire-
 num Parthenope, quæ cum omnes, uti est in fabulis, præ do-
 lore, quod Ulyssæm eiusq; socios cantu decipere haud potuerat,
 in mare se præcipitasset, hoc in loco sepulta est. Nunc illustrâ
 familiarû, & doctissimor; hominum sedes, mira æris clementiâ,
 situsq; amœnitate, templorum, priuatarum ædiû, & ar-
 cium magnificentiâ, diujs Regum, Reginarum, summo-
 rumque hominum sepulturis, omniumque disciplinarum
 gymnasio, clarissima



- | | | | | | | | | | | | |
|----------------------|------------------------|--------------------------|------------------|-----------------------------|-----------------------|--------------------------------------|---------------------------|--------------------------------------|---------------------------------------|------------------------------------|------------------------------|
| 1. Molo grande | 7. Porta S. M. Carmine | 14. Torre San Vincenzo | 19. S. Paolo | 25. L. Spedale dell'Anonima | 31. S. Severino | 37. L. Spedale di S. Giac. di Spagn. | 42. Soglio Capuano | 48. Palazzo del Vicere | 54. Palazzo Ranucchieri | 60. Piazza dell'Olma. | 66. Strada del Pozzo nuovo |
| 2. Molo piccolo | 8. Porta Reale | 15. Bernardo del Carmine | 20. S. Gio. Mag. | 26. S. Maria del Carmine | 32. S. Gesù | 38. L. Spedale di S. M. d. Fran. | 43. Soglio di Montagna | 49. Palazzo del Duca di granima | 55. Palazzo del Principe de Stigliano | 61. Piazza de Langieri. | 67. Strada de Toledo |
| 3. Porta de' mercato | 9. Porta Romana | 16. L. Arsenale | 21. S. Chiara | 27. L. Spedale di S. Alò. | 33. S. Pietro martire | 39. La Croce | 44. Soglio di Nido | 50. Palazzo del Principe di Salerna | 56. Palazzo Piccolo | 62. Dis. Loreo. Mare Vecchio. | 68. Strada della macaronara |
| 4. Porta Nolana | 10. S. Carlo Nuovo | 17. La Dogana | 22. S. Agostino | 28. S. Giordano Carbonara | 34. Monte Oliveto. | 40. S. Luigi | 45. Soglio di Porto | 51. Palazzo del Duca di Alcubine | 57. Palazzo di Porto Pappacoda | 63. Strada della salaria. | 69. Fonte del Pozzo grande |
| 5. Porta Capuana | 11. Castel San Martino | 18. S. Vedouato | 23. S. Giorgio | 29. S. Pietro all'Arce | 35. Maria noua | 41. La S. Trinita | 46. Soglio di Portanova | 52. Palazzo del Duca di Ari | 58. Palazzo del Tesoriero | 64. Strada di Soglio di Nido. | 70. Fonte di Pozzo dell'Olma |
| 6. Porta S. Genaro | 12. Castel dell'Ovo | 19. S. Lorenzo | 24. S. Domenico | 30. S. Caterina formella | 36. La Incoronata | 42. S. Martino | 47. Palazzo della Viceria | 53. Palazzo del Principe di S. S. S. | 59. Piazza del Mercato. | 65. Strada di S. Lorenzo all'Arce. | 71. Fonte di Soglio di Porto |





P A R M A



Eructuſta ciuitas Parma, à Thuſcis, qui Lombardiam diu poſſederunt, condita, & à principatu coloniariarum, ſecuti cenſet Annius, denominata, in Lombardia Aemilia via ſitu eſt plano, quiniſ ab Appennino P. M. ſuburbijſ, quæ ad occaſum conuerſa ſunt, ab ipſa ciuitate flumine Parma diuiſis, cuius tranſitus ponte lateritio iungitur. Aedificijſ ſplendida cùm primis eſt, incolæ venuſti, nobileſ, animoſi, ingenioque non ſolum ad Reipub. moderationem, ſed etiam ad literas, & rem militarem optiſſimo. Rebuſ ad uſum mortalium in primis abundat. Agrum habet optimum, amœniſſimum. que ac fœcundum, tritici, fabæ caterarumque frugum: itemque nobilium fruſtum & vini omnigeni, dulciſ, acuti, albi, vermiculi, fertileſ. Nec caret medicatiſ aquis ad multa ſalubribuſ: vndique campi circa longè lateque ſternuntur paſcuſ lætiſſimiſ fœliceſ, ſumma opportunitate pecuariæ rei, vnde in tantum mirabili abundantia lac, caſeo figurando percipitur, vt copia fidem excedat, ni videriſ, obtinetque ſummum tota Italia commendationiſ gradum caſeus Parmenſiſ cum Placentino ac Laudenſe. Præterea quoque greges ouilli ampliſſimi hic alûtur, nobilitate vellerû in primis laudati, de quib. Martialiſ: Tondet & innumeroſ Gallica Parma greges. Iſidoruſ Clariuſ Epicoſ Fulginatiſ, ſecundo orationum volumine commendans D. Ioannem Parmenſem, qui primuſ eiuſdem vrbiſ Cœnobio S. Ioanniſ præfuit, Inter cœtera inquit Parmam clariſſimã eſſe Romanorum coloniã, & quòd pleræq; ibidem familiæ ab Romanis originem duxerint, Tum, quòd Parma ingeniſ excellat, ſit ſoli vbertate læta, cœli clementia ſalubriſ, & ſitu iucunda, quam neque Hyemſ, neque æſtaſ affligat.

S E N A



ENA nobiliſ Hetruriæ ciuitaſ, Polybio teſte, à Gallis Senonenſibuſ ædificata, & veteraniſ militibuſ, quò vitam ibidem quietè finirent, adſcripta fuit. Iacet in colle præcelſiſ cinſta crepidinibuſ topiniſ, frequentia nobilium ædificiorum nitent. E quibuſ Aedeſ maxima D. Virgini Matri ſacra, ſplendidiſ ac ſumptuoſiſ, quæ tota Europa ſunt, fanis annuerãda, ſiue pretium marmoris, ex quo tota conſtat, ſiue excellentiam operiſ ac artiſicij, quo facta, ſpectet. Præterea ſunt ædeſ ampliſſ. quadrato lapide ſtruſtæ, Pij II. Pont. opuſ, aliaque multa pernobilia ædificia. Eſt item ampliſſima domuſ hoſpitaliſ, miſerorum inſigne & pericundum refugium, ſpatioſum ornatumque forum. Foniſ in ligniſ Branda ſemper nitentibuſ aquis copioſuſ. Eſt hic denique omnium diſciplinariuſ Vniuerſitaſ, quamobrè excellentiſ viri hic plurimi exitère, qui non modo patriam, ſed vniuerſam Italiam illuſtrarunt.

P A N H O R M V S




Anhormuſ, vulgò Palerma, Siciliaſ Metropoliſ, vt celebriſ, ita etiam vetuſtiſſima vrbuſ, dicta à nauium applicatione, quæ vndique illuc conueniunt: *ἄριος* etenim portuſ, ſeu nauium ſtationem ſonat. Fœlix in præſentia vrbuſ, omniumque maxima Siciliaſ in amœna ac iucunda valle ſita, ad Septentrionem ſpectat, pelagoque abluitur Tyrrheno, muris ſepta per quam altiſ, quòd opuſ eſt Frederici Regiſ. Treſ antiquæ ciuitatiſ portæ, & veteres muri, multis cum turribuſ lapide quadrato conſtruſti, & nunc manent, vbi lapideſ literiſ inſcripti inueniuntur, quibuſ Noe tempore fuiſſe Panhormuſ planè conſtat. In palatio Sacelluſ eſt marmoreuſ ædificiuſ totuſ, D. Petro dedicatuſ, pulcherrimuſ & religioſuſ, miroque opere cruſtatuſ. Templuſ quoque eſt ingenuſ, cuiuſ exterioriſ parieteſ pulcherrimi, à Gualthero Archiepiſcopo, Vilielmi Regiſ adſine, dedicatuſ, opuſ fanè cunctiſ ſpectabile, vbi Siciliaſ Regiſ ſepulti iacent: Propè eſt ad Orientem ferme celebriſ Hoſpitale. Altera ex parte locuſ eſt, vbi vetere conſuetudine aureaſ coronaſ Regiſ accipere conſueuerûnt. Inſigniſ erat Panhormi Regia, nunc in mercium horreuſ mutata, vbi portitoſ ad Regiſ vectigalia exigenda diſponuntur. Curia item eſt prætoria pulchra, & propè fanuſ vetuſ, vbi virgineſ plureſ Deo perpetuo dicatæ. Hæc Cl. Mariuſ Aretiuſ in Siciliaſ Chorographia, apud quem plura.

D R E P A N V M



Drepanuſ, vrbuſ eſt Siciliaſ trans Lilybæuſ promontoriuſ, non procul ab Ericæ monte. De qua hunc in moduſ Cl. Mariuſ in Siciliaſ Chorographia ſcribit: Sub Ericæ monte Drepanuſ exiſtit, quam ab Lilybæo promontorio, decem circiter & octo milliaria ſepoſito, Acinthuſ amniſ diuidit, qui ex duobuſ in loco Marcanza nomine, vbi poſſuſ eſt, vnus ſit. Nomen non à Saturni falce deductuſ, quòd fabuloſuſ eſt, ſed à curuo littore, veluti Rhium promontoriuſ in Peloponneſo, quia curuum, Drepanuſ vocatur. Medio loco inter vtrunque Caput S. Theodori, antiquituſ Egitharſuſ promontoriuſ in Sardo pelago protenſuſ: Ptolemæuſ nomen quoque ciuitatiſ fuiſſe ait. Igitur in falcato poſita littore, quo portuſ efficitur vaſtuſ, pulchra vrbuſ ac diueſ, etiam ſpectat ad Occidentem. Inſulæ in proſpectu, quæ veluti munitioneſ ad portuſ augmentuſ ſerio factæ maximè ſurgunt, quatuor ſunt, parua vna atque propinquior, Columbaria vocata, vbi inexpugnabilis arx. Reliquæ Probatia, Egufa, & Sacra, hodie Fauignana, Meretimuſ, & Leuafuſ vocatæ: Ea & portu, & falſiſ ſtagniſ, quæ Soliſ ardoribuſ deſiccata, incredibileſ falſiſ emittunt copiam, propè conſepta, expugnatuſ eſt valde difficiliſ.

P A R M A



S E N A




PANORAMVS, Palermo vulgariet, maxima & Metropolitica Siciliae urbs, quam praeter antiquitatem, aedificiorum nitorem, & templorum magnificentiam, trucidatam Galbarum praesidium nominis celebritate famam reddidit. Unde etiam sermo prouerbiū un est natans, Cum quis multorum interitum cupit, ex Vesperis Siculis commemorat. de L. Marinis Siculum lib. xi. de Aegrotis Regibus

P A L E R M O



D R E P A N V M



MESSANA



ESSANA, præclara ac vetusta Sicilię, doctissimis, multorum scriptis, illustratæ ciuitas, Thucydidi, Straboni, & alijs, ob incuruatâ loci flexionem, quæ falcis repræsentat figuram, prius Zancle vocata fuit. Siculi etenim, vt Polybius, Thucydidesque scripserunt, falcem, atque res curuas, Zanclem vocabant. Diodorus Siculus, Zancletum Regem, ibidē regnantem, Messanam de suo nomine, Zancle appellasse, narrat. Qua de re Thucydides lib. 6. Existimant, & fabulantur alij, ab occulta Saturni falce, vel denique à Zanclo gigante, hanc Zancle denominationem fluxisse. Pari

quoq; ratione Messanæ primordiū, in diuersa historici trahūt. Strabo prima eius initia, Messenijs Achaiaë populis tribuit, vnde ciuitatis incolæ primū Messanēses dicti. At verò cum Mamertini, natio Cāpana, eò trāsmisissent colonos, ipsi quoq; Mamertini potiūs, quàm Messanēses, sunt vocati. Hinc Martialis: Amphora Nestorea, tibi Mamertina senecta, Si detur, &c. Macrobius, primā Messanæ fundationē Anaxilæ, siue Anaxilao, Cretenei filio, Rheginorū tyranno, ad scribit. CL. autem Marius Aretius, in Siciliaë Chorographia, Anaxilas, inquit, vrbē diripuit, nouāq; erexit, deq; suæ patriæ nomine, Messanam appellauit (Messana vrbs Achaiaë) promiscua lingua; inter Doricam & Ionicam, frequentem reddens. Messana igitur, ciuitas hodie satis prospera, satisque pollens, ab Italiaë finib⁹ Charybdis freto, portuque, non humana industriâ, sed natura ipsa facta, discernitur. Ad maris littus, librata planitie, venustè extenditur versus orientem, ab occasu autem, collibus munitur. Iuxta littus, quod arcus obtinet formā, Charybdis est, fretum nauibus exitiosum, inter Messanam & Rhegium, quo breui spacio Sicilia à continenti separatur. Tritici messlem non habet, quia montibus ac pelago clauditur, nemoribus abundat, sed tota propè eius messis, in mororum folijs consistit, probatissima enim à Messaneis lana serica, in multas Europæ partes, mittitur. Quando autē hoc artificium in Siciliam, & primū in Panormitanam vrbem, sit allatum, Munsterus ex Aretio Syracusano refert. Præstantissimis antiquitatis monumentis, illustratur Messana. In ipsa etenim ciuitate, pars antiquissimi aquæductus, ante ædem D. Francisci apparet. Fons etiam perennis, atque saluberrimæ aquæ iuxta portam, quem Læonis puteum ipsi vocant. Ac etiam insignis pila, nec ante patrum nostrorum memoriam facta, quo potum equos agunt, omnibus, quæ in toto ferè orbe, pulchrior. Effigies lapideæ duæ, Scipionis, & Anibalis, antiquitate ferè corrosæ, in maioris tēpli porta visuntur. Sanctæ Prophonix templū, Castoris & Pollucis, vti ferunt, antiquitūs fuit. Extra verò vrbem, Veneris ædiculam, quæ propè portam, gentilium mœnium nominatam, in radicibus montium, Sanctæ Veneræ, religio dicauit Christiana. Ac etiam fama est, Neptuni id fuisse templum, quod Diui Nicolai, in lingua Phari ruinis propemodum affectum hodie vocant. Domusq; erat regia, tribus millibus passuū, ab Messana ad meridiem, cuius adhuc extāt vestigia. locum regis Castagnitum vocant, vbi fons. Latus vrbs, quod vergit ad meridiē, amœnis, ac locupletissimis pagis stipatur. per Valeriam viam, author est Strabo, Messana Lilybæum pergebatur. Fuit Messaneus quidam ciuis homo nobilis, maxime locuples, minimeque avarus, cuius domus erat optima Messanæ, quam modò vetustate affectam, contra propemodum Antistitis palatium, est videre, & in ea sacrarium perantiquum, in quo signa pulcherrima quatuor, vnum Cupidinis marmoreum, Praxitelis opus: Parte ex altera, Hercules, egregiè factus ex ære, quem Myronis fuisse fama vulgabat. Erant præterea duo signa ænea, non maxima, verum eximia venustate virginali habitu, quæ manibus sublatis, sacra quædam reposita in capitibus sustinebant, Canephoræ ipsæ vocabantur. Sacrarium, hodie vetus est ædícula, Diuo Michaeli dedicata. Aedes in ea vrbe, vt supra memorauimus, Sanctæ Mariæ, quæ proximis annis pulcherrima columnis, celebrique pauimento extructa, insignis Archiepiscopi sedis. Florentissima etiam Vniuersitas, multo illustriorem Messanam reddit, quam Raphael Volaterranus, magnā Siciliaë Scholam, vocat. Ex qua, velut ex equo Troiano, complures doctissimi viri prodierunt.




MESSANA, urbs est Siciliae
 maxima, situ, opulentia, & tu-
 ta nauium statione, in qua
 mirabilis naturae vis apparet,
 celeberrima: ab Italia, seu
 Charybdi discreta, ab occasu, mo-
 tib' firma, publicis priuarisq; edilib'
 egregie cultis, fonte perenni, ar-
 tiquissimis statuar' signis, & se-
 ricarum vestium tectris,
 nobilissima

Cum Privilegio.

- | | | | | | | | | | | | | | |
|----------------------------|---------------------------------|-----------------------------|------------------------------------|------------------------------------|------------------------------|----------------------------|----------------------------------|-----------------------------|--------------------------------|-----------------------------|---------------------|----------------------------|---------------------------|
| 1 Arsenal | 13 Convento di S. Giovanni | 25 Forte di S. Giorgio | 37 Monast. S. Lio | 49 Macelli di fora della porta | 61 Porta piccola del Palazzo | 73 Porta del Pozzo houe | 85 Palazzo di Giovan Galea | 97 Piazza del Borgo (porta | 109 S. Giovanni di Greci | 121 San Marco | 133 Lo Spedal grade | 145 Lo saratore de formiti | 157 Torrente della Buzze |
| 2 Banca | 14 Con di S. Maria Gioia | 26 Forte di S. Giovanni | 38 Mo. S. Cateri di Belvedere | 50 Macello della porta del Sale | 62 P. del Ponte nel palazzo | 74 P. delle Cocule | 86 Pal. di S. Coristoflo la roca | 98 Piazza di S. Maria della | 110 S. Luca | 122 S. Filippo | 134 Strada Nuova | 146 Lo Campo | 158 Torrente della grania |
| 3 Braccio di S. Raineri | 15 Con della Maddalena | 27 Forte di S. Clara | 39 Mo. S. Anna Barbara | 51 Orti del Agostino | 63 P. di S. Maria del Pilere | 75 P. di Camuzari | 87 Pal. di S. Filippo la rocca | 99 Piazza dello Giulatore | 111 S. Pietro | 123 La gonia vecchia | 135 La Giostra | 147 La Dogana Nuova | 159 Giardino del Vicerè |
| 4 Botare | 16 Convento di S. Spirito | 28 Forte di Bocca d' Oro | 40 Mo. del Spirito Santo | 52 Orti di diversi | 64 P. della Consaria vecchia | 76 P. degli Oratori | 88 Pal. di S. Mercurio | 100 Piazza di S. Tomaso | 112 S. Giacomo | 124 S. Biagio | 136 Li Fornari | 148 La Marina del vino | 160 Torre della Lanterna |
| 5 Borgo di S. Giovanni | 17 Domo S. Maria la noua | 29 Fontana del dorno | 41 Mo. di S. Maria dell' alto | 53 Orto di S. Giovanni habitato | 65 P. del Campo | 77 P. di S. Giovanni | 89 Pal. della Scalata | 101 Piazza del Torregna | 113 La Nunciata | 125 S. Giuliano fimi | 137 Li Timori | 149 Il forte delle canzare | 161 Torre Mozza |
| 6 Castello Manayrioni | 18 Forte de lo Spirito Santo | 30 Font. de la dog. vecchio | 42 Mo. di S. Spirito | 54 Porta della Bozera | 66 Porta della Pescara | 78 P. del Borgo | 90 Priorato di S. Giovanni | 102 Piazza dell' Grezi | 114 La Catholica | 126 S. Nicolao de Tè | 138 Li Calasari | 150 Il torrione del Salua | 162 Salme di S. Raineri |
| 7 Castello Gonyaga | 19 Forte dell' Alverone | 31 Fontana del pozo houe | 43 Mo. delle ripetire | 55 Porta del Perulo | 67 Foricella | 79 Porta Reale | 91 Piano di S. Francesco | 104 Piazza della Brigaria | 115 S. Nicolao del Vaccinato | 127 S. Maria della carina | 139 Li Rotofari | 151 Terra Nuova tor | 163 Il Vesquate |
| 8 Castello del Saluatore | 20 Forte di S. Maria dell' alto | 32 Fontana di S. Giovan | 44 Mo. del monte di vergine | 56 Porta di Gentilme | 68 P. della dog. noua | 80 P. Imperiale | 92 Piano di S. Francesco | 105 Piazza della Giudica | 116 S. Angelo de gli osfanelli | 128 Tauri li Santi | 140 Lo incanto | 152 L' Alverone | 164 Strada della Giare |
| 9 Convento di S. Francesco | 21 Forte di S. Spirito | 33 Font. della Porta reale | 45 Mo. di S. Maria della | 57 Porta delle Gantelle | 69 Porta del Sale | 81 Pote di porta imperiale | 93 Piano dello Pileri | 107 Piazza della Brigaria | 117 S. Giuseppe | 129 S. Antonio | 141 Li chomari | 153 Bueratore del ospital | 165 Regio citta di Colaba |
| 10 Convento del Carmine | 22 Forte di S. Francesco | 34 Fornace di pignate | 46 Macelli di fora della Giudica | 58 Porta della Giudica | 70 P. della dogana vecchia | 82 Ponte della Giudica | 94 Piano del Palazzo | 108 S. Vincenzo | 118 S. Filippo | 130 S. Lucia dell' alverone | 142 La Carfantania | 154 Brucatore del sp. st | 166 Torre di S. Maria |
| 11 Convento S. Agolino | 23 Forte di S. Vincenzo | 35 Monasteri di donne | 47 Macelli della Giudica | 59 P. di terra noua nella marina | 71 P. del mar toriare | 83 Pote di porta Real | 95 Piano della Giudica | 109 S. Leonardo | 119 La gonia noua | 131 S. Paolo della mitra | 143 La Riga | 155 Forte di Castellazzo | 167 La Citoua |
| 12 Convento di S. Dominio | 24 Forte di S. Giacomo | 36 Monastero S. Clara | 48 Macelli di S. Maria della porta | 60 Port. di terra noua di Spagnola | 72 P. de' Gerilluomini | 84 Palazzo Regio | 96 Piano di S. Maria | 102 Santa Maria de Greci | 120 S. Giorgio | 132 S. Sebastiano. Gna | 144 Li Camilari | 156 Torre delle Gantelle | |





CALARIS



Sardinia maris Mediterranei Insula, frumenti ferax, vtcunq; populosa, ciuitates non paucas habet quarum præcipua CALARIS, vulgò Cagler, sita in monte iuxta mare, Africam respiciens, magnum & pulcherrimum habens portum, in quo semper varia nauium genera inueniuntur vltro citroq; in orientem & occidentem volitantia, mercesq; portantia. Diuiditur in quatuor partes: media, quæ fortissimo septa est muro, propriè vocatur Calaris: ea verò quæ Orientem spectat, nouum oppidum: quæ verò meridiem, la Gliapo, la seula Marina: & quæ ad Occidentem vergit, Stampax nominatur. Residet ferè semper in ea Prorex, vnà cum Baronibus, comitibus, & multis diuitibus. Habet autem ciuitas ipsa suam Reipub. administrationem, in quam nec rex Arragoniæ, neque Prorex eius se intromittit, sed ex ipsis ciuibus, quotannis sorte quinq; eliguntur consules, qui soli Rempub. administrant, eiusq; redditus, qui multi sunt, dispensant pro sua prudentia, vtentes ciuium consilio. Habent in quibusdam casibus legum condendarum potestatem, possuntq; pœnam mortis, & mutilationis membrorum statuere. Hæc ex descriptione Sardinia Sigismundi Arqueri, apud Munsterum.

MALTA



MALTA, olim Melita, medio ferè pelago inter Lilibeum Siciliae promontorium & Cercinam Africæ insulam tanquam clavis ponitur, qua in Siciliam & Africam patet introitus. Eiusdem nominis oppidum, & valde munita habet arces, nimirum S. Elmi propugnaculum, iuxta quod oppidum nouum post Turcicum bellum ædificatum est: Burgum S. Angeli, & S. Michaelis munitionem. Quemadmodum autem D. Paulo, factò naufragio, ita & Hierosolymitanis equitibus, capta à Turcis Rhodo, hospitium præbuit. Qui summis viribus potentem Turcarum classem, Anno partæ salutis M. D. LXV. ab hac Insula fugarunt. Cotoni, rosarum, cumini, omniumq; Italicorum fructuum ferax, nunquam glaciem aut niues vidit: Serpentes non habet, nec Scorpio in ea lædit veneno. Nihil ædificiorum indulget splendori, humilioribus contenta casis, ob lignorum inopiam, vnde carduis arefactis, ignem in ea struunt, & bouum edito stercore arefacto. Plura apud Quintinum Heduum, qui accuratissimè Militensem insulam descripsit, inuenies.

RHODVS



RHODVS Vrbs diues, munita, & populosa, triplici septa muro, insulae nomen dedit, à Phoroneo Argiuorum rege condita, & à rosæ capulo illic inuèto, appellata perhibetur. Eximio portu, multisq; ornamentis tantopere cæteras superauit, vt ei nulla, ex sententia Strabonis, putaretur æqualis. Legum præstantia, & naualis rei peritia adeò valuit, vt annis multis maris imperio potiretur, & piratarum latrocinia sustulerit. Gymnasio etiam, & potissimum oratoria facultate multo tempore claruit, in quo Possidonius Philosophus Stoicus, & Trasullus Mathematicus, alijq; doctissimi viri floruerunt, quos Pompeius Magnus Rhodi audiuit, vt ex 2. Tusculanarum quæst. patet, & Tiberius Imperator, quò etiam multi Athenienses studiorum gratia confluxerunt. Et M. T. Cicero, filium suum in hanc scholam transmisit. Percelebrem hanc urbem cum vniuersa insula anno Christi M. D. XXII. Turca inuasit & occupauit.

FAMAUGVSTA



ARRES Cypri, quæ insula latè Mediterraneo mari protensa inter Ciliciam & Syriam sita est, & nunc Regni titulo, nec non opibus claret, duæ, vt præcipuæ: Nicosia nimirum & Famagusta, nominatur. Veruntamen eò Famagusta præcellit, quod & Regiæ potior sedes sit, & Cathedralis Ecclesiæ nomen, ac ius obtinet. Eò adcedit, portum, id quod caput est, ipsam efficere, à quo nobilissimum Insulae totius emporium redditur. Porrò, ita terra ac mari natura loci, & à Venetis arte, munita est, vt insultantem hostem, cumq; præpotentem sustinere possit. Vtramq; Selimus expugnauit, Venetisque eripuit, vna cum reliqua Insula, fracto, ob solam dominandi libidinem, fèdere, quod idem mortuo Solimano patre iurarat solenni more. Capta enim Nicosia anno Christi M. D. LXX. die verò septimo Kalendais Sextilis, Mustapha belli legatus, tertio decimo Kal. Octobris proximè sequentis Famagustam obsedit. Selimus interim, ne laboranti vrbi Veneti succurrerent, trecentarum nauium Classem, prædandis Hadriatici sinus littoribus, instruxit. Veneti fortissimos tres virosei tutandæ præfecerant, M. Antonium Bragadinum, Astorem Ballionium, & Ludouicum Martinengum. Postquam igitur isti eam menses vndecim, & aliquot dies defendissent, tandem rerum omnium ad ducendum bellum inopia coacti, & spe frustra expectati auxiliij penitus deiecti, quarto Nonas Sextiles subsequenteris anni, ea conditione Mustaphæ Legato eam dederunt: vt vrbe sibi ac militi, saluos ac liberos, cæterisque discedere liceret, vnà cum bonis, & armis. Barbarus tamen, vinctos concidi tres illos præfectos militares, cum quinquaginta veteranis, qui ipsos comitati fuerant, dum claues in illius castra ac tentorium, vrbs tradendæ ipsi tulissent, præcepit, Bragadino, nares & aures, tantum truncauit. Nam viuum ad infamiam reseruabat. Urbem ingressus, viuo pellem detrahi, & eam hastæ adligari, & militaris signi vice gestari, iussit. Laurentium Tepolum, quem Alexandriae consulem norat, è furca laqueo iugulauit, &c. Communicauit hæc nobis, generis doctrinæque splendoribus Clarissimus vir, D. Ioannes Matal. Metellus, Sequanus, Iuris Doctor Consultissimus.



CALARIS, Sardiniae primariae civitas, quatuor in partes dividitur, media, qua fortissimo septa est muro, propriae Calaris, ea vero, qua orientem spectat novam oppidum dicitur: Ea vero pars, qua meridiem respicit, atque mediterraneum mare vocatur La Giapola, seu, la Marina, et qua ad occidentem vergit, Stampax nominatur, sunt, haec tres partes, suburbia quaedam, et appendices Calaritanae urbis.



MALTA, olim Melita, Antonino Malthea maris Mediterranei notissima insula, eiusdem nominis oppidum munissimum habet, Quod Anno S. alviti 1565. ob maximam Turcorum classem dissipata, immortalis nomen celebratam consecutum est.

Cum Privilegio.




RHODVS, mediterranei maris Insulae appellatione largitur, urbs augusto murorum ambitu, et tutissima navium statione darissima, Turcicis habentis regitur.



FAMAVGVSTA, civitas Cyprae turribus & propugnaculis bene munita, qua superioribus annis in truculentissimi regni Turcici potes facem deuenit.





CONSTANTINOPOLIS



VANQVA M incredibile huius vr̄bis magnificētia, multò sit amplior, q̄ vt vel calamo cōprehendi, vel tenui facultate mea dicendi, explicari queat, ne tamen à nobis tantæ ciuitatis celebritas silētio videatur suppressa, id, quod ex veterum monumentis de ea eruere potui, breuitate Laconica referam. Constantinopolim, quæ quondam Byzantium, nunc Græcis Stimhoili, Turcis Stambol, hoc est, ampla & regia ciuitas, dicitur, vr̄bem maximam omnium Thraciæ fuisse, Herodianus testatur. Conditam autem, Stephanus atque Eustatius, memoriæ prodiderunt, à Byzante Ceroesse, & Neptuni filio, vel ab eo, qui classis Megarensium Coloniam deducētū, Dux fuit, nomine *Βουζης*. Quod autem apud Iustinum scriptum est, à Pausania Spartano, Byzantium conditum, ita intelligendum existimo, vt qui Sycam, quam hodie Galatam vocāt, à Genuensibus fundatam esse affirmant, & Cōstantinopolim à Constantino, qui aut reādicarunt, aut amplificarunt, non autem primi ædificarunt.

Fertur primis eius fundatoribus, Pythium Apollinem consulentibus, vbi cōderent vr̄bem, redditum oraculum esse, quærerent terram, cæcorum terris, aduersam. Ea ambage, Chalcedones monstrabantur, quòd priores aduēti illuc, præuisa locorum vtilitate, peiora legissent. Est enim tam commodo loco, vt nemo vltro, citroque traiectiones Asiæ, Europæque facere possit, inuito Byzantio, cū sit velut pons, ac porta, vtriusque orbis. Tribus ex partibus alluitur mari, ex Aquilone, sinu, Cornu nuncupato, quem in Europam insinuat Bosphorus: Ab oriente, cingitur Bosphori extremis faucibus: à Meridie, Propontide: Ab occidente, Terra Thracia. Forma eius ab omnibus ferè, triangula dicitur: quanquam tamen ob laertum curuaturas, quarum duo extrema cornua arcum efficiunt, verius tricornis habebitur. Peninsulā occupat, septem colles complectentem. Hinc Scholarius Patriarcha Cōstantinopolitanus, in enarratione vaticinij, de Turcici regni interitu, τὴν ἐπιδηροπον, eam nominat. Laonicus Chalcondilus, in historia quam scripsit de Othomanis, tradit Constantinopolim circuitu complecti, centum & vndecim stadia. Muri, ad eò tenui iunctura erant, vt Herodianus testetur, nemini compositū opus, sed ex vno, perpetuoque lapide, visum fuisse. Ruinas ipsorū, reliquiasq̄, Herodiani temporibus, qui videbant, mirabantur eos, vel qui construxissent, vel q̄ deleuissent. Ex parte cōtinentis, valdè excelsi, maritimi, humiliores erant, sed benè crassi, atque turriti. Omnium rerum, ad hominum vsus necessariarū, carniū, lignorum, & maximè piscium, tanta est hīc abūdantia, vt sine reti, sæpè manibus, ex continenti eos capias, atq; ad eò, cū verno tempore, in pontum ascendunt densi greges, iactu lapidis, velut aues, ferias: Ex fenestris quoque vr̄bis, calathis, ex corda appensis, mulieres piscuntur, hamisq̄, piscatores, sine esca, pelamydes capiant tot, & tantas, vt sufficiant toti Græciæ, & magnæ parti Asiæ. Europæque. Optimarum ostrearum, tantam multitudinem capiunt, vt sufficiant tot dierum ieiunijs, quibus Græci, piscibus sanguinis participibus, non vescuntur. Hanc vr̄bem Constantinus, anno ab imperio Augusti trecentesimo, sexagesimo secundo, restituit, nuncupari que nouam Romam Constantinopolitanam, lege sancit, quemadmodum literæ, sub equestri eius statua scriptæ indicabāt. Quæ tamen appellatio vr̄bi non mansit: subditi namque, ob singularem erga dominum, ac principem suam obseruantiam, Imperatoris tamen accedente consensu, Constantinopolim, hoc est, Constantini ciuitatem, eam vocarunt. Porrò, cū Constantinus indigenas ciues, non existimaret sufficere magnitudini vr̄bis, iuxta fora sparsim ædificauit domos, quas Senatoribus habitandas dedit, atque Illustribus viris, quos secum duxerat ex vr̄be Roma, atque ex alijs gentibus. Fora cōstituit, alia ad vr̄bis ornatum, alia ad vsu ciuium, Hippodromon sacris ædibus, fontibus, porticibus instruxit, & Senatu, quem habere voluit eundem honorem, quem Senatores Romæ habere solebant. Regias ædes condidit, non multò inferiores Romæ regijs ædibus. Denique in omni ornatu, similem, æqualemque Romæ efficere studens, in eam magnitudinem perduxit, vt Sozomenus tradat, hominum multitudine, & diuitijs, maiorem Constantinopolim esse, quàm Romam: vtque non immeritò Rhodoginus lib. 18. ca. 25. sicut Romam totius orbis epitomen, ita Constantinopolim κόσμος κόσμου vocet. Fuit & hīc Academia, præstantissimis omnium artium professoribus exornata. In qua, summo in honore fuit, XII. virorum Collegium, qui publicis Imperatorum impensis, ad studiorum conseruationem, honorificè alebantur. Autor est Zonaras, lib. 3. Annalium. Plura, de augustissimis templis, & interiore vr̄bis ornatu, desideranti, Petrus Gillius, libris, 4. abundè satisfaciet. Vide etiam Procopium de ædificijs Iustiniani, Georgium Cedrenum, Aeneam Syluium, Hugonem Fauolium, cæterosq̄, eiusdem classis scriptores. Quantò autem amplior Byzantij magnificentia, eò maiore dolore, Christianis, ab immanissimis Mahometi cultoribus, tantam vr̄bem, esse ereptam, recordamur, non sine eximia Reipub. Christianæ calamitate, atque ad eò cum summa Christi Iesu, rerumque sacrarum ignominia, Anno à C. N. M. CCCC. LIII. Die XXIX. Maij, Duce Mahomete II. Turcarum Imperatore VIII. Damas hic quoque studioso lectori, veram Ottomanorum designationem, ex clarissimi viri, Adolphi Vernerij Epitome, de rebus Turcicis, quam non ex alijs scriptorum riuulis, sed ex ipsis Turcarum annalibus, studiose col-

legit: vnà etiam eorundem vultus, quemadmodum Venetijs accuratè incisi habentur.

SI

BYZANTIVM NUNC CONSTANTINOPOLIS

CASTEL nono dove sta el capo del gran Turcho

Palazo di Costantino Imperatore





I E R O S O L Y M A .




MELCHISEDECVM Chananææ Regem, & summi Dei Sacerdotem, eo tempore, quo Abrahamus in Chananæa peregrinabatur, prima huius urbis fundamenta iecisse, in eaque sui regni sceptrum collocasse, & fanum quoddam ibidem construxisse, à Iosepho & Aegesippo, historicis antiquis, memoriae proditum est: qui & tum eam Soly nam & Ierosolymam nuncupatam asserunt. Post Melchisedeci tempora, cum scilicet Iudæi promissionis terram fuissent ingressi, Iebusæi, posteri Iebusi filij Chanaanis, Ierosolymam tenuere, Iudicum 1. eamq; Iebum appellauere, Iosue 18. Iudicum

19. Hi tantum urbis fidebāt potentia, vt claudis ac cæcis, muros & turres committerent, atq; Dauidi, per contemptum nuntiarent: Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, 2. Sam. 5. Cùm autem Dauid in regem Iuda & Israel eligeretur, opera & auxilio Ornan, Iebusæi; primùm inferiorem ciuitatis partem obtinuit, tum, Iebusæos occidenti, præmium proponens, Ioab, arcem Sion inuadit. Dehinc Iebusæis, præter Ornan, profligatis ac pulsis, ciuitatem hanc, totius Iudææ prouinciæ Metropolim fecit, eamque deinceps Iuda, Luc. 1. & Ierusalem nominauit, 2. Re. 5. Quā in Iudææ, totiusque vniuersi medio, velut centrum, in altissimis montibus, constitutam fuisse, nō modò Cosmographi, verùm etiam antiqui historici, atque adeò, euidentissima, Sacrarum literarum monumenta declarant. Hæc dicit Dominus Deus, ista est Ierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras, Ezech. 5. Et Operatus est Deus noster salutem, in medio terræ; Psalm. 73. De montiū situ, idem constat. Quemadmodum enim, qui in hanc ciuitatem tendebant (Mar. 10. Matth. 20. Luc. 2.) ascendere, ita, qui ex ea se quopiā conferebant, descendere dicuntur, Luc. 10. Pluribus distincta vallibus, agros fertiles, ac cisternas multis in locis limpidas, habebat, trino muro circumdata erat, nisi, qua vallibus inuijs cingebatur. ex ea namque parte, vnius muri habebat ambitum. Et ipsa quidem initio super duos colles Sionem & Acram erat condita, contrarijs frontibus semet inspicientes, interueniente valle Tyropæia, discretos. Contra Acram tertius collis erat (Moriach dictus) valle Cedrone, ab Acra diuisus, in quo Templum, & Antonia fuere constructa. Foris autem ciuitatis, hi colles, profundis vallibus cingebantur, & à tribus lateribus obstantibus vsquequa; rupibus, adiri non poterant: Quin & quartus collis incolebatur, cui nomen est Bezetha, situs quidem ex aduerso Templi, atque Antonia, in Septentrionali plaga, fossis autem altissimis separatus. Hæc Iosephus lib. 6. de bello, ca. 6. A edificiorum splendore, populi frequentia, religionis cultu, cæteras non modò Iudææ, sed & totius vniuersi, ciuitates, superauit, adeò, vt ob summam foelicitatem ciuitas sancta, Esa. 52. Iustitiæ, Esa. 1. Veritatis, Zachariæ 8. vocetur. Stupendæ magnificentia templo celebratur, à Salomone Rege, quinquaginta milliū hominum opere, septem annorum tempore ædificato. Quod quidem continebat Sancta Sanctorum, cherubos, arcam, mensam & candelabra aurea, exhedras, mare fusile, lauacra decem, columnas æreas, omnem ritum, omnemque formam legis veteris, Sacrificia, holocausta, hymnos, & omnes denique ceremonias. Erant illic Sacerdotes & Leuitæ, adyta & vestibula, & altare, & festa, celebresque conuentus, preces, & auditiones. Tota denique Reipub. Iudaicæ forma illic consistebat. Illud verò maximè illustrauit hanc urbem, quòd Dominus noster Iesus in carne, & Euangelicæ doctrinæ splendore, in ea apparuerit. At verò, cùm Iudæi, & Reges, & Principes, & Sacerdotes (Iere. 32.) turpissimis sceleribus, ad iracundiam prouocarent Dominum, ideo frequenter in eam grauissimè animaduertit, ac in truculentissimorum hostium manus, eandem deuenire concessit. Iosephus de Bello libro septimo capite decimo octauo: Vbi verò eò immanitatis venerunt, vt visitationis suæ diem non agnoscerent, sed Dominum Iesum Christum, testes, ministrosque suos, quemadmodum antè Prophetas, nefariè occiderent, Matth. 9. 24. Luc. 21. Idco, iustissimo iudicio Deus, ciuitatem hanc Tito, Roman. Imperatori, diripiendam, exurendam, soloque æquandam, tradidit. Contigit hæc deuastatio, post natum Christum, Anno LXXII. Ac deinde, Anno CXX. Iudæi numero aucti, Betharæ, in oppido Ierosolymæ vicino, seditionem contra Romanos concitant. Eam ob causam, Aelij Hadriani Imperatoris iussu, omnes penè, sedibus suis arcebantur; ac deinde ciuitas ista, ex Imperatoris cognomine, Aelia, dicebatur. Quam ipse murorum ambitu reparauit, non tamen in monte Sion, vt antè, sed in monte Caluaria, præcepitque, ne cui Iudæo introeundi esset licentia, Christianis tantum ciuitate permessa. Vnde magnitudo iræ diuinæ in peccatores conspici potest. Si enim peculiari suo populo, & naturalibus ramis non pepercit, multò sanè acerbius in alienos scelerum causa animaduertet.

Hierosolyma, Clarissima totius Orientis ciuitas, huius Metropolis, in duobus collibus, omnibus alijs in circuitu eminentioribus, sita fuit, qui colles duo, intermedia valle, habitatorum hominum frequentiss, quam Tyropoen vocat Josephus, lib. 6. Bell. iud. cap. 6. Separatur Eminentior collis Sion dictus, in tres alios subdivisus est. Primus is est, quem lib. 2. Reg. c. 5. Mello vocat, apud montem Gion, in quo edificatum erat antiquum Caspium Siloe, quod occupabant Iebusei, & a Davide captum fuit, ubi idem quondam hircam collocavit. Sepulture locum eligit. Eodem hoc loco, constructum terminatur Monasterium Franciscanorum, dictum Sion. Versus orientem vero, huius predicti collis, alius adhuc erat qui ciuitas inferior dicebatur, in quo Palatium David conditum fuit. Hunc locum inhabitauit idem, ante quam Iebuseorum castrum, quod in Mello erat, expugnasset. Ad Septentrionem vero, situs collis, Herodis Palatium habuit. Hi tres colles, uno murorum ambitu cincti, dicuntur ciuitas David. Alter collis, duas partes habuit, vnam Montem Moream dictam, in quo Abraham obtulit filium suum Isaac, Joseph. lib. 1. Antiq. c. 14. Quo in loco, postea Solomon templum construxit, & in alio eiusdem montis, versus austrum, domum suam reuocauit, quae dicta fuit Palatium Solomonis. Tercio collis, quia templum habuit, etiam muro septus fuit, et ciuitati David adiunctus. Altera pars Aera cognominata, Moream versus, orientem contingens, cuius medietas vel pars una Bezetha, hoc est, noua ciuitas dicta fuit, etiam muro, ambitu cincta, & huius Aera medietas vel pars altera, contra torrentem Cedron posita, Palatium Abriorum continet, fuitq, suburbium, moenib. clausum. Ita, ut predicti quique colles, quaternis, ipsq, diuersis murorum cincturis conclusi fuerint. Hoc tempore Hierosolyma turcis Cumuharech dicitur.

AA Porta gregis, constructa in
tra Austrum supra torrentem Cedron,
per quam animata facitq, dicitur
nata, in urbem inducantur.
BB Porta Aerea, super torrentem
Cedron, sita in aetio templo.
CC Porta Siloe, quae sita in i
ma valle collis alius, in quo Palatium
Solomonis conditum fuit, atq, etiam
antiquum Caspium Siloe.
DD Porta David, a d. h. h. m. p. r.
ta. P. f. i. u. m.
EE Porta uicini, dicta iudicialia,
fora hanc fuit Golgotha Caluarie
locus, ubi iudex publico iudicio ad
nunc ultimo supplicio affici solebat,
vnde iher. et Saluator noster Je
su Christus, inter latrones cruci
fixus est.
FF Porta Ephraim contra Aqui
lone iuxta Palatium Herodis hanc
Nicomias vocat. Porta Capri uen
nunc s. Stephani appellatur, eo
quod extra hanc lapidatus sit,
G. G. Porta Benjamin, in angulo Ci
uitatis condita, vnde 1. Reg. 15.
dicitur. Porta angul. per hanc
ex deserto Benjamin in porta
hatur in urbem.
HH Porta Sterquilini, contra
Aera fuit sita, quod apud ca
sordes omnes, ex vrb. in torrentem
Cedron deferrebat, hac patet
vna interitio, et contra Jordanum.



Descriptio antiquae urbis Hierosolymorum, qua amplitudine et
splendore tempore Christi Saluatoris nostri,
conspicua fuit.



Noua urbis Hierosolymitanae descriptio, qua forma
& situ nostro seculo se conspiciendam prebet.

Declaratio Tabulae huius
A. Demonsi tractat formam atq, situm
pli Salomonis
B. Aera Pylana a Ciru fiano constructa
C. Turris Baris, quam Herodes regni adq,
tus, cu oportuno loco edificata, ciuitate ne qual
res nouas, per seditionem molirentur
magno sumptu edificata et murum,
denominauit ab amico Antoniano.
D. Castrum Antiochi, quod post direptione
ne orbis construxit, cui Macedoniae praesidi
um imposuit, prohibem quotidianam sacra,
notam legis praescripi offerri.
E. Palatium Agrippae, quod amoeniss
prospectu pauebat, eaq, quae in vrbis tota
et circa templum fuit.
F. Domus Regia Salomonis.
G. Palatium David.
H. Turris turris David, quondam domus David
I. Atrium, huius ve vocant Cancellaria.
K. Domus Antoniae Pontificis Palatii Agrip
pe nunc vero templum, Agrippae dicitur.
L. Aera Sion, infra scilicet, Angustrium.
M. Domus Veronicae, angularis, vbi meridi
em montis Caluarie.
N. Domus Caiaphae, nunc templum factum
Saluatoris.
O. Castrum Abriorum in quo Titus Castra
posuit, cum primum muris vrbis occuparet.
P. Aera, locus apud ambitum, eadem in
modum porticus vel portus lapidei, frequen
tibus fornicibus in sublimi supra viam publicam
elevatus, per quem ab aere Antoniana vrbis
manus, praedium semp escubabat, patebat
ad templum accessus.
S. Atrium Machabaeorum, ager sanguinis
T. Fons Siloe.
V. Palatium Herodis, auro atq, marmori
bus ornatum, summum, maxime turribus mu
nitionum.
X. Peripha, turris Octangularis, ad Sep
tentrionem occidentem, iuxta, tantum al
titudinis, et ex aere, sicut, Arabia profun
di postea.
Z. Regia Antoniae, quam Grae
ca dixerunt.
Numeri vel Cyphrae 1. 2. 3. etc. indicant
eandem nunc in noua, d. olim in veteri fu
isse locum.
a. Via, qua David transiit torrentem
Cedron, cum vniuersa domo sua, fugiens
filium suum Abiam.
b. Via, qua domus post hinc dicitur ad d. d. d.
puli trahit eundem torrentem, vadit ad hircam.



Cum Privilegio.

a. Super humerale seu ephod. b. Anuli quatuor in exte
riore. c. Dux oris super humerale. d. Textura sine artificii sup.
e. Lapidata onychini duo, qui
bus inscripta erant nomina
duodecim filiorum Israel.
f. Pals aureae pro quib. in
terpres occitit rationa.
g. Catenula.
h. Pectorale iudicij pro quo
interpres occitit rationa.
i. Vnctum in pils aureis.
k. Anuli in lateribus super
humerale. l. Anulus qui super humerale
m. Vicia hyacinthina.
n. Tunicica que super humerale
supponebatur, in cuius fo
riori parte erat capitum
sue foramen, per quod ca
pue traieciat sacerdos.
o. Tunicica aurea.
p. Mala pumica.
q. Lamina, que dicitur hyaci
thina, relegebatur, tunc
r. Tunicica hyalina
s. Thara.
t. Balcum, sine circulum.



A D E N.



Rabiam triplicē historiographi statuunt, Petreā Desertā atq; Fœlicem. Huius Metropolis, caput & celeberrimum Emporium est A D E N. De quo Lodouicus Romanus patritius lib. 2. nauigationis suæ Arabicæ, hūc in modum scribit: Hac vrbe non memini me vidisse munitiorem, in cōtinenti præsertim haud inæqualis soli, geminum latus sepiunt mœnia, quod superest montibus occluditur, inque eis quinæ sunt arces, in solo æquali est vrbs, ambitu sex mille ædium contenta: commercia in nundinis noctu hora secunda ob nimios, qui sæuiunt interdiu, æstus exercent.

Propè urbem ad lapidis iactum mons est, inque eo arx sita est. Ad radices autem montis confidunt naues: vrbs profectò elegans est, & totius Fœlicis Arabiæ urbium pulcherrima. Illò, ceu ad famigeratum emporium, ex vtraque India, Aethiopia, ac Perside exercentes mercimonia, nauali itinere confluunt. Itidem agunt, qui ad Mechā frequētes contendūt: verum simul ac liburnicæ portū appulerint, adfunt præfecti vectigalium, percontantes vnde soluerint, quidue conuehant mercium, quantumque temporis sulcando maria absumpserint, & item quot homines singulæ celores tulerint. His exploratis condicō malum, vela, & id genus armamenta asportant aliò, vt illinc abeundi haud persolutis vectigalibus exempta sit occasio appulsis. Hactenus ille. Dominus huius urbis Sultanus, nō nisi in Iunio, Iulio, & Augusto hic residere solet, ijs enim mensibus mercatorū adueniunt naues, quarum omnino nullæ, quin ex montium summitatibus conspiciantur, transcurrere possunt. Est rara huic vrbi pluuia, & dulci destituitur aqua, quam ex continenti allatam, cisternis ad quotidianos vsus conseruant. Quantum ex situ ciuitatis conijcere possum, inquit Munsterus, hæc ipsa est, quam in Arabia Fœlice Ptolemæus appellat Arabiam, aut Ocelim.

M O M B A Z A.



M O M B A Z A Ptolemæo, Tonica, insulare oppidum, elegans ac nitidum in finibus Africae. Quod Christiani anno reparatæ salutis 1505. vi occuparunt: cum enim Franciscus Dalmaida nauigaturus in Indiam, tributum ab oppidanis, Regis Lusitaniæ nomine exigeret, Afri verò armata manu tributum persolutionem recusarent, idcirco Christiani oppidum deuastantes, totum exusserunt. Rex triginta stipatus viris, fuga sibi cōsuluit, reliquis omnibus interemptis. Oppidum nunc ab Afris restauratum, & acerrimos Christianorum hostes habere dicitur.

Q V I L O A.




Q V I L O A Ptolemæo, Rapta, pulchra est, in Africa ciuitas, in eiusdem nominis regno & insula posita, continenti vicina, Mahumeticæ sectæ regulum semper habuit, summum Christianorum inimicum. Ad hanc urbem cum Franciscus Dalmaida An. Domini 1505. cum Lusitanica classe peruenisset, Regem ad se adcersiri iussit, qui morbum simulans ad defensionem sese parauit. Itaque septingenti Lusitani, ad ciuitatis oppugnationem armantur, qui ciuitate deuicta, regeque in fugam conuerso, aliaque gubernationis administratione instituta, ciuitatem hanc Portugaliæ regi tributariam fecerunt. E regione insulam S. Laurentij habet.

C E F A L A.




C E F A L A Africae insula, anno partæ salutis 1500. primū est inuenta, cuius longitudo trium est miliarium, latitudo verò vnus. Pagos habet duos, in quibus domus non pauca, & arx: Regi ciuitatis Quiloa quondam parebat, cæterum ab eo deficiens, peculiaris Regis appellatione gaudebat. Anno Domini 1505. arcem, quam Lusitani tenebant, vehemēti obsidiōe incolæ oppugnarunt, adeò quidem, vt pertenuis euadendi spes Lusitanis appareret: qui noctu, præter Afrorum opinionem erumpentes, Regem, multosque proceres in cœnaculo suo opprimunt, eiusque caput hasta infixum per arcis fenestram exponunt, eaque ratione ingens euadunt periculum, & tandem alium Regis Portugaliæ nomine præfectum constituunt.



ADEN, Arabiae foelicis emporium celeberrimi nominis, quo ex India, Aethiopia, et Perside negotatores conveniunt: vrbs est magnifica, situ et structura bene munita, aedificiorum nitore atque frequentia celebris, muro et praecellis septa montibus, in quorum summitatibus ardentis facies navigantibus portum ostendunt. Peninsulae formam quondam obtinuit, nunc autem hominum industria, vndique aquis ambitur

Cum Privilegio



MOMBAZA



QUILOA



CEFALA



CALECVT.



CALECVT, quondam Simyla Indicarum ciuitatum præcipua, in continenti sita, Olisipone maior, Malebarico pelago alluitur, vasta est admodum absque mœnibus, intus pluribus in locis vacat, domus haud sunt contiguæ, inuicem distantes plurimum, lapidibus & calce extructæ sunt, interiores ædium partes sculptæ: pro imbrice palmis vtütur, illis tegunt suas ædes. Fores prægrandes habent, miroq; artificio fabricatas, has muro incingüt instar pomerij. Ibi visuntur arbores innumere, stagna & fontes cõplufculi, nam stagnis libenter immerguntur, lotionibus enixè gaudètes. Fonte plurimú lætantur. In vrbe verò lacus visuntur complures, quibus immerfi gregarij ac proletarij, omnisq; ignobilior vulgus, ter vel quater interdiu lauantur. Rex idolorú latriæ est addictus, cui incredibilis seruitus exhibetur à subditis. Cùm egreditur, carpento vehitur, id est currus, què bini viri ferunt, omni lapidú genere condecoratum. Carpentum stipant choraulæ, præcones, buccinatores, & id genus complufculi. Patritij verò & eminentiores suæ ditionis omnes sequuntur, enses denudatos & clypeos teretes gerentes: sagittarij etiam ac velites præcedunt, itinera explorantes: conopeo, id est tentorio tegitur, cùm incedit. Ad regem propius quis non accedit, quàm ad tres vel quatuor passus, cum verò aliquid porrigunt, ac si stipem darent elephanto, ab ipsis tremebundis, id ramo porrigitur, quoniam regem tangere apud eos nefas ducitur &c. Ditissimi & innumeri sunt in hac vrbe mercatores, quorum commercia sunt aromata omnis generis vndequaue importata. Ibi sunt panni ex serico omnium generum, & auro intertexti plurifariam, æra autem fabricata & stannea vasa plurima comperies. Et vt tandem finiam, nihil ibi desiderant, quod ad humanum cultum pertineat. Hæc ex Aloysij Cadamusti nauigatione, apud què multò plura. Vide etiam nauigationes Lodouici Romani patritij.

ORMVS.



ORMVS, Priscis Armuza Persiæ inclyta ciuitas, & eiusdem nominis insula, situ elegantiore, ac vnionum copia, nulli vrbium est secúda, sita est in faucibus maris Persici, & maritimis vrbibus præferèda omnibus, abest à continenti spatio duodecim mille passuum, aquarum potu suauium, annonæque mira caritas, inuehuntur fermè omnia quæ victum cultoribus suppeditant. Illinc itinere trium dierum leguntur conchæ, quæ pariunt margaritas venustiores, grandioresque cæteris baccis. Expugnauit hanc vrbem Franciscus Dalboqueric, Anno salutis. M. D. VI. eamque Lusitaniæ Regi ingens pendere tributum annuatim coegit.

CANONOR.



CANONOR, vrbs Indiæ ad mare, haud procul à Calecut pulcherrimarum rerum præstantia celeberrima. Ibi Portugalliæ Rex munitissimam habet arcem. Vrbis Rex idolocolit cum subditis, hi solem, lunam vaccasque adorant. Portum vrbs habet, illò conuehuntur equi Persæ, sed immania sunt horum vectigalia, nam penduntur pro equo singulo aureorum vicena & quina milia. Agrum habent aromatum, maximè verò gingiberis, feracissimum.

Omnes has Indiæ, Asiæ, Africæ & Persiæ ciuitates antè nunquam celatas vnà cum enarrationibus manu scriptis, communicauit nobis Magnificus ac nobilis vir D. Constantinus Liskirchius, Amplissimæ Reipub. Colonienfis D. Consul dignissimus, vniçus studiorum, & studiosorum hominum patronus, singularisque Meccenas.

MINA.




MINA, vel S. Georgij oppidum, ad mare positum, in Guinea, Aethiopiæ regione, priscis, Aldea, quod Iberis villam, aut diuersorium denotat, duarum partium, quod hic duorum regum, Lusitaniæ nempe, & Caramansæ, eius tractus, fœdus içtum sit, Anno salutis M. CCCC. LXXXVI. Deinde Lusitanus propugnaculum eò loci extruxit, contra incursions hostium, aurifodinas impediendum, & S. Georgij del la Mina, ab eius tutelari Deo, cui locum sacrauit, nomen imposuit.

CALECHVT CELEBERRI
MVM INDIAE EMPORIVM.




Cum Privilegio

ORMVS.



CANONOR.




S. GEORGI Oppidum MINA mercatum, quod Lusitania Regis iussu D. Joannis II Anno salutis, 1482 in Genas transfatum est, quo securi mercatores alicui in factum apportant, recipientes, & Christianis, rubram, ac flavam, itera lineam parant, & similes ipsi gratas, convenientesque merces.

Tran. Regem

S. Iacobi.



MEMORANDUM



CAIRVS.



CAIRVSET Alcairo à nostris: Maz ar aut Mizir Arabicè: Massar Arme-
nicè: Alchabyr Caldaicè: Mesraim Hebraicè: Latinis Babyló, Aegypti ma-
xima ciuitas, Ex libello anonymo, qui Postelli esse putatur, oportuno loco
sita, vbi nimirum Nilus primum secatur, & *delta* formam facit, vt vrbs, tan-
quam in Nili claustro posita, aditum præbeat, prohibeatque ad superiora
loca nauigantibus. Maxima sunt circa Alcahirtim suburbia, quorum alia
tria, alia duodecim domorum millia habent. Alcairam autem, quam hodie
vulgus Alcahirum vocat, ad XXX, millia domorum habere tradunt, cum
burgis. Sunt in ea amplæ priuatorum hominum structurae, sunt & principum arces, & templa,
quæ vocantur Giuma, seu Gema, id est ecclesiæ seu congregationes: sunt hospitalia, Scholæ, & Bal-
nea, quibus ob præscriptum legis, assidue ad oblationes vtuntur. Cæterum domus iudiciariæ æ-
ruscationisque publicæ sunt in immenso numero: Sunt & Turbæ, siue Turbiæ, ampla ædificia,
magnatum sepulturis consecrata. Solent enim in Alchairo tyranni, sic antea ctæ vitæ maculas di-
luere, cum circa sepulchra, insignes prouentus, & ædificia assignant pauperibus, peregrinis, studen-
tibus, Morabitis seu Heremitis, & varijs sectis, quibus ea religio abundat: Ita, vt ad 60. millia aureo-
rum annui prouentus, non pauca loca habeant ex testamento, sic vitam æternam instituunt Ty-
ranni. Et si Nili aqua, ad singulas vrbs necessitates, semper decurrat, potissimum ad piscinas reno-
uandas, ad ablutiones, & Dioryges nilos, & Euripos: excrecente tamen Nilo tanto cum impetu
admittitur, vt tota vrbs sit solis lembis peruia, & suas vias tunc habeat instar canaliû Veneticorû;
ita vt sit veluti mare. Scribitur de hac ciuitate, quòd Anno Christi. M. CCCC. LXXVI. grassante
peste in ea ad tres menses, aliquoties mortui fuerint, vno die, viginti hominum millia, vnde ma-
gnitudo vrbs, populi que multitudo æstimari potest. Sunt circiter octo millia hominum in ea, qui
cum Camelis aquam ex Nilo in vrbs deferunt, vt illam in vsum hominum vendant, & ad spar-
gendum in plateis, & ad sopiendum puluerem pavementi. Itinerarium quoddam Aegypti, sic ha-
bet: Alchaira pulchra est ciuitas, quæ Lutetiam Parisiorum magnitudine quinquies superat. In ea
aliquot, & ea quidem pulchra, Christianorum templa inueniuntur. In plateis tâta est hominum,
mulorum & equorum multitudo (omnes enim tam viri, quàm sceminae communiter equitant)
vt sine impedimento, nemo plateas transire queat, in quibus etiam artifices, ante ædes opificia sua
exercent. Pauci necessaria sibi domi parât, sed ea à cocis qui per vicos omnia circumferunt, emût.
Horum autem plures in hac vrbe inueniuntur, quàm XXX. millia. Quamplurima sunt infideliû
fana, valde magna, palatiorû instar, à quorû ingressu, sub pœna capitis, Christiani arcentur, nisi fidẽ
Christi abnegent. Habentur hic quoq; fornaces, in quibus oua artificioso fouentur calore, vt pul-
los ex se producant. Fræmoralia, quemadmodum & viri, ex holoferico, gemmis, & lapidibus pre-
tiosis confecta, hic induunt sceminae. Earum etiam pluralitas viris conceditur. Hactenus itine-
rarium. Ab Alchairo insulam separat Nilus, Cerbicum dictam, quam & Mechias, id est mensuram,
vocant, vt vult Ioannes Leo Afer, eò quòd hodie mensura aquæ ibi obseruetur. Hanc autem ra-
tionem adfert: cum enim in multis Aegypti locis, olim essent colûnæ, ad obseruationem incre-
mentorû positæ, potissimum circa Memphim, vt res in religionẽ, & æruscationem verteretur, cu-
rarunt Mussulmanni, seu religioni Ismaelis addicti, vt adacta in terrâ fossa quadrata, eximia ma-
gnitudinis templum, in Insula constructum, ad 18. pedes in profundum veniat, & per aquæ ductû
subterraneum, aquas admittat: in fossæ medio columna est totidem pedes alta, in qua dum crescit
Nilus, notantur incrementa, & quotidie, quàm diu crescit, mittitur in vrbs pueri, peplis croceis
capite redimiti, qui quantitatem denuncient, vt siue deficient, siue exundent aquæ, à modo fertili-
tatis, hortentur ad pœnitentiam, si benè habeant, ad lætitiã, acceptis à populo munusculis, pro
læto nuncio. Inde à columna mensoria, nomen est vrbi, Michias, & Menchas. Zelimus Turca-
rum Imperator, longè maximam hanc ciuitatem expugnauit, arcemque ingressus est XXV.

Ianuarij, Anno salutis M. D. XVII. Cepit autem Tomumbeium, tunc temporis
Sultanû, in palude inter cannas & iuncos latitantem. XI. Aprilis, iussitque,
vt mulo per totam vrbs vectus, affixum collo laqueum
gereret, ac tandem in ciuitatis porta
suspenderetur.

URUS, QVAE OLIM BABYLON; AEGYPTI MAXIMA VRBS

Pyramides hae in Aegypto nihil aliud fuerunt, quam Regum pecunia otiosa et sententia Cupiebant enim reges, aut potius beluae coronate, hoc modo nomen suum in terram scribere, & longissima sui relinquere memoriam, cum tamen nullius rei fama sit in mundo tenuior. Nam aut quis Architectus fuit, aut quis rex insanus aliquam pyramidem crederit, non consat



10. Aegypti Pyramides
11. Aegypti Pyramides
12. Aegypti Pyramides
13. Aegypti Pyramides
14. Aegypti Pyramides
15. Aegypti Pyramides
16. Aegypti Pyramides
17. Aegypti Pyramides



1. Hic obeliscus unicus consuetur lapide vias, longius passus xxi, latus autem palmos vii.

2. In hoc loco habemus colligitur.

3. Palatium Campionij Campanicae, de quo loquitur Petrus Martyr lib. de ipsius legatione.

4. In hoc loco abluuntur panis, Magnos autem ibidem efficitur modus nunc perijt. Ceterum multae admodum hereditate, pascuae in vrbis sunt, ad publicas necessitates, et ad ligand.

5. Montes peripennaturos. 6. Mores sunt, hoc est, hoc parate, ubi pauperes exapiantur. 7. Ingenti proventus.

7. Turbæ seu Turbis, aedificia ubi sepeliuntur magnates.

8. In hoc loco potest subire tormentis igni, vovus totam civitatem, 9. Promptuarii, ubi Principes reponunt frumenta, ubi et ligna et carbonem distribuit.

10. Hic nota faciunt, ut aqua in hoc aqua ductus exaltata, in arcu decurrit.

11. Males hanc sit est, Exortus seu prima vrbis, quae dicta est Babylonis.

12. Columna hae posita est, ut ex ea Nilus incrementum suscipiat, ut de certissimum petatur aut cultus, aut caritatis anone institui.

13. Cum his rotis, seu tympanis, adliquantur horij.

14. In hoc loco sunt festu hippocromica, seu eques tres cussus, in agillid lanceis, et quous modo deprecitidit equis, & alijs ple rui, huiusmodi et. Mamburij vrbis, in illis ea asinum, abeni, quae se credas vllam finiam facere. 15. Sic vrbis vrbis, nobiles faminae, cum aureo ornamento in capite, Et hinc panis ornate, facie cooperis, quae videre, sed colere non possit.

16. Sic agnos salerata equitanti abeni, quae vrbis faciunt, quae ti nos multo nos frux aut equos.

17. Arbores castia proventus vbi et palus, cardij, fructus distipit



TINGIS



TINGIS, quæ Lusitanis Tangiara, ampla & antiqua ciuitas, non procul à freto Herculeo, Septæ cœpit parere domino ab eo tempore, quo Gothi Granatensibus imperabāt, donec in Mahumetorum potestatem Arzilla peruenit, urbana semper, nobilis, beneq; exulta fuit, structurisq; sumptuosissimis varij generis admiranda. Ager non admodum foelix: nec frugibus ferendis valde accommodus: cæterum valles habet proximas, quæ fontibus assiduis irrigatæ, omnium generum fructibus foecundissimam reddunt. Reperias quoque extra urbem vites aliquot, verum in solo arenoso. Incolis frequentissima permansit ad ea vsq; tempora, quibus à Lusitanis expugnata fuit Arzilla: tum enim ciues rumore bellico perterriti, collectis rebus

omnibus, Fessam profugerunt.

SEPTA



SEPTA quæ Latinis ciuitas, Lusitanis autem Scupta appellata, secundum classicos authores à Romanis in faucibus freti Herculei ædificata, olim totius Mauritaniæ metropolis fuit, quare Romani eam nobilitarunt, fuitq; in ea summa urbanitas, & ciuium frequentia. Deinde à Gothis occupata, principem in ea constituerunt, remansitque apud eos principatus, donec Mahumetani Mauritaniæ fines ingressi, hanc quoq; vsurpauerunt. Frequentia habuit templa, & studiosorū collegia, ciues literatissimos, & qui æneis operibus, singulari artificio fabricatis, cæteros excellere, cuiusmodi sunt candelabra, pelues, calamaria, aliaque id genus ex ære confecta, quæ perinde elegantia habebant, ac si argentea vel aurea fuissent. Habent Itali & in huiusmodi rebus conficiendis non parum gratiæ, verum nihil omnino, si hæc respicias. Extra ciuitatis mœnia, amplissima sunt rura, eo præsertim loco, qui vitiū frequentia consitus, vinetum dicitur: verum ager sterilis & asper est, quare magna semper illis frugum caritas.

TZAFFIN



TZAFFIN, elegans Africae oppidum, muro ex montibus septum, arcem turribus firmam, ædificia frequenti numero nitidè culta, & miræ altitudinis turrim ostentat. Anno salutis redemptæ 1508. septima die Iulij Regis Emanuelis præfectus, Drego Dasambusa, oppidum hoc Mauris eripuit.

ARZILLA



ARZILLA Africanis Azella, spatiosa ciuitas Africae ad Oceani littus extra Herculis columnas à Romanis ædificata, à quibus distat septuaginta plus minus passuum millibus, à Fessa verò circiter centum & quadraginta. Paruit quondam Septæ principi Romanis tributario, tum à Gothis capta fuit, qui per ducentos viginti annos eam seruarunt, donec ab Anglis foelici Marte expugnatur, qui captam urbem, ferro & igne ita deleuerunt, vt vnus vix saluus effugerit, ac triginta ferè annis incolis vacua remanserit. Postea verò temporibus pontificis Cardouæ (qui Mauritaniæ imperabat) rursum reparari, modisque omnibus augeri, ditari, ac munitior reddi cœpit. Incolæ fuerunt locupletes, docti, armisque exercitatissimi. Ager & frugibus ferendis, & omnis generis leguminibus producendis est percommodus, sed cū à montibus decem ferè distet milliariibus, magnam ferunt lignorum penuriam, verum carbonibus Haraide aduectis, vtuntur. Anno D. 1471. 27. Augusti, ex improviso à Lusitanis, & oppugnata & capta est, incolis omnibus in Lusitaniam abductis, inter quos & Mahumetes fuit Fessanorum rex, qui tum septem annorum puer, vnà cum sororcula eiusdem ætatis, pariter captus. Hæc Ioannes Leo Africanus.

SALA



DVplex eius nominis oppidum amnis interfecat, vetus, & nouum, quod non ita procul ab Herculeo freto remotum, Septam respicit. Vetus, anno post Christi aduentum 1514. multarum ædium structura, & mercaturæ commodis, admodum auctum, arcem habet amplam, & eminentiori in loco turrim, Summatassem dictam, quam eo potissimum nomine ædificarant Saraceni, vt inde in Granatæ oram pateret prospectus. Castrum huic ciuitati vicinum conspicitur, in quo magnifica est Regum Fessæ sepultura. Hæc manu scriptum exemplar suppeditauit.

TINGIS, LV-SITANIS, TANGIARA.



TZAFFIN.




Cum Privilegio.


SEPTA.




ARZILLA, maxima quodam Africæ urbs, nunc in angustias à Christianis contracta.



SALA.





A N F A.



NFA, ab alijs Anaffa, amplissimum oppidum, à Romanis in Oceani littore extructum, cum omnibus Africæ ciuitatibus situ lociq; amcénitate certare potest. Planities illi (præterquam in Septentrione, ná ea parte mare respicit) patet in longum octuaginta ferè passuum millibus. Tempia quòdam habuit mirificè extructa, officinas complures, palatia insignia: cuius rei facilè fidem facient, quæ in hunc vsque diem relicta sunt monumenta. Spatiosi illis fuère horti, è quibus & magna fructuum copia decerpitur, melonum præsertim, ac citrioli: quæ omnia maturitatem medio Aprili attingunt, quare incolæ suos fructus Fessam deferre solent, quòd multò citius matura colligantur, quàm Fessæ. Vestitus illis cultus est atq; ornatus, fuitq; summa eis semper cum Lusitanis, ac cum Anglis consuetudo. Eruditorum hic copiosus est numerus. Verùm duas ob causas huius loci ruinam euenisse volunt. Primò, quòd supra modum libertatem ambiebant: secundò, quòd myoparones in portu habebant, quibus Gades, atque Lusitanos miris indies vexabant incommodis. Quare tandem Portugalliæ rex classem expeditissimam quinquaginta nauium ad eos misit, quæ incolis tantum terroris intulit, vt illi arreptis secum quæ poterant bonis, Rabatum nonnulli, alij Selam confugisse dicantur, hostibus eam urbem depopulandam relinquentes. Qui autem à rege totius classis dux missus erat, fugæ omnino ignarus, suas copias accuratè instruit. Postea verò quæ gesta erant, à quibusdã intellectis, milites in urbem introduxit, quam vnus diei spatio sic vastarunt, domos incendio deleuerunt, atque muros multis locis solo æquarunt, vt in hunc vsque diem habitatoribus vacua remanserit. Expugnatum est hoc oppidum Anno salutis 1468.

A Z A A M V R V M.



Z A A M V R V M Duccalæ oppidum, Afris conditoribus ad Oceani littus èo ipso loco quo flumen Ommirabih initium habet, extructum ab Elmadina miliaribus ex Meridie plus minus triginta distat. Spatiosum est atque amplissimum, habitatoribus copiosissimum, familias numerat circiter quinquies mille. Hanc perpetuò Lusitani mercatores habitant. Incolas habet ciuiles, habituque admodum ornatos. Populus in duas diuisus est partes, & tamen perpetua illis pax est. Frugum atque leguminum maxima illis prouenit copia, etsi nihil quicquam horti præter ficus producant. Piscium his tanta est affluentia, vt inde singulis annis aureorum aliquando sexies mille, nonnunquam & septies mille prouentus redeat. Piscandi autem tempus ab Octobri mense, ad finem vsq; Aprilis est. Solent pisces in Sartagine cum aliqua olei portione frigere, atque inde tantum pinguedinis colligunt, vt non facilè quis credere possit: hanc Iychno pensili infundunt, non enim aliud habent huic rei aptum oleum. Huc semel in anno confluunt Lusitani, ac tantam piscium copiam auerunt, vt illi iam dictam enumerent aureorù summam. Hinc factum est, quòd Portugalliæ rex, spe prædæ allectus, non semel ad eos classes miserit instructissimas: quarù prior propter ducis imperitiam, in ipso gurgite disiecta, ac propemodù omni ex parte submersa fuit. Post hæc rex ducentarum nauium classem expeditiss. misit, qua conspecta tantum intulit ciuibus terrorem, vt omnes in fugam sint redacti, tanta cum portas ingredientium strepitu atq; turba, vt in ea ciuium plusquã octuaginta fuerint interfecti. Anno post Christ. Nat. M.D.XIII. Die II. Septemb.

D I V.



I V, veteribus Alambater insula, eiusdemq; nominis pulcherrima & populosa ciuitas ad ostium Indi fluminis in mari Malabarico, Regi ciuitatis & ditioni Gambaia quòdam parebat. Sita in fronte sinus Cambaiæ, Indicum respiciens mare. Quam Christiani nauali prælio, classe 239. nauium, omni armorum genere instructissima, non sine maxima difficultate expugnauerunt. Nam oppidanis rex Cambaiæ, Adensium, & ciuitatis Calcut, auxilio fuerunt.

G O A.




O A, vrbs admodum in India potens, in regno Decam prouinciæ Malabar, in insula maris Malabarici seu Calcutici sita: De qua plura in indice.

ANEA, QVIBVSDAM ANAFFA.



A ZAAMVRVM.

Tempus D. Virginis



D I V.



Cum Privilegio.

Bonifacii

GOA fortissima India vrbs in Chris fuanorum potestatem anno Salutis 1509. deuenit.






CVSCO.

BA noui orbis pars, quæ meridiem magis respicit, quàm Hispani terram firmam appellat, Bresiliam Peruuiamque comprehendit. Huius Metropolis, & præcipua est ciuitas Cusco, ea amplitudine, fortitudine, & magnificentia, vt cum pulcherrimis etiã vel Gallia, vel Hispania vrbibus, inuicta arcis munitione, & hominũ, potissimum claro genere natorum frequentia, & ædificiorum serie & dispositione, & situs amœnitate, haud immeritò contendere queat. Nulla in eam multitudo plebeia admittitur, sed nobilium, procerum, & maximorum principum, inclyta & magnificentissima sedes est, qui partim intra vrbis mœnia, partim in villulis suburbanis, ruri magno numero degunt. Inter quæ quidem præcipua sunt palatia procerum quatuor, qui huius Reipub. clauum moderantur, quæ superbissimè, sumptu propè immenso, marmoreis quadratisque lapidibus structa, atque depicta videntur. Plateæ cum omnes sint rectæ, crucis formam plerisque in locis efficiunt, nulla autem est, per quam non amœnus delabatur riuulus, canali ductus, vtrinque lapidibus vestito. Forma ciuitatis quadrangula, in latere collis, exiliter, atque venustè deprimitur. In cliuoso & difficili montis ascensu, admirandæ pulchritudinis arx spectabilem, atque amœnam hanc vrbem reddit, cuius siue pulchritudinem, siue ingentem ædificij molem consideres, perpauca similes in vniuersa Europa illis sunt visæ, qui terras quamplurimas perlustrarunt. Habet ea in summo montis vertice turrin, rotundo opertam tecto, ex qua longè lateque prospectus panditur, ædibus paruis habitationi destinatis abundat, quæ omnes ex lapide viuo nitidissimè sunt ædificatæ. Etenim tam accurata, & planè noua iunctura, videndi sensum fallente, compositos habent lapides, vt non colligatum, sed perpetuum, ac fufum opus videatur. Quinque hominum milia, citra difficultatem, recipiunt. Illud arcis latus quod nullis tormentorum viribus verberari potest, vnus tantum muri ambitum habet: vbi verò facilior est in collè ascensus, triplici muro gradatim ea ratione ambitur, vt prioris fastigio sequētis fundamentum respondeat, ac pari altitudine deinde ascendat, mediocri interiecto spacio, quod perpolititas cõtinuo ordine domus continet, eaque latitudine, vt cõiunctim vehicula tria citra offensionem liberè commeare queant. Tam firma hæc mœnia censentur, vt nec quassari tormetorum strepitu, nec occultis terræ cuniculis, cum petrosæ rupi insistant, possint euerti. Peringentes sunt, ac validissimi lapides, ex quibus ea constant, quorum inusitata, immensa, ac rara magnitudo facit, vt humana industria huc eos esse congestos credi vix possit. Est in hac arce armamentarium oppidanorum armis refertissimum. Delectantur incolæ rebus depictis. Abundant panno, plumbi, stanni que fodinis, argenti vim magnam, auri perparum habent.

MEXICO.

Mexico, siue Temixtita, in Hispania noua, Mexicanæ Prouinciæ opulenta & celeberrima ciuitas, vliginosa & falso in lacu mirabiliter cõstituta, amplitudine Hispalim, aut Cordubã superat: via quæ ad illustrè hanc vrbem deducit, ampla est, & visu iucunda. Vici quoque omnes habent suos exitus, vt ab vno ad alium aquã permeare possint. Habent plurimas plateas, vbi assidue sua habent fora, & commercia ad emendum & vendendum. Quarum vna est duplo maior foro Salamanticæ ciuitatis, vndique porticibus circumdata, vbi quotidie vltra sexaginta millia hominum venditium ementiumque cernuntur. Est in ista platea permagna domus, in modũ iudicij, in qua incidentes in foro contentiones dirimuntur. Sunt etiã hic plurimæ Meschitæ, & Idolorum domus, quas religiosi incolunt. Est inter Meschitas vna suprema, cuius vix credibilem magnificentiam Cortesius copiose explicat. Idola sua, ex farina & humano sanguine conficiunt, quibus multa hominum corda ex viuientium corporibus extracta, quotidie offerunt. Est & hic magnifica Regia potētissimi illius domini Mutezuma, cui noui vrbis aded multæ prouincię parebant, vt non esse alium in vniuerso terrarum orbe dominum eius subditi crederēt. De rara huius Mutezumæ magnificentia, & de alijs cum harum ciuitatũ, tũ orbis nuper inuenti historijs, multa suppeditabunt illi, quos D. Abrahamus Ortelius, celeberrimus ille Geographus, in perillustri Theatro suo, folio. 2. noui orbis descriptores allegat.

MEXICO.



MEXICO, REGIA
 ET CEBRIS
 HISPANIE NO.
 VAE CIVITAS.


Cum Privilegio.




CUS

CO.

USCO. REGNI PERU
 IN NOVO ORBE CIVIT.





GEORGIVS BRAVN AGRIPP.

CANDIDO LECTORI

S. D.



QVIA IN HAC VRBIVM TOPOGRAPHIA, CANDIDE LECTOR, LIBE-
riore sermone, expatiari non licuit, sed pro capacitate loci, in altera picturarum facie vacui urbium,
oppidorumque constringenda fuit descriptio, hinc factum, ut non ea, qua par erat, dignitate de eorum
magnificencia differere potuerim. Itaque in ea, quam nunc appendice, iungimus, quae simul & indicis
vicem subibit, dum paulo fufius de quibusdam scribimus veram indicis rationem (quem breuem, an-
gustisque limitibus comprehensum esse decet) minus obseruamus. Non quidem eo instituto, quasi ea
omnia, quae de urbium primordio, antiquitate, conditoribus, situ, politica administratione, prae-
rogatiuis, ac priuilegijs, de magistratu, variaque fortunae mutatione, conscribi poterant, in appendi-
ce hac comprehendere velim, hoc enim, uti laboris esset perardui, operisque immensi, ita fallacis, in-
certaeque inquisitionis foret. Eo, quod de primis urbium foundationibus, de originibus nominum, multa fabulis propin-
qua, scribantur, de multarum etiam principio, & Historiarum inopia, & hominum incuria, perparum, aut nihil certi inue-
niatur. Quod, cum de multis Germaniae urbibus, doceri facile possit, tum de totius vniuersi domina, vrbe Romana, in-
dubitatum est, quam aliqui a congregatione hominum, nomen habere, alij a Troianis, alij ab Euandro, caeteri a Romulo
conditam, scribunt. De quibus autem certi quippiam, historiarum monumentis commissum, extat; ex his praecipua, tum
in ipsa enarratione, tum in hac appendice, ac indice, delibauim, quibus etsi curiosis, non per omnia satis fiat, tamen candi-
dis ingenijs, his, quae non sine labore perquisita, candidè profero, ex parte me satisfacturum, omninò spero. Maximè qui-
dem, dum auctorum insertis nominibus, lectionem, fide dignam, reddimus. Quo etiam ipso, eorum obiectioni respon-
deo, qui in longinqua, minusque mihi cognita loca, me calamum transtulisse, obijcient. Si quid verò mihi in his, quibus
auctorum destitutor scriptis, ob rerum ignorantiam, aut imbecillitatem ingenij, fidei fortassè deceder, id, admiranda picto-
ris industria, artificiosa Hogenbergij manus, viuus urbium delineationibus, cumulatissimè compensabit, qui tanto studio,
eas graphicè, accurateque depinxit, earumque hoc libro imagines tuta oculorum lustratione, citra itinerum peregrina-
tionisque pericula, vno, quietè sedentis intuitu (quod in ipso loco, non ita commodè fieri posset) spectandas exhibet, ut
etiam sine enarratione historica, earum situs, forma, structura, atque conditio, non incommodè perspicere queat. Vale. Ex
Musæolo nostro Agrippinensi. Calend. Ianuarij. Anno partæ Salutis Clō. Io. LXXV.

A.

53. **A D E N A**, vrbs est Arabiae metropolitana, & minutissima, in
radicibus montis editi, qui in mari lingula procurrat, sita, & vtrin-
que fluctibus in sinus reductis alluitur, ita, ut peninsula fiat. Mons
est adeò sterilis, ut nec arbores vllas, neque plantas efferat, nempe,
qui sit saxosus, & praeruptis rupibus in altum promineat. Aquis
caret, raro admodum pluuijs irrigatur. Ex longinquo pago aqua,
per aqueductum, in locum, qui ab vrbe quatuor millibus passuum
distat, deriuatur. Ea vrbs aquatio est. Annona & cibarijs importa-
tis vititur, quorum tamen est incredibilis copia. Est cincta muris,
munita turribus, exulta mœnibus, & ad aspectum pulcherrima.
In illam mercatores à Perside, & India, & Aethiopia, & ex multis
Arabiae regionibus saepe commeant. Incolæ Mahumetem colunt,
colore candido, & specie liberali sunt. Homines nobiles armis ex-
ercentur, & militaris gloriae decus ardentè expetunt. Rex alias ci-
uitates in mediterranea regione possidet, & milites non paucos sti-
pēdijs alit, & è suis tantum subditis, in praelium, cum opus est, duo
millia equitum educit. Vbi verò huic moderatorem, cuius virtuti
multum confidit, praepone solet. Hæc Olorius lib. IX. de rebus ab
Emanuele Lusitaniae Rege, gestis. Paulus Venetus autem, hunc in
modum de hac vrbe, eiusque prouincia, scribit. Aden, inquit, opti-
mo portu excellit, ad quem ex India plurimæ appellunt naues, aro-
mata deferentes. Et negotiatores quidem Alexandrii, illic emen-
tes aromata, ponunt ea in naues paruas, atque septem diebus per
flumen quoddam ducentes, postea humeris camelorum imponunt,
& triginta dierum itinere, per terram vsque ad fluuium Aegypti
deportant, & rursus in naues exonerantes, tandem vsque ad Alexan-
driam perducunt: Nec potest compendiosior haberi via ab orien-
tis partibus vsque Alexandriam: Negotiatores verò illi ducunt se-
cum plurimos equos, quando nundinandi gratia, in Indiam con-
cedunt. Exigit autem Rex Aden ab illis mercatoribus, qui per re-
gionem suam aromata & alias merces deferunt, vectigal maximū,
vnde plurimum ditescit. Quum Sultanus Babyloniae obsideret ci-
uitatem Aconensem, & eam expugnaret. Anno scilicet M DCC.
misit Sultanus Aden in auxilium eius triginta millia equitum, &
quadraginta millia camelorum, non, quod vsque adeò illius cu-
peret augere felicitatem, sed quod omnes maluit extinctos Chri-
stianos. A portu Aden, eundo versus Septentrionem, sita est ciuitas
Escier, quadraginta distans milliarijs ab illo portu, & habet sub
se multas alias ciuitates & castra, sed quae omnia sunt de dominio
Regis Aden. Est quoque iuxta hanc ciuitatem optimus portus, à
quo innumeri equi ducuntur in Indiam. Abundat hæc Regio thure
albo atque optimo, quod de paruis arboribus, abietibus tamen simi-
libus, stillat. Incolæ crebris incisionibus perforant harum arborum
cortices, ut thus extrahant, tamen si calor quoque, qui ibi maximus

est, plurimum eliciat liquoris. Habet quoque Regio ipsa palmas cum
dactylis, sed, praeter modicum risum nullum producit frumen-
tum, verum aliundè importandum est. Abundant autem piscibus
optimis, praesertim tunnis, qui ibi optimi habentur. Vinum non
habent; sed ex dactylis, tiso, & saccaro, optimum faciunt potum.
Verueces, qui in hac regione inueniuntur, sunt statura parui, auri-
bus omnino carentes, sed loco earum, cornua parua habent. Equi,
boves, cameli, atque oues, vescuntur piscibus, qui quotidianus illo-
rum sunt cibus, quum illic ob immensum calorem, herbae & fru-
menta, ex terra haberi non possint. Fit autem tribus anni mensi-
bus piscium captura, scilicet, Martio, Aprili, & Maio, tantusque il-
lorum capitum numerus, ut non facile explicari possit. Hos pisces sic-
cant, & feruant, atque per totum annum animalibus edendos, pa-
buli loco, proponunt. Vescuntur autem animalia libentius de sic-
catis piscibus, quam recentibus. Fiunt etiam ab incolis panes bis co-
cti ex piscibus, idque in hunc modum. Concidunt pisces minuta-
tim, atque contundunt in modum farinae, & postea commiscent,
& subagitant quasi pastum panis, atque ad solem desiccari faciunt,
& viuunt ipsi, & iumenta ipsorum de illis panibus factitijs, per to-
tum annum.

20. **A M S T E L R E D A M V M**, Hollandiae Metropolis, de qua
hunc in modum Hadrianus Barlandus. Hoc caeteris, quae nomina-
ui, recentius oppidum, genus hominum incolit pecuniae studiosius.
Quocirca in remotissimis etiam terris, negotiantur, habentque to-
to serè anno, externum, domi suae, mercatorum, praestat hoc illis com-
moditas portus. Sunt alia quaedam non penitenda Hollandiae op-
pida, Goricum, Gouda, Alcmaria, Roterodamum, eximi jillius viri
Erasmi Roterodami, vrbs nutricula.

46. **A N C O N A**, Hadriaticum mare, venustissimo, in Preno
situ, superbissimoque portu, nobilitat. Agrum habet bonitate, fer-
tilitate, ac vbertate multorum nobilium fructuum, & frumenti,
praestantem, maximè verò celebrem, generositate vini, à Strabone
Plinioque, laudati. libr. 14. cap. 6. Quod hodiè nominatissimum Si-
roli esse puto.

57. **A N F A**, celebre quondam Africae, multisque aedificijs nobi-
le, oppidum, nunc habitatoribus vacuum, cuius ruinas, & desola-
tos, ab omni cultore, hortos, cum Ioannes Leonis Africanus con-
spexisset: Vix, inquit, lachrymas tenere potui, vbi quorundam aedi-
ficiorum atque templorum (quorum adhuc quaedam extabant mo-
numenta) miserandam ruinam seriò contemplatus fuisset. Horti,
etsi nonnihil adhuc fructuum producant, sylvas tamen magis
dicas, quam hortos. Nunc autem Fessanorum iniuria, ad tantam re-
ducta est ea vrbs calamitatem, ut nulla prorsus spes sit, nouos, in
posterum colonos, recipiendi.

17. **ANVER-**

INDEX.

17. **ANVERPIA**, longè celeberrimum in Brabantia Emportu, dextram Scaldis ripam, longo tractu mœnibus & turribus coronans, ab Oceano secundum flumen quindecim circiter milliariis Brabanticis distat, quorum singula in terra tantum spacij completuntur, quantum si expeditus pedes, stato & ordinario gradu, intra horam vnam, absoluat, & laboris satis sit habiturus, & non nimium difficultatis. De huius urbis situ, splendore & edificiorum, populi industria atque diuitijs, quorundam extant scripti libelli. Est hoc nobile oppidum partim maritimum, Gallis, Germanis, Hispanis, Britannis, Italis frequentatum. Hod. è diuino munere, & senatus prouidentia, sic floret mercimonijs, vt nec Londino in Anglia, nec apud Germanos Francofordiæ, nec in Gallijs Parisio cedere debeat: priuata hic domus affabrè constructa. Certamen est in vrbē, quis elegantius ædificet. Grandia sunt templa, vnum Deiparæ virginis augustissimum, cum turri altissima, ex candido lapide. Gentis mirum in opificijs acumen, domos extruunt altas magis, quàm amplas, propter locorum angustiam, & ex Senatus edicto, ex lapide. Vrbis est quàm optimè munita, mœnibus circumdata altissimis, vino, sectoque ex lapide stupendis impensarum sumptibus **Diæ Mariæ Hungariæ Regiæ**, &c. hortatu, Anno A. C. N. M. D. LII. constructis, quæ in ambitu propugnacula multa plana, & summæ vastitatis, inuictasque moles ostentant, in quarum altera hæc **eximia pietatis S. P. Q. Auerpiciensis nuncupatio legitur.**

DIVAE MARIAE HVNG. REG. DIVI CAROL. V. CAES. SORORI, PATRIAE EX FRATRIS AVCTORITATE TVTRICI, S. P. Q. A. HANC MOLEM EX EIVS NOMINE MARIANAM, NVNCVPANTES, PIIS VOTIS D. D. QVOD SOLICITO ILLIVS HORTATV, TANTAE HAEC VASTITATIS MOENIA, GRAVISS. REIPVB. IMPENSIS, VEL QVADRIMESTRI SPACIO, AD MILLE PAS. SVVM LONGITVDINEM, IN SVPERIOREM VS. QVE LIMBVM EXCITATA SINT, VNIVERSVM. QVE VRBIS AMBITVM HAC PARTE COMPLERINT, MENSE AVGVSTO. M. CCCC. LII.

CONSTANT. HALMALVS, EQVES AVRA-TVS, HVIC MOLI PRIMVM IECIT LAPIDEM, DIE XVII. IVLII, M. CCCC. LII.

In altera mole, hunc in modum legitur.

IVSSV CAROLI V. CAES.

IOANNES A CROMBACH, EQVES AVR. HVIVS VRBIS SENATOR, HVIC MOLI, INDIIO NOMINE, DIVI IACOBI, PRIMVM IECIT LAPIDEM, ANNO M. CCCC. XLII. DIE III. IVNII. Est hæc ciuitas vna omnium, quæ sunt hodie in Inferiori Germania, sacrarum cæremoniarum studiosissima, veræque pietatis cultrix. Monasterium habet præmonstratensium, & structura magnificentum, & monumento Isabellæ Caroli Ducis Burgundionum Coniugis, nobile. Hæc partim ex Hadriano Barlando excerptimus. De florentissima autem Auerpiciæ Reip. præstantia, dignitate, nomine, atque origine, præter accuratissimam Guicciardini descriptionem, Auerpiciam etiam origines consule, Eruditissimi viri, Doctoris Ioannis Goropij Beccani, qui eas, nouem libris, doctissimè, complexus est.

12. **AQVISGRANVM**, Sacri Romani imperij ciuitas libera, aliquot miliarijs, à Colonia Agrippina distans, à Grano, Duce Romano, Neronis fratre, primæua fundatione constructa, ab eo, & ab aquis calidis, plano in loco ibidem repertis (vt multi, incerto tamè authore perhibent) Aquisgranum denominata. Deuastata ab Hunis, à Carolo magno restauratur, murisq; cingitur. Qui & primus religionis Christianæ prædicator, hic extitit. In manque ibidem Ecclesiam, auro, argento, perpetuis foundationibus, & præstantissimis sanctorum reliquijs, diuersis ex locis, mirificè exornauit. Pallatio etiam, regia magnificentia conspicuo, huius urbis splendorem adauxit. Quod anno Christi D. CCC. LXXXI. à Nordmannis igni consumptum est. Ex eadem hac vrbe Carolus, re & nomine Magnus, Anno partæ Salutis, D. CCC. XIII. ad felicem beatorum patriam, emigravit, ætatis suæ LXXIII. Imperij verò, anno XIII. Cuius tumulo, B. Virginis templum, quod paulò antè construxerat, inclarèscit. Prodiit ex hac vrbe egregium patriæ, & Agrippinensium decus, summus, ac Reuerendus vir, D. Theobaldus Crascelius, Theologica professione eximius, qui florentem Coloniensem Rempub. annostriginta, quemadmodum & hoc tempore, pari cum fructu, tum diligentia facit, verbi diuini administratione pauit: nunc verò Cyrenensis Ecclesiæ Episcopus, & Reuerendissimi Archiantistitis Colonienfis, Suffraganeus designatus, confirmatusque est.

33. **ARGENTORATVM**, Elfatæ Metropolis, sedes veterum Tribocorum, siue Tribonorum, qui ante Iulij Cæsaris Octauij Augusti tempora, in hanc prouinciã, cum reliquis Germanis transfregissent, posteaquam Romanis parere cœpit, ac vnã cum Imperio, Latinum vocabulum habere meruit, inter ciuitates Rheni, quæ Treuicorum latissimè patentem Iurisdictionem agnoscebant,

sub primis Romanorum Imperatoribus, haud obscuri nominis fuit, sub posterioribus Comitem habuit, qui Tractum Argentoratensem gubernabat, in Germania prima. Sequens ætas Alsatiam à flumine irrigante vocauit. Quo tempore subinde à Transrhenanis gentibus Romanorum hostibus perpetuis, hæc vrbs infestabatur, donec sub Galliarum occupatoribus Francis indigenis illis, & veteribus Germanorum populis, Romanam administrationem, quoad fieri potuit, retinentibus, (id quod à diuo Theodorico ostrogoto Cæsare, quem Veronensem appellamus, atq; cæteris huius gentis primis inter Germanos Romanorum regibus, in Italia ac prouincijs id temporis obseruabatur) post deuictos Alemanos, nouum & hoc nomen, vt etiam Francorū, donec, inquam, Rege Lodouico Magno, siue Clodouice iam Christiano facto, religio nostra publicè, & absq; metu passim ab omnibus susciperetur, atque pace firma constituta, sacricola dominicam illam domum, tantū non totam ex regia liberalitate dono acciperet, sacello etiam dilatato, Virginisque matris Mariæ, titulo adscripto, Quibus subsecuti Francorum Reges post ordinata pridem Scotorū cœnobitarum Xenodochia, Gerontocomiaque, & Ptochotrophia, adiunctis nosocomijs, instituto etiam Episcopo per totam Caroli Magni posteritatem, nihil non concesserunt. Deinde verò Diuis Othonibus & Henrichis imperantibus, libertas ciuitati multo plenior contigit, vrbe iam pridem ita amplificata, vt partim nouam, partim antiquam, vulgus diceret. Porro Germani, vetus illud Romanum & prouinciale Argentorati vocabulum, ademptis prioribus syllabis, & Burgum adijcientes, in Storatis burgum detorserunt. Hunis, Atila duce, è Catalaunico illo conflictu domum reuertentibus, huius urbis euetionem Annales tribuunt. Hinc Sidonius Apollinatis Atilam Rheni hostem dixit. Huiusmodi sunt vrbium & Regionum fata per vtranque fortunam, quando hic mundus nihil firmum & perpetuò stabile continet, assiduis mutationibus obnoxius. Argentoratum insuper, templo eleganti structura, & præcella turri conspicuo, illustratur, Quod haud immeritò, inter totius vniuersi stupenda, octauum obtinet locum. Cœptum est autem augustissimum hoc templum, in fundamento, Anno Christi M. XV. Episcopatus Berengarij septimo. Anno autem Domini M. CC. LXXVII. sub Episcopo Conrado à Liechtenberg. Erckuinus à Streinbach, Architectus turrim extruere cœpit, & perducta fuit structura vsque ad quatuor testudines galæ, vel fastigij turris, circa Annum Domini M. CCC. LXXXIII. reliquum vsque ad Coronam, beneficio Iunkerorum Pragensium, perfectum fuit, suprema autem ista corona, in circumferentia hinc sententijs sacris, Germanico idiomate, veluti gemmis quibusdam pretiosis decoratur. Versus orientem: Christus clarificat: Christus singulis sua dona largitur. Septentrionem versus: Christus in æternum coronat. Qua autem meridiem respicit: Christus Imperator. Christus renouat omnia. Ad occasum denique: Rex Christus triumphat. Christus æterna in sæcula Rex, &c. Vide B. Rhenanum lib. 3. Rerum Germanicarum accuratissimè de huius urbis appellatione differentem.

56. **ARZILLA**, potens quondam & ampla Africae vrbs, nunc à Christianis, ob bellorum scitiam, angustioribus septa limitibus, Anno à Christo nato, M. CCCC. LXXI. in Lusitanorum potestatem deuenit. In qua expugnatione, Rex Mahometes, cum sororcula, captiuus in Lusitaniam abductus est, vbi septem continuos transegit annos, intra quos exactissimè Lusitanum idioma didicit. Tandem ingenti numerata pecunia, pater filium è Lusitania reuocauit, qui ad regnum ascitus, propter consuetudinem, quam cum Lusitanis contraxerat, Rex Mahometes Lusitanus appellatus est, sæpenumero postmodum vindictam de Lusitanis sumere, nec non Arzillam sibi ademptam, recuperare conatus est. Primo ciuitatem ex improuiso, cum omnibus copijs, adortus, bonã muri partem, solo equauit, eamque ingressus, Mauros omnes, in seruitutem redactos, liberauit. Christiani se in arcem receperunt, Regi, post biddum, deditionem polliciti. Interim superueniente Petro Nauarro, cum expedita classe, multarū nauium, perpetua bombardatum eiuculatione, Regem, non solum ciuitatem dimittere, verum cum toto exercitu abscedere coegit. Post hæc, ita per Lusitanos, omnibus locis, cõmunita fuit, vt prædictus Rex eam recuperare tentans, sinistro semper pugnauerit Marte. Cum in hac obsidione apud Regem stipedium mererem, è nostris vltra quingentos interfectos, numeravi. Hæc Ioannes Leo Aphricanus.

13. **ATREBATVM**, ex voce Atrebatum, qua Cæsar vniuersitatem accipit, recentiores Latine scripturi, scilicet effinxerunt, pro vrbe & capite gentis: sed quàm rectè, aliorum esto iudicium. Nos antiquitatis imitatione, Atrebatum, Augustum malleus dicere, sicut ciuitatem pro Repub. vniuersa, Iulius purè loquens, protulit. Vt cunquē est, instantia nunc prosequamur. Intra teli iactum indidit Scarpa præterfluit: Duaco, senis: Dorleno, ostensis: Cameraco nouenis: & Ambianis, denis quaternis abest miliaribus. Vrbs ampla, augusta, & spaciola, imò dipolis. Nam pariete quodam intergerino, ac mediano scinditur, diuiditur, ac feceritur, quarum parte altera ciuitas, antistiti nimirum obnoxia, vulgò vocatur: altera autem, quæ dominum agnoscit, vulgò, malè, villa dicitur, ea vrbs est. Interim ciuitas, vt vrbe minor, angustiorque, tamen propugnaculis, mo-

I N D E X.

lis, molibus, & opere firmissima est; & affabre facta. Vbi cathedra, fama celebris, Mariana, ac inibi bibliotheca manuscripta. Libri vero omnes Theologici. Omnium primum antistitem hic instituit D. illum Vedastum, D. item Remigius Rhenorum Archiepiscopus, anno D. XXXI. Procedente tempore, ea dignitas in Cameraensium, itidem antistitem transcripta est, sic, vt ex gemino, vnus duntaxat, coalesceret Episcopatus. Atq; adeo ad multam aetatem, Atrebatenses huiusmodi dignitate frustrati. Fortè autem euenit, vt Samarobrini, siue Cameracenses, Henrico IIII. Imperatori studeant, ac fauerent. Hunc ceperat inimicum Pont. Max. Rom. Urbanus II, hostemque Ecclesie Romanæ proscriperat, qui aliqua ex parte ita animaduertente volens in Cameracenses perduelles, ac Imp. iam dicti socios. Atrebatibus pristinum Episcopatus honorem restituit, Episcopumque creauit Lambertum ad Teruanam, tunc Archidiaconum, id quod cõtiguit anno M. LXXXV. Egit ibi haud ita pridem antistite, Antonius Perenothus, hodiè, Cardinalis Granuellanus, insignis & fama notissimus, quo Episcopatum hunc abdicante, suffectus est in eius locum, Franciscus Ricardorus, vir spectatus & litteratus. Hic in sua ciuitate Atrebatum singulare habet imperium, hoc est, magistratus creat, leges irrogat, ius dicit vniuersæ. denique tam profanarum, quam sacrarum rerum Dominus, patronum tamen Belgarum principem, ac nominatim, Atrebatum comitem, recognoscit, à quo electus est, & à Rom. Pont. confirmatus, vel inauguratus, Annuali Episcopatu tanta quanta fuerit messis frumentaria, nempe quaterna, vel quina, ac interdum sena, scutorum millia. Ibi ad D. Mariæ, magna religio, & egregio cum peregrinorum lapidum apparatu, certum mæna adseruatur, instar lanæ, quod D. Hieronymus, ætate sua, ad hanc regionem pluuisse, suis in epistolis, refert, quod etiam certo & statuto tempore, nimirum in maxima aëris terræque siccitate, ac sideratione, ad elicendam implorandamque è superis pluuiam cõmonstratur. Nec deest vbi etiam sua religio. Nam illic ad secundum compitum, summa cum cõremonia, in delubro luceina custoditur *Apotheosis*, vtpote quæ rem sanctam, & cælestis acceptam, antiquitus credunt, cuius occasione, iam commodum in urbem transmisiimus. Ea ampla in primis, ac sira, & opere, arx habetur, quam nisi longinqua obsidione non facillè quis capiat. Plateæ heic apertæ. Forum spaciosum. Vedastinorum sodalium cœnobium inibi, diuitijs, reliquas omnes monasticas sodalitates, longè antecellit, vti percunctatione didicimus. Vestigal ei immensum; nempe vicena ducatorum millia, & eo amplius. Deinceps multa passim templa, apprime ornata & culta. Domicilia ciuium apposite facta & commoda, & eò magis admiranda peregrinis, quod Hypogæa in omnibus, & ipsa affabre facta, pauimento nimirum, aut lithostrato, aut lateritio, eaque altè effossa, de industria, in quantum audiuius. Necesse est enim, ea ratione, ac via ciues prouidi, suarum rerum consulunt, qua vrgente, sicuti aliquando vsuuenit, Hypogæa illis sunt, quæ alijs cœnacula. Bello nimirum æstuant, & hoste mœnia tormentis concutiente, in subterraneis illis sedibus, dum extra telorum omnem sunt iactum, cum omni re sua incolumes, facilius ferunt, tolerantque obsidionem. Hanc gentem antiquitate, fortitudine, & virtute, vel vnus cohonestat Comicus ille Atrebas, summopere ab ipso Cæsare commendatus. In instanti tempore, heic præter cæteros, clarent, Christofforus Astonuillanus, in Consiliū Regis priuatum adscitus, vir spectatus & doctus, ac deinde Nicolaus Bornius, Antistes designatus Atrebatum, cum rara doctrina, insignis orator, non inuultus poëta, & luculentus historiographus. Supremus heic sessitator provincie senatus, vnde rectè Machliniâ prouocare fas est, reo actorque causa cadenti. Vrbis sic satis frequentata est Atrebatum, quorum alij mercatores, alij opifices. Horum sunt multa collegia, quorum maxima pars, lanariæ studet. Hinc leuidentis & textile Atrebas nulla non in parte Europæ, & cognitum, & acquisitum. Hoc iam inde ab ipso Cæsare caput numerosæ gentis, vti diximus, fuit. Ad hæc Carolo Caluo Imperatore, ac rege Franciæ, & multa post ætate vniuersæ imperabat Flandriæ. Verum postquæ Atrebatum, singularis institutus est comitatus, & à Flandriaco seiunctus, huius tantum populi metropolis, multis tamen nitens clientelis, est facta, qua conditione etiamnum cernitur. Hæc ex Guicciardini descriptione.

39. AVGVSTA Vindelicorum, in Vindelicia, aut Rhetia vetustissimum Romani imperij municipium, vulgò Augspurgk. Primum, nullius famæ aut nobilitatis vicus, ad Lechi flumen fuisse perhibetur. De primis autem huius vrbis initijs, atque progressu, hæc Argentinenfium chronica, perhibent. Augusta originem aliqui quam vetustissimam ostendere cupientes, Gentem Sueuorum à Iaphet descendente, eam primò inhabitasse prouinciam, scribunt, ibiq; eam condidisse, vbi abundantia aquarum, salubris aër, & aliæ commoditates facillè haberi possent. Venientes enim Sueui ad Rhetiam, locum aptum considerantes, & ad tuendum, natura, munitum, ob cõcursum duorum rapidissimorum fluuiorum, Vindi, & Lici, hanc urbem primo ædificauerunt, eamque Vindelicam, à Vindo & Lico, appellabant. Ea enim regio, postea ad Alpes, Vindelicæ appellabatur, vniuersaque montana, pars in Orientem & Austrum vergens, à Rhetis Vindelicisque tenetur, vt Strabo scribit. Eam autem, more vetusto, vallo ac fossa, cinxerunt Amazones, post-

quam Europam inuaserunt, Suenos sub Marsepia, insuetis armis, & securibus præuictis, ex hac vrbe cedere, vsque ad Alpes coegerunt, & desolatam reliquerunt. Cum hæc ante cladem Troiæ peracta sint, hanc ciuitatem, ante Troiam fuisse, existimant. Et temporibus exitus filiorum Israel de Aegypto, ante Romam quingentos & quinquaginta annos conditam asserunt. Quam quidam à Troianis, ortam dicunt. Eligentes autem sibi, deam Kizam, quæ Cererem fuisse opinantur, à qua hæc vrbs Zizaria dicta, cuius templum vsque ad tempora Romanorum inuiolatum permansit tam vetustate colapsum, nomen collis seruauit, qui ab incolis, Eisenberg, hodiè vocatur. Per Vindelicos inde ac Rhetos, florentissima cum muris ac propugnaculis facta. A Romanis plurima bella perpessa est, cum libertatem semper optaret, se à Romanis Vindelici alienarunt. Id eò Diuus Octavianus Augustus, Titum Ennium Prætozem, cum legione Marcia, ac alijs ducibus, in eos misit, in qua Auar, Bogudis Regis filius, adolescens, in armis apud GræcoLatinos peritus, & Varro, Tribunus militum, claruerunt. Hi ciuitatem in sine, æffatis, multitudine Romanorum obsessam, varijs affecerunt incommodis. In ea oppugnatione, Auar, Græcus, occiditur, Et in vico. Cricisaueron, vbi sepultus fuit, eiuscemodi epigramma reperitur:

*His nomen terris, Bogudis dat regia proles,
Græcus Auar, pecudis, de Suenis, more, litatus.*

Perijt & Prætor cum legione Marcia, vt pauci superessent in ea clade, qui rem gestâ recitarent. Locoq; cædis nomen dedit perdita legio, in media nunc ciuitate, Perleich, dicta. Ideoq; heic legitur:

*Indicat hic collis, Romanam nomine cladem
Marcia, quo legio tota simul perijt.*

Varro, quem verrem nominant, an ne transmissio, in paludibus se occultans, lacui, Vernense nomen dedit. Is postea Consul Cici-liæ, infeliciter obiit. Et vt Suetonius refert, quod Octavianus Augustus, omnes graues ignominias, cladesque duas omnino, nec alibi, quàm in Germania accepit. Lolianam, atque Varrianam, Varrianam penè exitibilem tribus legionibus, cum duce legatit-que, & auxilijs communibus, cecis. Deinde Augustus per Tiberium Neronem (cum Drusus frater eius Rhenales regiones aggressus est) post varrianam cladem, effluxo triennio, Vindelicos deuicit, atque urbem eorum immunitam reddidit, & vt verba Strabonis libro 4. affirmant. Tribus Romanorum millibus, Cæsar Augustus missis, urbem Augustam habitandam tradidit, quo in loco, Varro castra iam habuerat, Claudius Drusus tamen eam postea instaurauit: muris ac turribus ampliavit. Cumque auspicijs Augusti victa & aucta erat, in honorem Augusti Octauiani, Augustam appellauere. De his bellis Horatius in odis mentionem facit, Videre Rheti bella sub alpihus, Drusum gerentem, Vindelici. Quibus mos, vnde ductus perene tempus Amazana securi dextras obarmet, &c. Cum autem Sueui, qui potentia & hominum frequentia, reliquos antecellunt, hanc urbem pertutissimè elegerunt. Deinde in Romano imperio stabilis ac fidelis permansit, magnum incrementum habuit, ac multa prisca vetustatis monumenta in ea relicta sunt. Anno autem salutis quarto & quinquagesimo, supra nongentesimam & vltra, Vngari Germaniam & Sueciam vastantes, Augustam obsederunt: varijsque cladibus Noricos, Rhetos, ac Sueuos affligerunt. Otto primus Imperator, aduersus eos pluribus diebus decertauit, eosque tandem, ad internecionem, prope Augustam, deleuit. Tres quoque in eo prælio eorum regulos captos, à militibus suis ad eum perductos, cum ob clementiam seruare conaretur, Sueui (eo nolente) suspendio necarunt. Cecidit in eo bello Diopoldus comes, frater Sancti Vdalrici & Regniboldus, filius sororis suæ. Deinde diuus Vdalricus Episcopus urbem illustriorem fecit, & Ecclesiam Sanctæ instaurauit, quæ olim ab Attila, & nunc ab Hunis lesionem sensit. Et Ecclesiam sancti Ioannis & sancti Stephani construxit. Ornaturque hæc imperialis ciuitas publicis & priuatis ædificijs pulcherrimis, & præsertim Basilica: principali ampla, beatæ Mariæ virginis dicata.

37. AZAMVRVM, Africa oppidum, expugnatum est à Christianis Anno salutis, M. D. XIII. Quo tempore venerat huic oppido in auxilium Princeps quidam, qui vt suæ saluti confuleret, se ex alia vrbis parte fune demisit. Mox variè huc, atq; illuc dispersi sunt incolæ: hic nudis pedibus, ille equo fugit. Nec potuisses, scio, à lachrymis continere, si feminas, si senes atq; pueros, capillis passis, nudisq; pedibus fugere vidisses. At, priusquam Christiani cum Iudeis aliquod sint prælium auspicati, qui relicti erant à fuga ciues, eo pacto sunt in gratiam recepti, vt Lusitanus, nullis inuitis, portisque vndique patentibus, illarum rerum potiretur, quæ ciuitatis erant: proinde nulla præterea inferretur ciuibus iniuria. Hunc in modum cœperunt Lusitani eam incolere regionem. Iudæi vero, partim Salæ, partim Fesse adierunt regnum. Nec puto aliam ob causam id illis à Deo opt. Max. fuisse illatum, quàm propter horrendum illud Sodomitarum crimen, cui ciuium pars maxima tam fuit addicta, vt iuuenem vix non corruptum, à se dimitterent.

B.
5. BARCINO, omnium vrbium citerioris Hispaniæ, florentissima, pulcherrimaque, quam Lucius Marineus Siculus, lib. XIII. de Arragoniæ regibus misericõ commendat. De Bacinone etiam

INDEX.

comitibus, & eorum origine, alio loco scribit. Anno salutis M. D. XXXXVI in hac vrbe, societati Iesu, Collegium, à pijs quibusdam auitæ religioni deditis viris, inchoatum est, qui pietate & zelo Christiano, R. D. Patris Araoz, qui aliquandiu in ea vrbe commoratus est, moti, amplissimas, in eiusdem collegij fundationem, elemosynas, contulerunt.

32. **BASILEAM** ciuitatem amplam, clarissimamque, in loco regio extructam, temporibus Imperatorum Gratiani & Valentini, qui simul imperio præfuerunt, Anno scilicet Christi, CCC. LXXXII. in rerum natura fuisse, conuincit Ammianus Marcellinus, tricesimo historiæ lib. Meminit autem Gratianum construxisse fortalitiu quoddam contra Germanos, non procul à Basilea, (sic vocat Basileam) quod incolæ, Robur vocant. Itaque ante Gratiani tempora Basileam extitisse, apparet. Ita enim Felix Malcolus in viridario imperatorum, & Regum Romanorum scribit. Tempore Arnolphi Imperatoris, irruentes Vngari magna vi in Germaniam, destruxerunt Basileam, quæ tum Augusta magna vocabatur. Sed Henricus Rex, pater Ottonis primi, rursus eam urbem excitauit, transtulitque in eum locum, quem hodiè Basilea occupat. Fundauit quoque ibi ecclesiam Episcopalem, & alias Ecclesias, magnificèque dotauit. Hæc ille. De nomine huius vrbis quidam, sed tamen sine probatione scribunt, ipsum à Basileo deductum. Fuerunt alij, qui, priusquam omnes Ammiani Marcellini libri, qui extant, euulgarentur, Basileam sic dictam putabant, à passagio & tractu, qui in eo fuit loco, antequam ciuitas extrueretur, ut scilicet inde rectius Passel, quàm Basel, primum fuerit vocata. At Ammianus irritam hanc coniecturam reddit, qui ciuitatem illam Græca voce Βασίλειαν quasi Regnopolim, seu Regiam vocat. Alluitur Rheno, qui eam penè mediam diuidit, nisi, quod ponte vnitur. Habet vrbs ipsa commoditatem magnam à Rheno, quia ad eam plures sunt nauigationes, magnisque potest adiri oneribus. Agrum habet amplissimum, extra & intra montana, qui frumenti & vini ferax est. Passa autem est ante ducentos annos, multos & graues terremotus, sed rursus est instaurata, & nostris ferè temporibus bonarum artium Gymnasio ornata, à Pio, eius nominis Pontifice secundo, instituta. Cæterum, situs ciuitatis Basiliensis, omnibus modis commodior est, quàm situs Augustæ Rauracæ, quod in libero terre spacio, & planicie condita sit, vbi aer est saluberrimus, solum tertæ fecundum, scaturigines multorum fontium, cõcursum multorum amnium, præsertim Rheni, Birsæ, VViesæ. Byrsa ex lure Monte, per multas conualles, Basileam vsque deuoluitur, plurima secum deferens ligna, & lignorum rates. VViesæ verò fluuius, ab opposita parte, à Nigra sylua segregatur, adferunturque per eam plurimæ trabes, ædificijs aptæ, ac deinde in minori Basilea multis inseruit officinis. Nam serrantur eius beneficio, mola versatili, arbores in asseres, commolitur frumentum, acuuntur fabrilia instrumenta, ducuntur in bracteas ferreæ massæ, multisque alijs conducit vsibus, præter id, quod habet nobiles pisces, præsertim trutas. Et quàmquam minor sit opposito fluuiio Byrsa, est tamen eo piscosior, plurimisque officinis inseruit, etiam si Byrsa non modica quoque exhibeat ministeria molitoribus, & papyri confectoribus, qui aliquot insignes habent officinas iuxta hunc fluuium, aut potius iuxta riuulum ab eo segregatum, & ad mœnia vsque maioris Basileæ factò aluco, deductum.

33. **BETHLEEM**, Lusitaniæ vicus, situ tam opportuno excellens, vt quasi vallum ac propugnaculum sit Olisiponensium portus, à potentissimo inuictissimoque Emanuele, Lusitanorum Rege (de cuius virtutibus, rebus magnificè gestis, Hieronymus Osorius Algarbiorum Episcopus, duodecim libros, eruditè conscripsit) per Augusto sano, D. Virgini dicato, magna celebritate illustratus, qui & locum illum Bethleem appellari voluit, nomine ab ea ciuitate desumpto, in qua Christus, ad humani generis salutem natus est. Ascendit autem homines singulari religione, qui se D. Hieronymi institutum sequi profitebantur: quos in illius templi custodia, poneret, qui sacra conficerent, & numen diuinum religione placarent, & omnes nautas atque vectores, qui ex varijs partibus eo commeare solent, sanctis disciplinis erudirent. Eum verò locum, sepulture sibi delegit. Arcem deinde in rupe, quam marini fluctus circumfluunt, non longè à templo, occasum solis versus, in situ munitissimam, quæ prohiberet portus Olisiponensis aditu naues omnes, quæ non se pacificas esse, signo nautis vsitato significarent.

34. **BREMA**, amplissima VVestphaliæ vrbs, episcopatu insignis, multo tempore cum vicina ciuitate Hamburgensi de primatu contendit. Habet sub se Episcopatus Lubecensem, olim Aldeburgensem, Suerinensem in Meckelburga, Lebussinensem, Schlesuicensem, Racemburgensem, Hamburgensem, vbi olim Archiepiscopatus fuit omnium Aquilonarium prouinciarum. Bremenses gloriam suam ducunt, Danorum gentem, à se, ad Christum esse conuersam.

35. **BRVVERSAVIA**, Zelandiæ haud ignobile oppidum, eamque huius prouinciæ insulam, quæ à præterlabente Scalde, Schaldia cognominatur, situ occupat.

36. **BRVGAE**, Flandrorum oppidum ad Oceanum in aestu marino situm, amplitudine spaciosum, ædificiorum magnificentia tam priuatum, quàm publicè, platearumque nitore ac latitudine, spectabile, canonicorum & monachorum collegijs, frequens,

maiestate ciuium & splendore, cultuque venerandum, populi gratia elegantiaque, & hospitalitate nobile, doctis viris ingenijsque, & omnis generis artificibus excellens, supra quam dici potest. Plerique Louanio Grudios, quorum Cæsar meminit, ascripserunt. Sed Doc. Becanus, lib. 1. Atuaricorum, Grudios Brugeses fuisse, confirmat, in quorum oppido hæctenus est domus Gruthusa nominata, id est, Domus Grutia, à qua nobilis quædam Flandriæ progenies, & nomen, & Gentilitatis originem accepit. Cum autem Cruiten, siue Ruiten, canales, seu fossas ad ciuium commoditates deductas, Belgis significent, constare hinc potest, plurimis olim canalibus, ad diuersos vsus, hoc oppidum nobile fuisse. Atque hinc ciues Grutios, siue per mediam litteram, Grudios, cepisse nominari. Eadem autem ratione post Brugij, siue Brugeses sunt nominati, propterea, quod pontibus, quos Bruggen, nostrates dicunt, pluribus abundarent. Vbi enim plurium est canalium, ad naualem vecturam, illic ad pedestre & equestre iter, quam plurimis opus est pontibus, ita, vt Brugij, cum Grudijs, optimè quadrent. Ossa Ludouicia Viuis, in hac vrbe, terræ commissa iacent, qui quidem vir, quàm benè de re literaria meritis sit, cum doctissima ipsius, variorum argumentorum, scripta, tum vel sola illa commentaria, quib. II. & XX. D. Augustini, de ciuitate Dei libros, illustrauit, non obscure demõstrant. Hoc anno M. D. LXXXIII. amplissimum, in hac vrbe, Collegium, societati Iesu, ab Episcopo eiusdem loci secundo, erigitur, cuius prima fundamenta, summus & philosophus, atque Theologus, R. D. Franciscus Costerus, Mechliniensis, iam hoc tempore ponit.

37. **BRVXELLAE**, Regia in Brabantia sedes, incredibili aeris, situsque amœnitate, cæteras Brabantia ciuitates, superat, lymphidissimis abundat fontibus, quorum septem hic publici inueniuntur, (priuati alioqui in ædibus, & ciuium hortis, complures habentur) totidem portæ, totidemque deducentes in forum plateæ. In quo & septem sunt ex ordine domus amplissimæ, pari, elegantique structurâ, cõspiciuæ, quæ à Senatu, honestis ciuibus, priuatum in vsum, elocantur. Sunt etiam hic septem parrochiales Ecclesiæ, septem denique in hac vrbe obstetrices inueniuntur, quæ mulierum parturientium curam, suscipiunt. Quæ quidem, cum eius artis, admodum habeantur perita, & Senatui iuramento sint obligatæ, tam tenuioris, quàm splendidioris fortunæ matronis ex Magistratus edicto, vsui, & auxilio esse coguntur.

38. **BRVNSVICVM**, Vrbs Imperialis superis Saxonie centrum, à plerisque statuitur. Hinc Duces Brunsvicensis, tota Germania nobilissimi, nominantur. Generosa Othonum soboles, Onacra, fluuiio irrigua, cœpta est primùm ædificari à filijs Ludolphi Brunsvicensium Ducis, deinde verò, à Brunone nomen obtinuit, vt Brunsvicum, nominaretur.

39. **BUDA**, Hungarici regni caput, in Pilissiensis Comitatu, in quo vinum nascitur sulphureum, ebrietatem vetans. Suntque ibi aquæ sulphureæ calidissimæ, quibus lanij vtuntur ad deporandos porcos. Ranae multæ in Balneis, olim Sicambria dicta, à Sicambrom Legionem, id est, prima auxiliatrice, quæ ibi locata fuerat. Hanc cum Athila fratri Budæ, mandasset instaurandam, & de suo nomine vocandam, is contra, proprium imposuit nomen, vnde iratus Athila, germanum suum, regni que consortem, proprijs manibus nefariè interemit, ac in Danubium præcipitari iussit. Et huic vrbi nomen Athilæ imposuit. Alemanni, qui eius iugum ferebant, Ethelburgk, vocarunt. Alij Offen, à fornacibus calcis, quarum olim complures ibi inueniebantur. Alij in vetitū nisi sunt. Sunt etiam, qui Buda nomen, à Budinis populis, quorum Herodotus meminit, descendere existimant. Eius vrbs, ea est conditio, vt nec quicquam munitius, nec certè amœnius, in tota ferè Hungaria inueniri possit.

40. **BVRDEGALA**, nobilis ac illustis Gallia ciuitas, optimo iure, caput est totius Aquitaniæ, non propter antiquitatem tantum, sed etiam propter insignem eius magnificentiam. De cuius origine referunt, quondam, Gallia nimium populi multitudine abundante, Bellouesum, & Sigouesum, Biturigum principes, vt patriam quasi exonerarent, binos copiosos exercitus collegisse, quorum alterum, in Italiam; alterum, in Germaniam miserint, deinde in Aquitaniæ fines extendisse, & hanc urbem ad mare fundasse. Multo tempore, libertatem suam tutata, nemini paruit, à tempore videlicet Tarquinij Imperatoris, vsque ad Traianum, ac diu etiam post. Tandem Gallia Reges, sibi imperium in eam vendicârunt, hæctenusque retinent, ac tertium ibi regni sui Parlamentum, constituere. Bis amplificata est. Primò quadrangularis fuit, longior tamen, quàm lata. Primò amplificationis circulo continetur, quicquid est intra fossas, quæ in ipsa vrbe sunt, & forum, quod est ante palatium, versus castrum, du Ha, vel du Fa, dictum. Inde, quicquid est vsque ad extrema mœnia, id totum habetur pro secundo augmento. Varias in ea videre est antiquitates, inter quas in primis numeratur Palatium tutelæ, vulgò, Pallais Tutelle, quod est ædificium quadratum, octo columnis in longitudine, & sex in latitudine, innixum. Id existimant quondam prætorium fuisse, vbi causæ dici, & per prætores ac prouinciarum præfectos, ac gubernatores, iustitia administrari solita fuit. Extra urbem, versus portam sancti Germani, aliud extat valde quoque antiquum ædificium. Id Galieni palatium appellant, vulgò Pallais Gallicne. Dubium non est, eiusmodi

INDEX.

modi reliquias esse amplissimi cuiusdam theatri, ubi publice ludi exhiberi, agique soliti fuerunt. Hoc ambitu clauditur etiam ecclesia metropolitana, D. Andreae sacra: item arx, quam Trompettam nominant, plurimaque alia altissima, ac sumptuosissima aedificia. Portum habet in crescentis Lunae modum, appositissime constructum, à qua forma, illi quoque nomen Lunae, inditum est, nauibus recipiendis, ut commodissimum, ita receptis tutissimum. Haec ex Antonio Pineto excerpta sunt.

6. **BVRGOS**, Antiquissima Gallie provinciae in Hispania urbs, situ est partim plano, partim montoso, arce in culmine montis, vetustatem structura indicante, decorata machinarum & tormentorum aeneorum apparatu, quae ex Germanico bello, eò translata sunt, instructissima. Iuxta urbem Burgensem Carthusianorum coenobium est longè amplissimum, celeberrimo templo, & praecellenti structura nobile, vulgò, Mille flour, nuncupatum. Habet in hac urbe, societas Iesu, Collegium praestans, cui quidem instituendo, Franciscus Mendoza, eiusdem loci Episcopus, ac S. R. E. Cardinalis, praeclearam occasionem dedit, Anno Salutis, M. D. LI. Quod R. D. Franciscus Strada, multum deinde, doctissimis suis concionibus, illustravit.

18. **BVSCVMDVCIS**, firmum Brabantiae oppidum, ludo literario & pugnaci populo, nobile. Horum arma superioribus annis haud semel Geldrij sensere, cum qua gente vario certatum est euentu nostris hominibus. In hac urbe templum est Deiparae sacrum, opus vivendo apparatu. Haec Hadrianus Barlandus.

C.

34. **CANONOR**, Urbs Indiae maxima, & praestantissima, cuius Incolae pane non vescuntur, sed oriza, pisce ac carnibus, nec non iuglandibus, quas fert regio. Inibi coepta sunt inueniri zinziber, piperque, mitobolanum, cardamomum, casia, & id genus aromata complura. Urbem mania haud circumdant: aedes sunt despicabiles. Illic reperiuntur fructuum complura genera, nostris absimilia, verum longè suavia: regio est propè inaccessa, ob frequentiores specus, vi extractos. Regi sunt in armis ad quinquaginta nobilium millia, Heros, ipsi appellant. In praelijs utuntur ente, clypeo obrotundo, hastis ac arcibus: nunc verò tormentis etiam uti consueverunt. Nudi incedunt, obscena tantum velati: ijs apertum est caput, nisi, ubi ad bella contendunt, tunc caput subrutulo galero tegunt, eoque bis inuoluunt, vitraque nescio qua, vinciunt. Equis, mulis, asinisque non utuntur, minusque camelis, quos dromedarios passim vocitamus, Elephantis tantum utuntur, non tamen praestantur.

34. **CALECVTH**, in India celeberrimi nominis emporium, in quo opulentissimi inueniuntur mercatores, qui Regem tum muneribus, tum ingenio sibi conciliant, ac ferè pro libito cuncta gubernant. Habent Moscheam in foro, ubi mercimonia exercent sua, plerumque sunt Mauri, viri acres, & exercitati mercimonijs. In urbem itaque Calechut comportant aromata ferè omne genus, videlicet, cinamum, piper, gariophyllum, zinziberim, thus, lacham. Sunt & syluae sandalij condensissimae, non tamen huiusmodi aromatum genera ibi nascuntur: sed ferè vndequeque importantur, ab insula praesertim, quae abest ab urbe Calechut, eò itur terrestri itinere, 20. dierum spatio: incolitur à Mauris, neque Christianis Mauri dominantur, & inde plura aromata Calechut exportantur, quoniam ibi est emporium, & eorum statio. Portugaleses in hac urbe Calechut commorati sunt, à die decimo nono Maij, vsque ad diem XXV. Augusti. Et per id tempus viderunt innumeras naues, reputata supra mille ac D. quae vltro citroque comitant, commercij gratia, & praesertim aromatum. Inter has naues, quae magnitudine alias excedit, non est capax CC. doliorum: earum sunt magnae quaedam, nonnullae verò paruae, vnum tantum malum habent: nec nauigant, nisi ventum habeant in puppi, adeoque aestibus maris interturbantur, ut nonnunquam semestri ferè continuo, ut tranquillum fiat mare, expectent: submergantur plurimae, & miro artificio sunt fabricatae: sunt tamen debiles, perinde, ut armorum pariter, ac tormentorum sint impatientes: quae verò contendunt ad insulas, ut inde component aromata, omne genus fundi sunt per quam mediocri, adeò, ut paruo ad nauigandum aluco, egeant. Alias sunt, quae idcirco absque ferro sunt, quoniam vim Magnetis paucè: nam is lapis visitur supra dictas insulas, quae iter ipsi faciunt. Dum urbi appellere vsu venerit, illarum statio est in terra, in luto tamen. Id enim curant ex composito, ut tutius degant in arido: quum increfcit mare, dant operam, ut eius aestu naues impellantur in siccum, & ibi tantisper manent, donec finitis commercijs, solvere illinc complacitum fuerit: mare ibi crefcit & decrefcit singulis sex horis, & apud nos: visuntur aliquando in sicco naues quingentae, vel DC. quae res propè est incredibilis. Regia Principis Calechut, patet non minus mille passibus, si ambitum spectaueris. Paries parum cõsturgit, ob instabile solum, quo fundamenta iaci nequeunt, mox aquis scaturientibus. Structuram affabrè elaboratae trabes superimpositae coniungunt, torcentico opere, intercurtantibus damonum figuris. Quas verò margaritas, & id genus pretiosos lapillos, rex cultus circumferat, praemagnitudine explicari non potest, omnem enim aestimationem planè excedunt. Ab omni morticinio Rex abstinet, quemadmodum & reliqui aulici, & primores ferè omnes, nihil,

quod mortem patiat, edunt. Promiscuus autem populus, canibus, mure, ac piscibus sole exustis, vescuntur. Praestantiora tamen animalia, uti boues, non necant, eosque benedictos nuncupant, quos cum praerant, contingunt manibus, & deosculantur. Rex proinde, & proceres, lacte, butyro, oriza, & similibus, quae terra ex se fundit, vicitant. Humi absque stragulis, inter edendum, recubant. Discumbentem sacerdotem circumstant, nunquam propius, quam ad quaternos passus accedentes, regis verba reuerentissime obseruantes. Palmarum succo, pio vino vitur, è vase argenteo bibit, ita tamen, ut vas labra non contingat. Suspenso itaque vase, instar crateris vinum demittit guttatim, & ori infundit. Prius Rex cibum sumpturus, non discumbit. quam quaterni sacerdotem regis dapes Dæmoni (cuius facellum & simulachrum domi, miro apparatu, habet) peculiari ritu, obtulerint. Vbi verò rex esse desierit, actuum sacerdotem, quicquid dapum superfuerit, in locum quendam transferunt, & in nuda humo collocant: quo facto, rursus & iterum manibus complosis, excitant corniculas, aues nigricantes, quae ad hoc vnum aluntur. haec enim signo huius modi affluere, propterea veluti tessera data, illic aduolant, regiasque reliquias depascuntur, eas volucres nephas est laedere, ac pioinde tuto volitant, quocumque liberit. Duabus Rex uxorem, prius thorum inire non consuevit, quam à digniore sacerdote, noua nupta, deflorata fuerit. Nec id munus vltro subeunt sacerdotem, stupri à Rege pretium constituitur quingentorum aureorum. Hunc morem, praeter regem Calechut, nemo obseruat. Exempto, rebus humanis, Rege, si superstites sunt mares liberi, aut germani, aut fratrum filij, ij minimè regno succedunt: nam filio sororis, ex gentis instituto, scepra debentur: qui si nullus foret, regno succedit is, qui arctiore coniunctione regem contigit, non alia, aiunt, de causa, nisi quòd Bramini sacerdotem, reginam deflorauerunt. Peregre proficiscente, aut exeunte in venationes Rege, sacerdotem, vel vigesimum annum tantum nati, reginam domi asseruant, illi assidentes: nihilque gratius Regi contingere possit, quam ut reginae per stupri conciliationem affuescant. Propterea exploratum habet rex, ut vulgatam reginae pudicitiam, ex ea susceptam prolem inter liberos collocandum minimè fore. At, sororis natos, velut sibi, iure sanguinis, coniunctissimos, adscire in imperij partem consuevit. Rege defuncto, regni indigenae omnes barbam ponunt, capiteq, tonso, desiderium regis testantur. Nec omnibus est idem mos, alijs menti partem nouaculâ nudantibus, alijs verò capitis partem solum tondentibus, ut sua trahit quemque voluptas. Per id tempus etiam, quo regem funerantur, qui piscatu vitam trahunt, per speciem mœroris à piscium captura temperant octenis diebus, & ubi ex coniunctis regis quempiam mortem occumbere contigerit, itidem seruant, quod rege defuncto seruari memorauimus. Patrij ac negotiatores mutuo consensu, arctioris amicitiae conciliandae gratia, uxores commutare solent, pignora verò, priorem parentem sequuntur: Alijs verò sacerdotibus, & idolorum cultoribus longè sunt alij mores: nam foemina septenis nubis viris, qui in concubitu noctes alternant. Vbi autem pepererint mulieres prolem, delegant ad quemcumque ex septem coniugibus voluerint, à quarum assertionem, nulla est prouocatio.

55. **CAYRVS**, quondam Babylon, Aegypti maxima ciuitas, ad Nili flumen, incredibili populi frequentia clarissima. Arcem intra mœnia habet, haud minorem ciuitate Vlmensi.

1. **CASCALÉ**, elegans Lusitaniae oppidum, maris vicinitate clarum.

2. **CASSVLA**, Ptolemaeo Stereontium, urbs Hassiae elegans, ubi Landgrauij arcem habent, validis propugnaculis munitam, & aquis probe instructam, hortum etiam odoriferis consitum herbis, & opere topiario, more Italico, apprimè ornatum.

3. **CEFALA**, Africae non admodum lata insula, cuius incolae, ex annuo dactylorum prouentu, vicitant, vilesque inhabitant casae, ex palmis compositas, quod ligni genus, cum vibrosum magis, quam solidum sit, minus aedificijs conuenit.

38. **COLONIA AGRIPPINA**, Suetonio, in Ottone, Agrippina dicitur, ab Agrippa, genero Octauiani, vnde Agrippae meminit Strabo lib. 4. Et ad vltiorem ripam prius confedisit, hos ab Agrippa reductos scribit, ut manifestè in Caesare videtur. Sichardus verò, Cremonensis, ab Agrippina Claudij uxore, hanc urbem dictam existimant. Marlianus illam primo ab Agrippa aedificatam asserit, & tempore Iulij Caesaris Marchionatum Cleuenssem sortitos fuisse Agrippinenses, quos Ptolemaeus lib. 2. cap. 8. tabula 3. Agrippinenses appellat. Coniunct hanc ciuitatem Agrippinae nomen assumpsisse Peutinger auctoritate Cornelij lib. 12. histor. Ab Agrippa Claudij uxore. Plinius lib. 4. cap. 17. Agrippinam Coloniam hanc facit, similiter Rhegino, Ammianus Marcellinus lib. 13. hanc in secunda Germania, ampli nominis urbem esse putat. Sextus quoque Aurelius, Agrippinam esse asserit, nobilem Galliae urbem. Strabo lib. 4. hos Vbios, & Vibios dixit, Vbios Cornelius, Peutinger, Caesar, & Ptolemaeus: Plinius verò lib. 4. nat. hist. illos Incubos vocat. Hermolaus Barbarus ad hodiernum diem, ait, viciniam ibi Vbium dictam, à quo forsitan dicti sunt Vbij, videri dicitur Colonia ex sententia Sicardi Cremonensis à quodam Troiano colonno. Alij Coloniam Romanorum dixerunt, ut Peutinger & Chronica Argentinesia tradunt, ab Hilderico Rege, qui huc Romanos deduxit.

INDEX.

deduxerat, ut & Otto scribit lib. 4. cap. 32. Hi Rhenum ingressi, ut eos vincerent, non ut custodirent. Est autem ad ripam Rheni sita vrbs illa lunæ similis imperfectæ. Otto lib. 7. Chron. c. 12. Coloniã magnitudine, ædificijs, omnibus Gallia & Germania ciuitatibus, prætulit, ex quo Treueris deficit. Cæsar. lib. 4. florentiæ & amplam ciuitatem testatur, & caput Germanorũ. Paulus Patauanus L. vlt. ff. de cen. Agrippinenses in Germania inferiori, iuris Italici esse scribit. Germania inferioris Metropolim eam nominat. Auctor est Sextus Aurelius victor, Traianum, imperiũ apud Agrippinam, nobilem, Gallia Coloniam, suscepisse. Franciscus Petrarca Florentinus: Agrippina, inquit, situ & flumine clara, mirum verò quanta populi ciuitas, quæ vrbs species, quæ virorum grauitas, quæ mundities matronarum. Peruetustum Gentis Coloniæ ritum esse vulgò persuasum, præsertim fœmineo. Porro insigne spectaculum in vigilia Ioannis Baptistæ, Petrarca se vidisse scribit. Cũ sol ad occidentem vergit, omnis ripa præclaro & ingenti mulierum agmine tegitur, & incredibilis sine offensione cõcurfus erat, vicissimq; alacres, pars herbis odoriferis intinctis reductisque post cubitum manicis, candidas in gurgite manus, & brachia lauant, & tradunt omnem totius anni calamitatem imminentem, fluuiali istius diei ablutione, purgari, & deinceps lætiora succedere. Itaque iustrationem esse annuam, inexhausto semper studio cultũ colendumq;. O nimium fœlices Rheni Accolæ, quorum ille miserias purgat Germania superioris, Nec Hister, nec Albis Italicorum, nec Padus vnquã valuit purgare, nec Tiberis pigriora sunt hæc flumina. Hæc ille, vrbs Coloniensis, scribit Franciscus Irenicus, nomen Beatae sibi asciuit, quia reliquis nulla profecto sanctior ciuitas est. Hic enim S. Gereon sub Maximiano & Diocletiano martyr euadens, coruscet, Hic D. Ursula, cum virginibus pro Christi fide occisa, quiescit. Huc & tria Magorum corpora translata sunt. Huius vrbs etiam Antonius Pius meminit. Et Vlpi ff. de censibus lib. vlt. vbi & Glossa, Volateranus, & multi Panegyricorum, Hæc ille. Mantuanus etiam florētissimæ Coloniæ laudes litterarum monumentis commisit. Quem admodum & ex recentioribus Hermannus Buschius Flora sua docto & eleganti carmine, eandem descripsit. Præstitit hoc idem simili dicendi genere, Rhodolphus Langius: Ioannes Murmellius Ruremundanus, Anthonius Liberius: & Petrus Rauennas, iuris quondam, in Vniuersitate Coloniensi, Professor. Soluta verò oratione clarissima, passim extant grauisimorum virorum, huius vrbs encomia. Aeneas Syluij: Antonij Robergij in Chronicis Norinbergen sibus: Erasmi Roterodami: Hadriani Barlandi: Guilhelmi Insulani: Francisci Irenici: D. Jacobi Middendorpij, S. Theologiae & Iuris L. doctissimi, qui hanc vrbs, ipsamq; Vniuersitatem, in libris suis de Academijs totius Vniuersi omnium accuratissimè descripsit. Anno post CH. N. M. D. LV. in florentissima hac Coloniensi vrbe, Societati Iesu, nouum, trium coronarum collegium, ab amplissimo Senatu concessum est, primo eius instituti, in hanc Vrbs introductore, Patre Leonardo Hesselio Louanienfi, primoq; Gymnasij Regente, R. D. Ioanne Rhetio, patritio Agrippinensi, Theologo, omnis humanitatis, pietatis, & mansuetudinis vitore, ornatissimo, cuius quidem præstantissimi Viri, misera cædes, quia à multis, tam integræ, quàm adulterinæ religionis hominibus, non vno modo narratur, placuit verissimam, eius rei historiam, heic pauca subiungere.

Accidit Coloniæ hoc anno 1574. 26. Octobris, tristis, & acerbis casus, cæde trium sacerdotum, ex Societate Iesu, quorum duo, non solum in illa ciuitate, seu & per Germaniam, atque adeo per exteras Europæ gentes, præsertim inter Societatis homines, celebres habebantur. Primus enim Leonardus Kessel Louanij natus, in Vrbs Coloniensem, Societatem, non solum inuexit, sed & inter multa aduersa sine vlla dotatione, diuino potius, quàm humano consilio, in summa paupertate administravit, & sustentauit. Quo tempore autem cum fructu spiritali, ut nihil dicatur priuatim de singulorum profectu, qui sub eius magisterio didicere declinare à malo, & facere bonum, nihil etiam de studijs litterarum, quæ in antiquissima, & celeberrima Coloniensi Academia, hac occasione excitata, restituerunt; vel ex eo perspicuè intelligere licet, quòd pleraq; per Germaniam, Poloniam, nonnulla etiam in Galliam Societatis collegia, de Coloniensi potissimum seminario, aut nata sint, aut amplificata. Secundus, Ioannes Rhetius Doctor Theologus, ex clarissima & consulari familia, Coloniæ ortus, tum in patria, tum apud externos principis de pietatis, & litterarum studijs, deque Catholica religione, egregiè meritus, vbique se, & semper fortissimè, aduersariorum conatibus obiecit, eorumque occulta, & perniciosissima consilia inuestigauit, patefecit, & ut dissiparentur, perfecit, multisq; annis disertissimis concionibus, & prudentissimis consilijs, populum Coloniensem instituit. Tertius, Nicolaus Faber, Leodiensis natione, Ministri & procuratoris munere, diu cum diligentia & industria laude functus, perutilem Collegio, & conuictorum familiaria, quæ sub optima & sanctissima disciplina, in literis, & pietate informatur, operam nauauit. Hi tres breuissimi temporis spatia, ac veluti momento, indigna morte quam longinquis peregrinationibus, pro Christi gloria susceptis, sæpè effugerunt, domestica sunt securitate perempti. Nam quidam Gerardus Pechius Kempensis, quod oppidum est Dicecesis Coloniensis, ante annos plus minus 14. ad probationem Societatis Iesu admissus, vbi cum in studijs Rhetoricæ, Philosophiæ, Theologiæ, neque modò Latinæ lin-

guæ, sed & Græcæ & Hebraicæ enitisset, tandem ante quatuor annos, occulto & iusto Dei iudicio, in mentis errorem lapsus, cumq; hominis phrenesis, & illi, & alijs periculosa, iudicaretur, consilio Consulũ & Medicũ, in domesticam custodiam est inclusus. Sed insania, quò magis coerceretur, eò magis cepit exagitari, ut laceratione vestium, diurnis nocturnisque clamoribus, non modò Collegiũ, sed & viciniam perturbaret. Quamobrem cum per interualla se furor remitteret, & ea interdum diceret, ac faceret, quæ disciplinã viderentur nonnullam admittere, maximè, quòd esset animaduersum, virgarum comminatione, posse eum commoueri, & ad officium, aliquo modo cogi, laxata est custodia, & paulatim eò est adductus, ut resectorij cura suscepta, etiam ad mensam legeret, & non nihil operis aliquando faceret. Atque hoc modo, sine cuiusquam iniuria, ac sine omni maleficio, ad triennium, inter fratres liberrimè versatus, ad arcularios, qui tum fortè in eo hypocaufto, in quo ipse, ante quadriennium inclusus fuerat, ad hiberna studia, & ad resectorij vsum accommodando occupati erant, die supra memorato, nempe 26. Octobris, circa horã 4. pomeridianam accessit, & ab ijs, propter nugas & ineptias, ut solet, repulsus, molestè id tulit, præsertim cum alter arculariorum, se ad Ministrum Collegij eum delaturum, minaretur. Ministrum enim, & omnes superiores, ob id videbatur odisse, quòd ijs obtemperare cogeretur, & cum se summum pontificem & Imperatorem esse persuasum haberet, præter se superiorem neminem agnosci volebat. Itaque commotus, propter hanc comminationem, & ministri factam mentionem, adeò, ut responderet arculario, si ita loqui pergeret, breui futurum, ut humi iaceret (ijs enim verbis, Germanicè vsus ferrur.) atque ita Reuerendæ memoriæ, D. Leonardum, cum D. Ioanne Rhetio, Gymnasij Regente, in orto proximo inambulante, & literas legentem, accessit, eique minas arcularij renuncians, & responsum, non quale volebat, referens, solet enim præcipere, ut Ministro se præberet obedientem, siue, ut ipse, magistratui interroganti, postea respondit, quòd eo die, quo feriatum esset à studijs, non fuisset cum magistris, & discipulis extra Collegium egressus, quòd tamen à toto quadriennio non fecerat: siue denique, nam certò constare non potest, quòd videret laborari in eo hypocaufto, in quo se ante annos 4. circa illud tempus, inclusum esse meminerat, & paulò antè, apud arcularios narrauerat. Sed quicquid fuerit, vel ab eo dictum, vel à D. Leonardo responsum, illud sans conitar, escarium cultum, ex ijs, quorum vsus fuerat in resectorio, in latus sinistri sub costis, circa cor, ab eo adactum, tanta vi, ut intestina paulò post sequerentur, & tam occulto vulnere, ut cum vulneratum, nemo antè animaduerteret, quàm ille paululum progressus, defluentibus è manibus literas, in terram conuerteret. Interea fortè, interueniens Minister, hominem furiosum in se conuertit, & dum clauibus se paulisper defendit, crebris ictibus, cultro in costis, circa cor fracto, deinde fronte cruentata, paulò post incidit etiam ipse. Tertius, Doctor Rhetius, cum eodem ferè loco adhuc esset, in quo cum P. Leonardo legerat literas, & cernebat Ministrum sanguinolentum, accedit ad hominem insanum, blandè illum, ut sæpè consueuerat, cohibiturus. In quo officio ipse quoque vulnus simile accepit in pectus lethale: Et tamen, dum conuersus, vidit clarissimum suum, P. Leonardum concidisse, ad illum festinans, in quo conatu, animi & corporis viribus deficiens, & paulò post ex aceto recreatus, in propinquum hypocauftũ desertur, ibiq; confessionis, quam propter quotidianam, salutis victimam, dispensationem, non multò antè fecerat, desiderium testatus, antequam ea fieri, & chirurgis accersiri posset, inter pias suas, fratrumque voces & manus, spiritum ad Deum, cum reliquis patribus festinatem reddidit, caducamque & momentaneam hanc vitam, cum immortali commutauit. Hic exitus fuit optimi & sanctissimi viri, Patris Leonardum, vitæ corporalis, ab eo, què ipse in Societatem, ad vitam spiritualem receperat: talis finis reliquorum patrũ, inter quorum vulnera, vix tantum temporis intercessit, quo psalmus, Miserere, pronuntiari potuisset. Aderat fortè eo tempore medicus, Echtius iunior, fratri cuidam hydropico, qui dũ funestã hanc tragediam, per fenestram aspicit, ne homo effrenatus passim discurrens, plures sterneret, nam quemcunq; videret, aut fortè obuiam haberet, eum, num suis, an ab aduersariorum partibus stare vellet, interrogauit, fratres Laicos (alij enim in suo quisque officio aberant) quoscunq; potest, hortatur, ut simul accurrant, & hominem succientem, quacunq; ratione possint, vinculis iniectis compefcant. Inter eos Dominicus Leodiensis coquus, à tergo illum adortus, tam graue vulnus, sub sinistro brachio accepit, ut post 10. dies, præcipui ciuitatis chirurgi vocati, certam vitæ spem promittere non auderent. Nam is, cuius ad id temporis opera fuerat vsus, cum sibi non consideret, ceteros cupiebat quoque in consilium adhiberi. Miserandus sanè, & inauditus Coloniæ casus; tam præstantia Ecclesiæ lumina, summusq; viros, vna hora funesta vnus manu, extingui. Qui quidem viri, infinitis laudum elogijs, & sempiterna memoria digni, tanto bonorum omnium mœtore ac luctu, Reipub. Coloniensi sunt erepti, ut nò existimem mortuos alios, qui tantum pietatis virtutumque suarum memoriam, apud catholicam plebè reliquerint. Nam dum ipso Apostolorum Simonis, & Iudæ die solenni pompa, vniuersitate, clero, & Reipublicæ proceribus cum incredibili frequentia populi in funera prodeuntibus, terræ mandarentur, videre erat alios multis lachrymis, suspirijs, atque gemitibus suum declarare dolorem. Alios, præ impotenti mœtore, animæ deliquium perpe-

ti. Alios,

I N D E X.

ei. Alios ululatus, ac lamentabiles edere voces, quibus innocentum necem desebant. Ego, non modo præceptorum meorum lamentabilem casum desleo, sed & alios, acerbitissimo luctu, nihil huic malo mederi, & parum proficere, doleo.

36. CONFLVENTIA, oppidum elegans, inter Moguntiam & Coloniã, Episcopo Treuerensi parat, à Mosellæ & Rheni confluxu sic dictum existimant. Meminit eius loci, Antonius Pius, in Itinerario.

51. CONSTANTINOPOLIS, Metropolitica Thraciæ vrbs, Byzantium, & Argos prius appellata, à Lacedæmonijs, duce Pausania, condita perhibetur. Constantinum verò Imperatorem, cognomine Magnum, cum statuisset Imperij sedem ex vrbe Roma in orientem transferre, quò facilius Parthorum excursiones compesceret, tradunt Ecclesiastici scriptores, in Troiadem profectum, ibi Regiæ vrbs fundamenta iecisse, vbi quondam Agamemnon, cæterique Græci Principes, aduersus Priamum Regem fixere tentoria: Sed admonitum in somnis, Christo saluatore, locum alium designante, ceptum opus, cuius diu mansere vestigia, insectum reliquisse, atque in Thraciam nauigantem, Byzantium petiuisse, eumque sibi locum diuinitus ostensum dixisse, mox vrbeni ampliasset, noua mœnia erexisset, sublimes excitasse tures, magnificentissimis tum priuatis, tum publicis operibus exornasse, tantumque illi decoris adiecisset, vt altera Roma non immeritò dici posset. Scriptores vetusti, qui florentem videre, deorum potius in terris habitaculum, quàm Imperatorum putauerunt. Nomen vrbi nouam Romam, Imperator indidit. Sed vicit obstinatio vulgi, vt à conditore potius Constantinopolis vocaretur. Hæc Pius II. Tanta huius vrbs magnificentia est, vt non videatur opere & manu confecta, sed etiam conspirantibus elementis, naturæ felicitate munita. Prouidentia ergo diuina, tot futurorum hominum domicilijs consulente, longo tractu, in promontorij qualitatem spaciosior terra, faucibus Pontici maris opposita, sinuosis portuosa lateribus, angustior latitudine, circum flui maris tutela vallatur. Hoc quoque spacium, quod solum apertum, maris circulus derelinquit, duplici muro acies turrium extensa, custodit. Et, vt summam præcipua Constantinopolitanæ vrbs ornamenta referam, habet ea palatia quinque, Ecclesias quatuordecim, Domus diuinas Augustarum VI. Domus nobilissimas III. Thermas VIII. Basilicas duas. Fora III. Senatus II. Horrea V. Theatra II. Luforia II. Portus III. Circum I. Cisternas III. Nympha III. Vicos trecentos. XXII. Domus III. millia trecentas octuaginta octo. Porticus quinquaginta duas. Balneas priuatas centum & quinquaginta. Pistrina publica XX. Pistrina priuata centum XX. Gradus centum decem & septem. Macellos V. Curatores XIII. Vernaculos XIII. Collegiatos quingentos sexaginta. Vicomagistros sexaginta quinque. Columnam purpuream. Columnas intra se peruias duas. Colofum vnum. Tetrapylum aureum vnum. Augusteum, Capitolium, Moneta, Scalas maritimas tres. Habet sanè longitudo vrbs à porta aurea, vsque ad littus maris directa linea, pedum quatuordecim millia septuaginta quinque. Latitudo autem pedum sex millia, centum quinquaginta. Sed hæc tanta, tamque præstans ac nobilis Respub. Anno, qui ab ortu Saluatoris Christi secundus & quinquagesimus supra millenium quadringentesimum effluxit, à Mahumete, immanium siluestriumque Turcarum Imperatore, expugnata est. Funestus is annus, scædus ac lugubris Christianis fuit. Perenses, vetus Colonia Genuensium, qui & Galatæ nuncupantur, cognita Byzantium clade, priusquam rogarentur, Mahumeti dedicationem fecere. Muri vrbs diruti, multorum bona contra scædus direpta, scæminæ, puerique ludibrio habiti.

58. CVSCO, Amplissima Peru regni, in nouo orbe, summæ dignitatis ciuitas, incolas nobilitate conspicuos tantum habet, situ, & ædificiorum præstantia, multis Christianorum vrbsibus, anteferenda. In eo anno Christi M. D. LXXII. beneficentia Philippi Hispaniarum Regis catholici, Societati Iesu Collegium erectum est, primo eius Rectore inclitæ nobilitatis viro, R. Domino Bracamonte.

D.

57. DIV, Regni Cambaie, in India ad solis occasum, Insula parua, exiguo freto à continenti disiuncta: eiusdem nominis oppidum continet, quod ob maximam portus bonitatem, multos vndique Mercatores ad commercia allicit. Ita, vt sit emporium valde celebre, opibusque multis opulentum. Albuquerque in ea Insula arcem ædificare cupiebat. Et, vt ea potestas sibi fieret, multis officijs animum Regis ad suam amicitiam pellicere contendeat. Verum Melichiazus, vrbs illius Præfectus, in eo verti gentis libertatem, & salutem iudicabat, & idcirco impedimento fuit, ne Rex Albuquerque, arcis construendæ potestatem, concederet. Hæc, & plura, Osorius libro IX. de rebus ab Emanuele Lusitanorum Rege domi militiæque gestis.

48. DREPANVM, Nobilis & fructuosa Siciliæ elegans, & oblongum oppidum: Saturno è manibus falcem in Siciliam excidisse fabulantur Poëtæ, vnde huic oppido nomen euenisse existimant, quippe Græci ἀρπύρων falcem nominant.

28. DRESA, Florentissima Misniæ vrbs, ad Albim flumen, Illustrissimorum Saxoniarum Ducum inclita sedes,

E.

5. ECIIA, Florentissima Hispaniæ oppidum nitidum, iuxta auriferum Darii flumen, cuius incolæ, ob incredibilem agrorum, cœlique clementiam, ex lanæ distractione, quæstus peringentes faciunt.

29. EGRA, Vrbs in primo Bohemiæ aditu sita, à fluuio Egracui adiacet, nomen consecuta putatur, olim Imperio Romano, hoc verò tempore, Bohemiæ Regno subiecta. Tota ornatissima, tota pulcherrima est. Intus pulchris ædificijs, ciuili, vrbanoque populo, magnificis, & eximia virtute præstantibus viris, illustris. Foris verò, amœnissimis ac fecundissimis hortis & agris, varijque pomorum & fructuum generibus, atque piscoso flumine luxurians.

25. ERDFVRDIA, Amplissima Thuringiæ vrbs, eius in regionis medio posita, vbi Gera fluius, eam illabirur. Optimo gaudet agro, & Sandicis herbæ, fullonium opificio pernecessariæ, terracissimo. Pecorum etiam pascuis abundat Anno sexagesimo sexto, supra millesimum, muro cincta, turribus & propugnaculis est munita. Ab Henrico III. A multis est labefactata incommodis, ob importunam decimarum exactionem, à qua Erfurdia immunis semper ac libera fuit. Itaque exorto Saxonico bello, auitam libertatem ferro armisque defendere, quàm insolito decimarum iugo, ceruices submittere maluit, idque tanto animorum ardore, vt & vitæ, & fortunæ Augusti, extremum immineret periculum. Plura de hac vrbe, in Chronicis Norinbergensibus.

F.

50. FAMAUGVSTA, Vrbs Cypri (quæ Insula latè Meditæranæo mari protensa, inter Ciciam & Syriam sita est, & nunc Regni titulo, ac opibus claret (in qua duæ) vrbs præcipuæ, Nicosia nimirum, & Famaugusta, nominantur: Veruntamen eo Famaugusta præcellit, quod & Regiæ potior sedes sit, & Cathedralis Ecclesiæ nomen, ac ius obtineat. Quo accedit, portum, id, quod caput est, ipsam efficere, à quo nobilissimum, Insulæ totius, emporium redditur. Porro, ita terra ac mari, natura loci, & à Venetis arte munita est, vt insulantem hostem, eumque præpotentem sustinere possit. Vtramque Selimus expugnauit, Venetisque eripuit, vna cum reliqua Insula, fracto, ob solam dominandi libidinem, scedere, quod idem, mortuo Solimano patre, iurârat, solemni more. Capta enim Nicosia Anno Christi M. D. LXX. die septimo Kalendas Sextiles, Mustapha belli Legatus, tertio decimo Kalendas Octobris, proximè sequentes, Famaugustam obsedit. Selimus interim, ne laboranti vrbi, Veneti succurrerent, trecentarum nauium, partim triremium ac biremium, partim lintrium ac Celocium, classem, prædandis Hadriaci sinus littoribus, instruxit. Veneti, fortissimos tres viros, ei tuendæ præfecerant. M. Antonium Bragadinum, Astorem Bellionium, & Ludouicum Martingenum. Postquam igitur isti, hanc menses vndecim, & aliquot dies defendissent, tandem rerum omnium ad ducendum bellum inopia coacti, & spe frustra expectati auxiliij penitus deieci, quarto Nonas Sextiles subsequentes anni, ea conditione, Mustaphæ Legato, hanc dederunt, vt vrbe sibi, ac militi, saluos & liberos, ceterisque discedere liceret, vna cum bonis & armis Barbarus tamen vinctos concidi tres illos præfectos militares, cum quinquaginta veteranis, qui ipsos comitati fuerant, præcepit: dum clauis in ipsius castra ac tentorium, ipsi vrbi tradendæ, tulissent. Bragadino nares & aures tantum truncavit, nam vinum ad infamiam referuabat. Vrbem ingressus, viuo pellem detrahi, eamque hastæ alligari, & militaris signi vice gestari iussit. Laurentium Tepolum, quem Alexandria consulem norat, furca laqueo iugulauit. Quam crudelitatem & contra ius gentium violatæ pacis perfidiam, Deus opt. Maximus, sexaginta quatuor post diebus, vltus est. Nam Christiana Pontificis, Philippi Regis, ac Venetorum scederata classis, Turciam ad Echinadas, Ithacamque adgressa, Nonis Octobribus, Imperatore Ioanne Austro Philippi Regis fratre, funditus vndique, cæsis omnibus Turcis, euerit, depressit, atque profligauit, tanta victoria, quanta mari contra Turcas quisquam consecutus dicatur. Exemplo quidem posteritati perpetuo, perfidiam atque nimiam crudelitatem, Dijs & hominibus, non solum displicere, verum etiam seuerissimè puniri.

44. FLORENTIA, nobilissima, inclita præcipua Hetruriæ vrbs, cuius primordium asserente Kobergio, Sillanis militibus, (quibus is ager à Silla assignatus erat) adscribitur, (negat tamen Volateranus.) Et, quia primas hi sedes ad Arni fluenta cœperunt, Fluentiam primum hinc dictam, existimant. Itaque Plinius populos Arno oppositos, Fluentinos nuncupat. Hinc plerique colligunt, Anno ante natum C. octuagesimo tertio, Florentiam cepisse initium. Quæ quidem vrbs, foelicibus fundata auspicijs, vicinas passim vrbes dignitate, atque præstantia excellere, mirisque modis imperium propagare cœpit, vt Florentia nomen non immeritò consecuta putetur. Gothorum furoribus, multis est agitata incommodis. Totila siquidem immunitam ipsam, desolatamque reddidit. Quam Carolus deinde Magnus restauratam, & ampliore murorum ambitu ornatam, immunitatibus, & priuilegijs plurimis decorauit. Atque ita temporis successu, ad annum vsque salutis quartum, & vigesimum supra millesimum, opibus, ac gloria,

miran-

INDEX.

mirandum in modum est aucta Quo item anno, Henricus primus Imperator Ecclesiam S. Miniatis ad Florentiam muros edificauit. Præter cætera paruo Florentiam ornamenta, quæ superiore enarratione paucis delibauimus, præclarissima, etiam ædes sacra in celebriori vrbis loco, S. Ioanni Baptistæ dicata, habetur, quam Baptistarium vulgò nuncupant Cuius valua, ex solido ære conflata, noui ac veteris Instrumenti historias, mirabili opere sculptas, continent. Florentia denique, cum ob pulchritudinem ædificiorum, & ob rarum incolarum vrbanitatem, omnium Italicorum vrbium flos nuncupetur. Tum summos etiam viros tam multos produxit, qui natale hoc solum doctrinæ splendoribus illustrarunt, vt prolixitatis euitandæ gratia, eos recensere non libeat. Hos ferè omnes, quemadmodum & reliquas Florentiam laudes, Leander accuratissimè complexus est. & ante eum Leonardus Aretinus, Landinus: Nicolaus Maciauellus, qui historiam Florentinam conscripsit. Consecuta est Societas Iesu, amplissimum in hac vrbe Collegium, Leonardus Ducis, Ferdinandi Imperatoris benignitate, Anno ab orbe redempto, M. D. L. I.

31. FRIBURGVM, oppidum apud Nicitones situm in Vchlandia, à Conrado Zeringensium duce edificatum. Regnante siquidem Lothario, Anno Christi, M. C. XXVII. Guilhelmus Vchlandia Comes, moritur, quo tempore ab Imperatore Lothario, Vchlandia Conrado Zeringensi Principi committitur. Qui cum viuere desisset, quartus eius filius Bertholdus vtriusque Friburgi Brisgoiæ & Vchlandia fundamenta posuit, Anno post natum Christum M. C. LII. non sine priuilegiorum amplissimorum donatione. Quemadmodum & subsequentes ex ordine Imperatores, vtrumque oppidum, non minore fauore subsequuti sunt, quam si Imperij membra essent. Anno deinde Domini M. CC. XVIII. Bertholdo Quinto Zeringensium Duce, è viuis sublato, Friburgum Vchlandia priuilegijs omnibus illatis, ad Comites Kiburgenses deuenit. Anno verò Christi M. CC. LX. Bertholdus Comes Habburgensis, istius vrbis habenas tenuit. Is, Anno Salutis M. C. C. LXX. Regi Rudolpho ab Habsburg, peringenti pecunia suam, in hanc vrbem, ius vendidit. Hinc Aeneas Syluius, Friburgum nobilem Austria domum nuncupat. Incolæ tandem earum mutationem pertæsi, non sine maxima pecuniarum vi, libertatem ab Austria domo redemerunt. Itaque hoc tempore, Helueticis iuris est, huiusmodi in Friburgensi muro epitaphium inuenitur:

*Dum bis sexcentis ter senis iungitur annus,
An Friburg moritur, Bertholdus Dux Alemannus.*

40. FRISINGA, ciuitas episcopalis, Bauaria, sita in colle, vbi Mosacus amnis Isara commiscetur. Illic B. Corbinianus in cella habitasse, annalium memoria perhibetur, & à Gregorio creatus Episcopus, per Tridentinam vallem descendens, à Tassilone Duce susceptus, montem Frisingensem occupauit, ibique Ecclesiam S. Benedicti construxit, & monasterium amœnissimo loco, vbi Ysara & Ambra, fluminibus intercluditur.

35. FRANCOFVRTVM, ad Mœnum, maximum & clarissimum totius Germaniæ Emporium, quasi Francorum furt, id est, vadum, & à Francorum digressionem Michael Riccius, lib. I. de Francia Regibus, nuncupat. Otto enim Frisingensis Carolum Saxonem debellantem, huc Francos deduxisse tradit. Gunthero Francofurt. Celti, libro odarum tertio Francophora. Ligurino, Francofordia, dicitur.

*Rapido quæ proxima Mogo,
Clara situ, populo quæ frequens, viris quæ decora:
Sed rude nomen habet, Nam teutonius incola dixit:
Francofurt liceat sermone Latino
Francorum dixisse vadum.*

27. FRANCOFVRTVM, ad Oderam, Marchionatus Brandeburgensis oppidum, Anno Christi C. XXXVI. Initium nomenque à Francis perhibetur coepisse, qui eo tempore iuxta Rheni ostia federunt. Nunc vniuersitate, & emporio celebre, vtriusque fortunæ casus, temporum iniuria, pertulit. Nam anno post natum Christum, 1344. Rodolphus Saxonum Dux, Magdeburgensis Antistes, Bernaim, Dux Stettinensis: Et ab Anhalt Princeps validis cõiunctis viribus, Ludouico, Ludouici Imperatoris filio, restiterunt. Cui cum parens Marchionatum Brandeburgensem, hæreditario iure, tradidisset, oppidum hoc Francfordianum graui obsidione cinxerunt, quorum conatus, tanto animorum ardore, incolæ fregerunt, vt expectatione delusi, obsidionem soluere coacti fuerint. Anno Salutis 1432. seditiosa Hussitarum factio, magnanimitate atque constantia ciuium, à mœnibus Francfordianis sphaerulis machinisque muralibus arceatur. Paulò grauiora incommoda, anno ab orbe redempto 1437. à Ioanne Duce ab Sagen, oppidum hoc sensit, qui pontem ligneum, quo vtraque Oderæ ripa coniungitur, acruos, struesque lignorum ante ipsam ciuitatem igni perdidit, abductisque secum pecoribus agrum vicinũ vastauit. Quem quidem, dum manu armata ciues prosequuntur, hostiles copias fundunt ac dissipant, Duxque ipse iustas peracti sceleris pœnas luit.

25. FVLDA, eiusdem nominis oppidum atque cœnobium, de quo hunc in modum, Cœtura prima Monasteriorum Germaniæ,

Casparus Bruschius, scribit. Fulda, siue Fuldense monasterium, aut vt in Carolo Magni diplomatibus reperitur, Monasterium S. Saluatoris, in sylua Buchonia situm: potentissima ordinis & instituti D. Benedicti Abbatia in Buchonia Germaniæ tractu, inter Hassiam, Franciam orientalem, & Vvederouiam sito, ad eiusdem nominis amœnissimum & pisculentissimum flumen, & intra eiusdem nominis præclaram ciuitatem, amœnissimo loco fundata, & constructa est Anno Domini 744. sumptibus Carolomanni, & Pipini Galliarum & Franciarum Regum, à S. Bonifacio, siue Vnefrido Anglo, primo Archiepiscopo Moguntino, qui ibi in præclara Basilica D. Bonifacii, Anno Domini 791. condita honorifico Mausoleo terræ patenti redditus, & sepultus est. Scribitur, eo ipso die, quo S. Bonifacii à Frisij occisi cadauer, Fuldam est allatum, omnes Cœnobij campanas, sua sponte, absque omni hominum pariter ac iumentorum ope, aggratas, amœniorem, & suauiore solito, sonum reddidisse. Habet potentissimum hoc cœnobium extra ciuitatis mœnia, circa se quatuor alia magnifica Monasteria, in altissimis montibus sita, & ab Abbatibus Fuldensibus fundata, videlicet D. Ioannis montem, Nouum montem, S. Petri montem, ac Frauenburgum, quasi Dominatum, vel nostræ Dominae. Id est, B. Virginis montem, & parrochiale templum S. Floriani. in quorum monasteriorum medio quasi, sita est, Fuldensis cum ciuitas, tum Abbatia, aliarum omnium Germaniæ Abbatiarum illustrissima Domina ac Regina. Eius loci Abbas, Princeps est Romani Imperij, vnus ex quatuor Imperij, aut Cathedræ potius Imperialis Abbatibus, sic dictis à Carolo quarto, quod ad Cæsaris pedes in publicis Imperij titatu conuentibus, sedere soleant. Sed & omnium, non Germaniæ solum, sed & Galliarum Abbatum primus, & Romanæ Imperatricis Archicancellarius: sicuti Magdeburgensis Archiepiscopus Episcoporum Germaniæ primus, Moguntinus verò Imperatoris Romanorum Archicancellarius, antiquitus designatus. hac etiam num tempestate haberi solet. Cubat in Fuldensi templo honorificissimè tumulatus Romanorum Imperator A. Conradus I. Fræcorum Dux, nouissimus ex nobilissima posteritate Caroli Magni, Imperatoris Ludouici tertij, ex Conrado fratre, nepos, qui obiit Anno Domini 919. Habet hoc cœnobium, præter cætera ornamenta, insignem & incomparabilem Bibliothecam, primùm à Rabano collectam & institutam, vnde & in ordinem redactam postea, ab Hildeberto, Monachis & Abbatibus Fuldensibus, literis, & vitæ integritate conspicuis, tandem ad Archiepiscopatus etiam Moguntini gubernationem, ob insignem virtutem, ac vitæ honestatem euocatis: de quibus plura leges in primo nostro Episcopatu Germaniæ tomo. Fuldense oppidum S. Rabanus, cognomine Magnentius Maurus, ortu illustrauit, qui ex Fuldensi monasterij Abbate Archipræsul Moguntinus creatur, vir in diuinis ac philosophicis literis exercitissimus. Gymnasij Parisiensis olim professor, Philosophus, Rhetor, & Astronomus, sui que temporis poetarum nulli secundus, cui nec Italia similem, nec Germania peperit æqualem. Quibus rebus argumento sunt tot ac tanta volumina, ipsius diuini ingenij monumenta. Bibliothecam Fuldensem tanta librorum copia ditauit, vt eo potissimum nomine, monasterium etiam hoc tempore, inclareret. Reuocantur nunc in Fuldensi oppido, honesta literarum studia, respirat ibidem, hæctenus ferè suppressa, religio Christi, ope & auxilio Societatis Iesu, cui Anno salutis M. D. LXXXIII. Collegium assignatum est, à R. D. Balthafaro, Abbate Fuldensi, Imperij Romani Principe, Abbatum per Germaniam & Galliam primare, Augustæ Archicancellario.

G.

2. GADES, Hispaniæ insula & oppidum, templo, & Herculis peregrinatione nobile, vbi exiguo interuallo Granata & Mauritania a se inuicem distant, & Oceanus, per angustias, quas fretum Herculeum, & strictum Sybillæ nuncupant, ingreditur. Vtrumque freti Iatus altissimo monte, in Mauritania quidem Abila, in Hispania verò Calpe, clauditur. Hos quondam solidum fuisse montem, & iuxta perpetuo iugo coniunctas, & ab Hercule separatas tradunt, quò liber Oceano pateret ingressus. Scribunt alij in Gaditano hoc Herculis templo, binas fuisse columnas arcas, iuxta quas nauæ, vota, deuotionis ergò, soluerent, quia salui & incolumes hunc in locum, quem extremum totius vniuersi finem existimabāt, peruenissent. Hinc Gaditanus Hercules cognominatus, cuius non ineredita descriptio & templi, & sacri legitur apud Silium Italicum, libro Punicorum tertio, quo de iusta Sagunto Annibalem Scitarum oracula iuisse describit, & munera attulisse. Ita enim canit:

*Vulgatum, nec casta fides, ab origine fani
Impositas durare trabes, solas quæ per æuum
Condentum nouisse manus, hinc credere gaudent
Consedisse Deum, senium quæ repellere templis:
Tum queis fas & honos adyti penetrata nosse,
Femineos probibent gressus, ac limine curant
Setigeros arcere sues, nec discolor vlli
Ante aras cultus, velantur corpora limo,
Et Pelusiaco præfulget stamine vertex*

Dis cin-

INDEX.

*Discinctus, mosthura dare, atq; è lege parentum
Sacrificam lato vestem distinguere clauo:
Pes nudus, tonsa que coma, castum que cubile
Irrestrincta foci seruant altaria flammæ,
Sed nulla effigies, simulachra uè nota deorum.
Atque hæcenus Silius, qui & ærummas, & labores Hercu-
lis ibidem paucissimis verbis describit.*

Has columnas Herculeas, Magnus ille Cæsar & semper Augustus CAROLVS QVINTVS Monarcha inuictissimus, in extremo Hispaniæ & Africæ littore, iam dudum erectas, iure optimo Symboli loco, habuisse videtur, cum & fortunæ, magnanimitatis, atque potentiæ suæ ornamenta, non huic tantum fieto, sed & vniuersæ Europæ, Asiæ, Africæ atque Americæ perspecta & cognita fuerint. Quibus quidem partibus mundi, fato quodam, tanquam Hercules datus, pacem atque iustitiam, & Mineræ & Martis tempore, summa equitate, administravit. Habet etiam in Gaditano hoc oppido Societas Iesu Collegium.

15. GANDAVVM, vrbs Flandriæ celeberrima, & amplissima, à Iulio Cæsare condita, atque à suo nomine Caio denominata, Brabantinorum Chronicis perhibetur. In confluentia Lisæ & Schaldis sita, ex Liuia quoque anni commoditates haud aspernandas percipit. Incolas opulentos, & natalium splendore claros, egregia etiam opificum collegia habet, inter quæ Laniorum & Nautiarum, primatum obtinent.

44. GENOA, Ligurum regina ac domina, Italiæ vrbs celeberrima, totius Ligustici sinus emporium nobilissimum, quo nõ modò vicini, sed & remotissimarum nationum mercatores conflunt, vbi etiam diuersorum, & longissimè disitorum Regnorum negotiatores, certa domicilia ac sedes suas habent. Portu atque tutissima nauium statione, ædificijs superbissimis, cæterisque nitidissimarum vrbiu ornamentis, cæteras Italiæ ciuitates mariuimas (præter Venetias) longè superat. Atque adeo etiam naualis belli peritia, semper floruit, vt præstantiores, aut etiam æquales, eius belli gerendi Duces perpauci inuenti fuerint, qui tam multas vrbes expugnarint, tam multas insulas ac barbaras nationes subegerint, tam frequenter hostium spolia, ac naues triumphantium speicie, in patriam læti abduxerint, ita, vt de Genuensium Repub. idem iure optimo dici posse videatur, quod de Scipionum gente, scriptores antiqui perhibent. Eam fuisse stirpem, vt ipsi loquuntur, fatalem, ad hostes mari vincendos. Vrbem hanc præclarissimis laudum elogijs Leander immortalitati consecrauit. Idem Augustinus Iustinianus, Nebiæ Episcopus ingenti volumine, de Genuensium rebus lingua vernacula condito, præstitit, Iacobusque Bracelius, qui loca, situmque Liguriæ diligenter persecutus est. Magnificum in hac vrbe collegium habet Societas Iesu, opera R. Domini Iacobi Laines institutum, Anno patris Salutis M. D. LIII. Quod quidem collegium, cum aliorum ciuium, tum verò Pauli Doricæ insigni liberalitate & beneuolentia auctum est, & amplificatum.

54. S. GEORGII oppidum. Locus hic prius dictus fuit, Aldea (quod Hispanicè villam, aut diuersorium significat) duarum partium, quod hic duorum regum Ioanne Lusitanæ, nempe, & Caramanæ eius tractus, fœdus ictum sit. Anno M. CCCC. LXXXVI. Postea Lusitanus hoc propugnaculum eo loci extruxit, nomenque dedit S. Georgij della Mina, ab eius tutelari Deo, cui locum sacrauit, & auri mineris: quibus locus diues est. Ad mare situm est in Guinea, Aethiopiæ regione. Ex Ioannis Barrij Asiæ decadibus.

32. GLARONA, vulgo Glaris, Helueticæ fœderis vallis ac Regio, altissimis vndique montibus cincta. Attingit superiorem griseum ligam, in qua prior Rhenus originem sumit, ac deinde Vranorum montana. Ad occasum verò solis, terminatur ad Suicero-rum montes. Porro ad septentrionem fuit olim clausa muro extenso per transversum vallis, à monte ad montem. Huius regionis iurisdictionio, vnà cum quibusdam prouentibus, fuit tempore S. Fridolini per comitem quendam donata monasterio Seckingenensi, tempore scilicet, (vt Fridolini legenda ostendit) Clodouei primi Francorū Christiani Regis, nempe Anno Christi 500. qui primus Francorum Rex fuit, qui in Rheria, Alemannia, & Heluetia imperauit. Consecuta est hæc terra posteris temporibus suam libertatem, & propriam iurisdictionem, concesseruntque se reliquis Helueticis, Anno Christi M. CC. LII. Viuunt incolæ lacte, caseo, butyro, & carnibus. Ibi inter angustias montium nulli, aut pauci feruntur agri, raræ plantantur vites. Hortos pomiferos habent, & prata lætissima. Vinum & frumentum aliunde inuehantur. Pisces lacus ministrant, Aues, carnesque ferinas montes syluosi suppeditat. Patriam hanc Henricus Loritus Glareanus, & Egidius Tschudus, doctissimi viri, ortu nobilitarunt.

57. GOA, Insulæ & vrbs commune nomen. Fluuius ingens in duas partes in mare influentes diuisus, insulam efficit. Ambitus illius millia passuum circiter viginti tria continet. Vrbs erat cincta muris, & munita turribus, & tormentis permultis, atque varijs instructa: ædes amplæ, Cœli temperies & regionis amœnitas, &

portus securitas multos mercatores inuitabat, vt libenter in ea domicilia collocarent. Emporium erat valdè frequens, & opulentum. Vigebant in ea armorum studia, multique milites, partim equites, partim pedites, Zabaimi stipendijs alebantur. Vestigijs namque patris insiftens, omnes, quos in bello virtutis specimen præbuisse nouerat, ad se conuarijs vberimis alliciebat. Insula multò maiorem, quàm pro illius magnitudine, hominum multitudinem sustentare potest. Est enim densis arboribus valdè fructiferis vestita, abundat varijs frugibus, pecora innumerabilia nutrit, variaque alimenta profundit, & aquas multas atque perennes habet. Templum ritu Mahumetano erant maximis sumptibus ædificata, & prouentibus etiam, quibus Sacerdotes alebantur, opulenta. Nemini autem licebat in insulam ingredi, prius quàm in aditu aliquo, nomen suum & patris, & patriæ scripturæ magistris in quinque locis, in quibus in insulam facilius erat transmissio, constitutus, exponeret: qui etiam hominis colorem, & staturam, & signa literis consignabant. Accidit porro, postquam insula in Lusitanorum potestatem peruenit, vt dum Lusitanus quidam, domus altiora fundamenta iaceret, crucem ex ære factam, reperiret, quod maximo argumento fuit, eam fuisse olim à Christianis habitatam, &c. Hæc Osorius libro VII. de rebus Emanuels Lusitanæ Regis. Habet hoc oppidum, primum Societatis Iesu, in India, collegium, quod D. Pauli appellatur, à Francisco Xauerio institutum. Anno Domini, M. D. XXXII. Seminarium omnium collegiorum Indiæ, liberalitate Regis Lusitanæ Ioannis III. amplissimè dotatum.

21. GORICVM, Schonhouia tribus distans miliaribus in dextra fluminis ripa, quod eo loco, Vahalis dicitur, positum est, vbi commodum Linguae ostium cernitur, honesta ciuitas, cui non inuenusta arx coniungitur. Ex templi, quod in est, turri, viginti duas ciuitates, mœnibus clausas, quæ omnes Philippo Regi parent, præter innumera castella, vicos, & villarum pulcherrimum aspectum, videre est. Hanc annonam Belgicam, non malè dixeris, quippe, hæc indies caseum, butyrum, & omnem aliam, humani victus speciem nudinari, cuius integrum, eo in portu, in horas rerum omnium infinitas, nauibus imponitur, in multas orbis vicini partes, transmittenda, ac præcisè Anuecipiani, ideoque luculenta res familiaris, & fortuna ciuium, qui simul mercaturam, simulque nauiculariam faciunt. Hinc ortus Hæricus ille Gorichemus, vir Theologice peritissimus. Edidit eadem ciuitas Ioannem Harium, qui etsi non esset valdè litteratus, virtutis tamen, rei librariæ, & pietatis, quàm studiosissimum fuisse accepimus: præclaramque semper posuisse operam, in bibliotheca instruenda, quod etiam perfecit. Vndique enim, non minore labore, quàm sumptu, ingentem multiplicium librorum supellestem sibi comparauit. Is cum Urbano sacerdotio præcelleret, liberalitate Cæsaris amplius est beneficio Hagensis curiæ, ibique itidem creatus est Canonicus, quo cum immensam voluminum conquisitorum copiam, transmitteret, admiratus populus, tantam librorum multitudinem, ratusque vix toto orbe tot libros reperiri, Ioannem librarium, vulgò Johanne den boecksen / appellauit. Vixit Haga diu, locupletanda semper bibliotheca suæ, mirè intentus. Tandem anno M. D. XXXII. in facta concedens, Cæsari bibliothecam, restato reliquit. Haud procul à ciuitate, etiamnum locus est, quo castra olim ferunt posuisse Herculem Alemanum, ex quo circumstans plaga, luculentis aliquot imperans municipijs, ad hanc diem vsque, Hercule nomen retinet, vulgò, Dat Landt van Arckel. Ex Lodouico Guicziardino.

25. GOTHIA, perantiquum Thuringiæ oppidum, cuius prima fundamenta à Gothis posita, nomen ipsum videtur innuere. Sub Saxoniarum & Vveimariæ ducibus castro munitissimo inclarescere coepit, quod nunc, ob ortam nuper in Germania seditionem Grumbachicam, omnino dirutum iacet.

4. GRANATA, siue Gar Nata, Illiberis etiam & Illiberia, amplissima, potentissimaque Regni Granatensis ciuitas, Regia quondam Maurorum sedes fuit. Hoc verò tempore pallatio omnium elegantissimo, auro etiam Darro amne, plurimas Hispaniæ vrbes præcellit, partim montosa, partim etiam librata, ornatur planitie. Altissimus in ea mons, La sierra del sol, lingua vernacula nomen habet, cui in vertice multa ætate ferè collapsum est Maurorum Fanum, quod nunc S. Helenæ dicunt. Ad quod ferè omnes, qui hanc urbem, visendi cupiditate illecti, ad eundem, conscendere solent, vt eius fani muro suum, & patriæ nomen, inscribant. Id quidem ea vulgi opinione receptum est, vt is Granatam non existimetur vidisse, qui huic consuetudini non satisfecerit. In eodem hoc monte Maurorum Regibus olim horti, vario herbarum ac florum genere, ad voluptatem & recreationem decenter vestiti fuerunt, quorum nunc etiam satis manifesta supersunt indicia. Iuxta, cisterna est publica, imbribus colligendis, à Romanis quondam parata. In qua, præterquam nullum omnino putredinis incommodum aqua sentiat, medicam etiam eandem esse, Hispani, longa sunt experientia, docti, nam pota, periculosum ventris fluxum sedat. In latere eiusdem montis, ædicula sacra est, multa antiquitate & veneranda martyrum memoria, nobilis. Los martyres, vulgò, Vbi putei & antra, in rupibus excisa, & scapellis cauta videntur, quorum vt supernè ingressus angustior, ita infernè la-

tioris

I N D E X.

tionis sunt spatij, in quæ Christianos, quos frequenti numero captiuos tenebant, noctu protrudere, & funibus solebant dimittere, quos mancipiorum instar, diurnis conficiebant laboribus. Semper horum martyrum, quos aetheorum diuturna cruciavit tyrannus, memoriam, sacellum heic ædificatum est: potissimum vero, raræ pietatis Episcopo, qui multo tempore, in squalido tetroque antro detentus, cum libertatis spe, priuatis, & his quidem longè maximis, impensarum sumptibus, muro ex lapide uiuo constructo, Granatensem urbem cinxisset, Maurum Granatæ regem, qua in multorum Christianorum, ex misera seruitute, & captiuitate libertatem, ac dimissionem, tantum opus mereretur, rogauit: Numerum expectatione maiorem, libertate se donaturum Maurus respondit, modò Episcopus ipse, in sua potestate remaneret captiuus. Pius, ac religiosus Episcopus, communitati magis, quàm priuato commodo studens, dum perpetuis cruciari carceribus, quàm solus (alijs permultis Christianis in summa seruitute degentibus) libertate frui maluit, diuturnum ac voluntarium martyrium, incolumitati multorum præposuit. Atque squalore tandem carceris enectus, ad felicem, æternamque beatorum patriam emigravit. Is locus Hispanis, Masmoros dicitur. Anno à Christo nato M. D. LIII. præclarum, Societati Iesu, Collegium, in florentissima hac Granatenfi urbe institutum est, ad quod stabilendum, plurimum iuuit Petrus Guerrerius, eius urbis Archiepiscopus, P. P. Societatis Iacobi Iainis, & Alfonso Salmaron, uita & eruditione, in Concilio Tridentino, cui interfuit, commotus, Qui instituti Collegij amplificator deinde fuit.

21. GRVNINGA, urbs summæ dignitatis in Frisia, Ptolomæo Phileum, A uiriditate pratorum nuncupatam existimant, cuius primordium ac nomen, Alij Gruno Francorum Duci, Alij Priamo, Antenoris fratri, alij uero Grunio cuidam Troiano attribuunt, eiusque initium in annum, ante Christi aduentum, trecentiesimum, septuagesimum septimum, reijciunt. Hunc eundem Troianum, templum in hac urbe, mirandi operis, condidisse, tradunt, vndique quondam peruium, & multis subnixum columnis, nunc uero muro clausum. A Saxoniarum Duce graues olim calamitates, Gruninga pertulit.

H.

24. HAMBURGA, quasi Hammonis Burgum, uel, ut Celtes, Hammonipolis, Thietmaris, Holfatis, & Scirmatis quondam Metropolis, in V Vagna regione V Vandalia, sita, nunc inferioris Saxoniarum urbs præclarissima, ubi Pipinus, eiusque filius Carolus Magnus, vicarium semper administratorem habuerunt. Quem Pomerani, ac Dani eicientes, urbem ipsam inuadunt, ac igni tandem perdunt, Collapsam deinde, ac vastam, Carolus Magnus restituit. Plura de hac urbe Krantzius in Saxoniarum sua & V Vandalia. Doctor Becanus uero in originibus Anuerpianis hunc in modum de Hamburgo scribit: Quidam à Ioue Hammone (quem uiliosum arietina facie, Gregorio Gyrardo asserente, depingebat antiquitas) nomen Hamburgo datum credunt, quod in ea urbe hæc effigies ad Caroli usque ætatem, à quo sit euerfa, mansisset. Hammonis equidem nullum apud Cymmeriorum colonos cultum fuisse, satis scio, atque idcirco neque urbi inde nomen datum: quæ qua de causa, Hamburg sit dicta, non facile sit in tanta scriptorum inopia explicare. Saxo ab Hama quodam pugile, quem Starcarteritus illic deuicerit, uocatam dicit, sed eam fabulam plus quàm anilem mihi non persuasit. Ham, ut alias partes aliquando molis alicuius cibariæ signat, ut, dum dicimus Boterham, quo pars panis inducto butyro significatur: ita pernis salitis & fumo siccatæ, ob excellentiam maximè, frequentissimeque nomen hoc est attributum. Quamuis igitur omnes cibariæ molis partes significet, de porcina tamen carne maximè est in usu. At nulla gens est, quam equidem noui, apud quam carnis porcina infumata plus absumatur, quàm in illa inferiore Saxoniarum parte, in qua Hamburgum princeps & antiquissimum oppidum fuisse, ex Catoli historia satis est apertum, qui totius Septentrionalis, & Transalpinæ Germaniarum metropolitana hinc sedem collocauit. Suspicio igitur hæc olim celeberrimum balsamentorum & carnis porcinae fumo duratæ, emporium fuisse: atque hinc omnes Saxones maritimos & insulares, & uicinos etiam populos littorales, nauibus suis, quibus mare infestum plerumque habebant, commeatum & cibaria ad diuturnas nauigationes necessaria petiuisse: quæ, quod carne porcina infumata, quam huc vndique uenalem finitimi portabant, maximè constarent, locum huius mercatus Hamburgum nominarunt, id est, oppidum pernarum, siue petasonum, & carceratum porci partium sale fumoque ad longos usus conseruatarum. Qui regionis illius naturam, & uiuendi consuetudinem, & situm Hamburgi norit, atque ea ad antiquas Saxonum & Francorum, qui uicini erant, piraticas & alias nauigationes contulerit, non dubito, quin statim huic meæ coniecturæ sit assensurus. Hucusque uerba & coniecturam Doct. Becani retulimus.

24. HEIDELBERGA, iuxta Neccarum & Hercinium, Ptolomæo Budoris, Germanicè Heidelberg, à nigrorum uaccinorum uel brunorum, teutonice Heidelberg, multitudine, olim Var-

gionum imperio subdita fuit: Palatini uero comites partes ab his sumpserunt, adeoque creuerunt, ut eorum iuri nunc adscribatur. Est & florentissimum Heidelbergæ Gymnasium, à Marfilio primo Rect. initio institutum, & à Ruperto Palatino, Anno M. CCC. XXXVI. multis priuilegijs donatum.

37. HERBIPOLIS, uulgò V Vitzburg, Franciæ orientalis urbs inclita, quam Moganus fluuius ex Bohemiæ montibus ortus, perlabitur, in qua Diana, usque ad tempora B. Kiliani martyris colebatur, qui Duci Gotzberto, ac uniuersæ ditioni fidei Christianæ pædottibus fuit, eius filius Heranus, in monte Herbipolensi B. Mariæ uirgini, primam dicauit Ecclesiam. A Ptolomæo Arctaurum dicitur, alij Manopolim, teste Abbate Spanheimio, uocant. Plura de hac urbe in Chronicis Argentinensibus, Hæc urbs eo nomine felix, quia Societatis Iesu collegium habeat, à Friderico Episcopo Herbipolensi Franconiæ Duce, institutum, cui deinde eius successor, Iulius, ex nobili Echiterorum familia, Academiam ipsam uniuersam, adiecit.

2. HISPALIS, Scuilla Taraphæ, celebre & peruetustum, in Hispania Beticæ prouinciæ in ripa Bethis fluminis emporium, quod Gaditani maris littus, amœnissimo situ illustrat. Hanc urbem, inquit Marinus Siculus, ab Hispano, Hercules nepote conditam, uulgus asserit, cuius ego sententiæ nec accedo, nec refragor: incertum est enim, quod nec auctore, nec ratione probatur. Verum enim uero, cuiuscunque sit auctoris, urbs est maxima, & opulentissima, meoque iudicio, multis Hispaniæ ciuitatibus, ne dicam omnibus, anteposenda. Est enim ambitu magna, forma rotunda, visu pulchra, templis celebris, Sacerdotibus exulta, multis equitibus nobilis, ciuibus plena, domibus insignis, plateis & vicis hilaris, hortis & fontibus amœna, tuta propugnaculis, mœnibus cincta, defensa portis & turribus, campis iucunda, agrorum frugibus abundans, oliuetis & magnis oliuis, oleoque felix, mercatorum commercijs diues, artibus adornata mechanicis, & liberalibus studijs illustris. Plena multis piscium generibus, & magnis citreis, palmetis, & palmulis, & arborum fructibus exuberans. Ostio maris, & nauigabili flumine, pontæque admodum delectabilis. Tanta denique rerum omnium copia excellit, ut in ea multo uiuatur melius, quàm in alia, quantumlibet urbe, totius orbis ditissima. De cuius templo maximo, & nauigiorum numero, scripsimus alio loco. Cuius urbis nomen barbaræ Mauritanæ gentes, deformarunt, quoniam P. littera carebant, eius loco B. posuerunt, & cæteris mutatis litteris, Sibilliam dixerunt. Hucusque de Hispalensis ciuitatis felicitate, Marinus Siculus.

I.

25. TENAM, Florens Thuringiæ oppidum, Musæ atque uinea commendant.

32. IEROSOLYMA, Turcarum hoc tempore colonia, olim regni Iudaici Metropolis, urbs omnium uob Christi mortem & incolatum celeberrima, sanctissimaque, & uario successu, euentuque temporum, diuersis designata nominibus, quæ hoc uersu breuiter sunt comprehensa.

*Solima, Iusa, Bethel, Ierosolyma, Iebus, Helia,
Urbs sacra Ierusalem, dicitur atq; Salem.*

L.

11. LEODIVM, Eburonum Augusta, urbs Germaniæ inferioris, quam & secundam uocant, maximè, nomen habet à Legionem Romanam, cum quinque cohortibus, ab Ambiorige, Eburonum Regulo, in ea ualle, ubi nunc est urbs Leodium, caesa, & eodem in loco hybernante, quemadmodum id Thomas Leodius, commentariolo de Tungris & Eburonibus, confirmat. Quo tempore Q. Cicero cum altera legione, à Cæsare ad Varucam remissus, atque ibidem à Germanis interceptus, ac penè deletus est. Distat Legia à Varuca, uix amplius dimidio miliarium germanico, in magna conualle, in qua uici sunt quidam, de nomine cæsarum ibi ducum Romanorum, adhuc in præsentia nuncupati. Interfluit Legia fluuiolus, pueris in urbe notus: adde, quod Romanè adhuc hodie Leodienses loqui dicantur, etiamsi sermo illorum ad Gallicam linguam magis inclinet. Sunt item non procul à Varuca, uici complures, Romanam originem, nomine referentes. Visitur inde Latinus pagus, Volsci, Vercellæ, Pascasij, Berceij uiri doctissimi patria. Item Antium, nimirum ab Antiatibus, in quo uico, Legia fluuiolus ortum habet, & Cottæ fons limpidiissimus, quo, dum in hibernis erat Cotta, oblectabatur, aut propè illum funda traiectus fuerit. Est & Cicerois fons, in urbe notissimus, & aquis maximè uber, quem Cicerois fontem, malè lecta littera, nuncupant, scaturit è monte Petrosio. retrò ædes fratrum, quos minores appellant. Atque hæc quidem Thomas Leodius. Quamquam alij sint, qui existiment, Varucam castellum fuisse, ubi nunc est Iuliacum oppidum, quod Ducatui Iuliacensi titulum præbet, inter Coloniam & Aquisgranum, Germaniæ urbes, Cisthenanas, quod à Iulio Cæsare condito-

INDEX.

conditor, nomen habere putant. Leodium igitur, à Romanorum ibi legione cæsa, denominatum, è Germanis non valentibus Romanam, siue Gallicam exprimeret vocem, in Lugich, deinde Ludich id nominis detortum. Dictiones autem huiusmodi germanicæ à Lud, incipientes, quando latinas facimus, in, Leo, conuertimus, vt Ludger, Leodegarius: Ludolt, Leopoldus, hinc quoque Ludich, Leodium appellatum, conuincitur. Sunt, qui alijs Leodij inquirentes primordium, eius denominationem à Leode Oenopis filio deducunt, non ob soni tantum, sed ob eius etiam & Leodiensium vitæ conuenientiam. Leodes enim, vel ob morum, vel ob cantus lenitatem, ita dictus sacerdos fuit, hoc vitæ genere, cum Leodij ita consentiens, vt secundum Romam, vix vsquam plures sacerdotes reperiantur, vnde Franciscus Petrarca, insignem clero locum, Leodium nuncupat. Hic Leodes interim Ithacæ inter Penelopes procos, magno crateri, è quo cyathizabant, semper assidebat, vel, quò facilius & promptius sibi hauriret, vel ne veneno, vt quidam volunt, vinum inficeretur. Et quamuis hanc poculorum suauitatem sequeretur, solus tamen, inter procos fuit, cui sociorum vita, proteritiæ, iniuriæ, contumeliæque plena displiceret. Sed, cum sciret meliora, probaretque, sinebat tamen se à recto deduci, impotentem, ad potationes, commellationesque procliuitate, & spe fortassis aliqua fore, vt Penelope potiretur. iam verò in eo, quam non degenerent Leodienses filij, vel ipse Hubertus Leodius testabitur. Nemo crederet, inquit ille, quam dediti sint poculis Leodienses, & quam sint supra modum bibaces, quod ipsum libenter de gentilibus meis reticuissem, nisi scirem artem egregiè bibendi, hodie non inter vitia, sed inter primas virtutes annumerari, nec bonus vir haberetur, nisi qui pocula euacuat, & vno anheliu, multum vini ingurgitare nouerit, quod, qui egregiè præstiterit, ab omnibus amatur, colitur, & huius confortium appetitur. Contra frugi, & modico vino ventem, auersantur omnes, fugiunt, irident, & magni alicuius mali conscium clamant, qui se inebriari reformidet, vereaturque, ne ebrius, sua prodat flagitia. Hactenus ille de suis Leodij. Hæc igitur Leodis & Leodiensium allusio, etsi non conuincat Græcos, eius conditores fuisse, quippe, cum Doctore Becano in Atuaticis adserente, satis sit manifestum, Vlissem extra fretum, Herculis columnis insigne, nunquam nauigasse, tantum abesse, vt Leodium quisquam è socijs condidisset, affirmari queat. Literarij tamen vsus, & exercitij causa, eam considerationem rejiciendam non esse, ibidem confirmat, vbi & copiosius de Leodiensium origine disserit. Vrbs ipsa Leodiensis quam optimè munita, altissimis circumdata mœnibus, vestitos vitibus montes, carbonarijs fôdinis præstantes, librataque planiciem, murorum ambitu, comprehendit, piscosis irrigua fluuijs, ædificiorum & publicorum, & piuatorum magnificentia planè regia, viarum ac platearum nitore & amplitudine præcellens: ita, vt vniuersus Leodij situs, videndi sensui oblectando, gratæque animorum recreationi destinatus videatur. Siue enim quis montibus oblectetur, habet, quocunque se vertat, in quibus expeditissimus quisque defatigetur. Si quem planicies, & prata iuuant, meditullium vrbs, hæc assatum dabunt. Gaudes nauigio, Veneram vibem habebis, nisi, quod hic riuus fluminis, & lympidissima fontium aqua, multò iucundior sit, quam apud Venetos fortidum mare. Si quis religioni, & diuino est cultui deditus, habet hanc vrbem amplissimis templis, Canonicorum, Monachorum, & sacratarum Deo virginum collegijs, ita frequentem, vt deleto Byzantio, alterius Romæ cognomen sibi merito vendicat. Politica etiam incolarum ciuilitate, hospitalitate, & elegantia ciuium nobilissima, doctissimis denique viris, varioque artificio genere ornatissima, Mutarum etiam vnicæ alumna ac sedes, scholas enim, & studiorum palæstras complures habet, ex quibus doctissimi viri, qui rei literariæ scriptis sunt ornamento, magno frequentique numero, velut ex equo Troiano prodierunt. Et, quod de sua Burdegala testatur Aufonius, clementia hic cæli mitis, & larga indulgentia terræ. Etsi enim austrum bona ciuitatis pars spectet, illius tamen flatus Arduenna sylua, totius Galliæ maxima, quæ altior est, frangit & mitigat. Et habent, qui ab ortu spirant venti, liberum accessum, continui etiam ex natiuis carbonibus ignes, crassiores perpurgant, & extenuant aerem. Tanta Leodiensium felicitas, à Carolo Burgundinorum Duce, grauissimis, ad internecionem ferè tam vrbs, quam nominis, est labefactata incommodis, Huic non satis fuit, supra centum puberum, & impuberum hominum millia, vna die expugnata vrbe, trucidasse, nisi totam propemodum incenderet, mœnia dissiceret, nauibus ciues impositos, pertuso fundo, submergeret, omniaque faceret, non in vrbe solum, sed per totam ditionem, quò nullæ gentis superessent reliquiæ, sed dijs gratia benè habet, floret rursus & vrbs Leodium, & Leodiorum nomen, æternumque, Deo propitio, florebit, dum ille. Nancy hostili terra, captus adhuc, & putridus iacet. Sed iam plurimarum rerum commemoratione omissa, quæ de Leodiensium magnificentia, de opulentia, de incolarum vrbinitate, de eorum magnanimitate, & rebus præclare gestis, copiosè recenseri poterant; celebres illustresque viros, qui scientiarum splendoribus non huic tantum vrbi, verum adeo vniuersæ Europæ lucent, breuissima enarratione, recensere libet. Eorum verò, quos fata eripuerunt, perpaucis recordabimur, non

enim breui enarratione, horum virtutes & laudes, comprehendere possent. Inter eos autem principem, summumque dignitatis obtinet locum, Illustrissimus Princeps, Antistes Reuerendiss. ac Dominus, D. Erardus à Maca, Cardinalium ordini allectus, qui immitti morte sublatus, summum sui desiderium, apud omnes bonos reliquit, & in choro summæ huius vrbs Ecclesiæ, æreo ac deaurato tymbo, præcellenti opere fuso, placidè quiescit. Nihil hic, de Illustrissimis Principibusque viris, D. Georgio ab Austria, D. Roberto à Bergis, nihil item de generoso viro ac Domino, D. Guilhelmo à Pictaui, maioris Ecclesiæ præposito longè dignissimo referam, qui regia stirpe natus, præmatura morte, cum ingenti omnium mœrore ac luctu, Ecclesiæ Leodiensi ereptus, sempiternam pietatis, prudentiæ, bonitatis, virtutumque suarum famam, atque memoriam reliquens, Gratianopoli, terræ commissus, iacet. Quid verò Reuerendissimum & Illustrissimum Principem, ac D. D. Gerardum à Grosbeck commemorem, qui hoc tempore Leodiensis Ecclesiæ clauum, rara prudentia moderatur, ac regit, vir tanto vsu, & summa æquitate instructus, vt ad Rempub gerendam consummatus, & à Deo Optim. Max. natus esse videatur, doctorum etiam hominum, & præstantium ingeniorum, insignis Mæcenas. Multis etiam laudum elogijs, æternaque memoria digni sunt, R. D. Gregorius Syluius, Tagastensis Episcopus, & Ecclesiæ Leodiensis D. Suffraganeus dignissimus, & concionator facundus, R. D. Henricus Natalis Leodiensis, D. Laurentij, extra vrbs mœnia, in monte amœnissimo, & suburbio Cœnobiarcha longè dignissimus, vir veteris & admiranda probitate, ac morum integritate præditus, & ob summas ingenij dotes, vario literarum nitore perornatus. cunctis charus ac notus, œconomus vigilantissimus atque industrius, magnoque cum in ipsa Eburonum Augusta, splendore, tum in vniuersæ ordinis sui societate summa dignitate atque existimatione est, qui maxima animi acerbitate vidit, vniuersum ferè monasterium suum, operosis, atque magnificis ædificijs splendidum, ab acerrimis ecclesiasticæ vnitatis hostibus Huguenotis, vulcani rabiei exponi. Quod quidem Reuerenda sua dignitas ex nobili Namurenti lapide viuo, ad regulam secto, non minore artificio, quam sumptu restaurauit: Eximiam tintinnabulorum turrim, multis campanis exornauit, quarum dissoni toni, summa arte conferti, harmoniam, audiendi sensum oblectantem, reddunt. Bibliothecam magnificentissimam in ipso cœnobij ambulacro construxit, & incredibili librorum, tam Græcorum, quam Latinorum copia, summis impensarum sumptibus conquisita, exornauit, adeo quidem, vt non collapsam ac vetus cœnobium restaurasse, sed planè aliud, ac nouum extruxisse putetur, vt conditoris proinde nomen iute optimo mereatur. Ioannes Visbrucius Brugensis Canonicus, Græcæ linguæ peritus, & insignis historiographus, ingenij subtilitate & varietate doctrinæ clarus. Eximia item, & piæ recordationis vir, D. Carolus Langius, Cathedralis Ecclesiæ Leodiensis Canonicus, vniuersæ humanitatis nitore, omniumque artium, stirpium, atque herbarum cognitione præcellenter cultus. Cui quidem præstantissimo viro, cum non immerito iungo, quem in postrema Oecumenica Tridentina Synodo, Anno M. D. LII. gratissimum iucundissimumque collegam habuit. Reuerendum virum, D. Remaëclum Lymburgium, apud D. Paulum Canonicum, & Medicæ artis professione clarum, omnis virtutis, omnisque scientiæ amantissimum, quem summum esse hominem, & præstantissimarum scientiarum studijs perpolitum, maximè plantarum & piscium, exoticorumque simplicium, scriptorum suorum monumenta, non obscure comprobant. Clari quoque nominis sunt apud Leodios, Andreas Fabri Canonicus, Illustrissimo Bauariæ Duci à consilijs, eiusque Germanus Godefridus. D. Francisci instituti, Ecclesiasticæ exercitatus. Arnoldus à VVachtendonk Canonicus S. Bartholomæi, summi nominis antiquarius. D. Gilbertus Lymburch, artis Medicæ scientia præstantissimus, eoque, multorum Principum atque Antistitum æp̄xia r̄pos, vt ob egregiam vitæ probitatem, summa castitate conditam, memoria nunquam intermoritura, dignus, qui primus omnium experientia percepit, acidos Arduennæ fontes, ad varios corporis morbos curatu difficiles & contumaces, propulsandos, valere. Sed eo tandem morbo, quo Antipater Medicus Romanus, apud Galenum lib. 4. cap. 9. de locis affectis, magno totius Reipub. Leodiensis, & omnium optimorum hominum dolore fatis concessit Antonius Ghenardus, vir pietate eximia, & facultatis Theologicæ professione eximius. Ioannes Laridus, S. Audomaro, Franciscanus, Theologus summus, qui verbi diuini pabulum, Eburonibus magna & pietate, & facundia, & felicitate subministrat. Ioannes Brel Cruciferorum Leodiensium Societatis Prior vigilantiss. vir egregia pietate & doctrina clarus, insignis studiosorum promotor. Nec breuiter porro commemorari possent, præstantes huius patriæ ciues politissimi, ac iuris cognitione florentes viri, quales sunt Ioannes Racietius: Franciscus Trepontinus Puteanus: Petrus Horanus: Iacobus Iokir: Henricus VVeum: Ioannes Fresennius: Petrus Corcertus: Ioannes Hogenius, multi que alij viri, dignitatibus clari, & morum grauitate conspicui.

31. LINDOIA, Insulare imperij oppidum aquis Acrom lacus circumfusum, de cuius origine, aut primis incolis, nihil exacti, historia.

INDEX.

historiarum penuria, haberi potest. Coniectura tamen, ex Strabonis geographia colligitur, Romanos sub tempore Octavianus Augusti, insulam hanc post devictos Rhetos occupasse, praesidio propugnaculo sibi & suis, contra Vindelicos communiisse. Extat enim adhuc fortissima, vetustissimaque, ac semi diruta turris, ex quadrato silice, à dextris, mox pedestri itinere oppidum ingrediti, constructa, vulgo, murus gentilium (*Die Heyden maur*) dicta, quæ restatur, Tibenij, Neronis, vitrici sui legavi, & non barbarorum industria, opus illud exædificatum. Subsequentibus tempestatibus quid rerum hic loci actum sit, iterum planè nescitur, non ambigendum tamen, Traianum, Aurelianum, Constantinos duos, & reliquos Romanos Imperatores, quibus cum Rhetis & Alemanis ad Brigantium lacum, negotia haud incruenta fuere, insulam præfatam, tanquam inexpugnabile refugium, facile vlllo pacto deseruisse, donec inclinante imperio, Germanicæ nationes omnia regna, vastare cœperunt, etiam insulam hanc, Romani nominis odio, in solitudinem versam, vix gauis & mergis incubandi nidum esse permiserunt. Posteriori dein ævo, quum D. Albertus, Caroli magni cognatus, & Palatii Comes, ob vndarum periculosas procellas, quibus in lacu amplo obrueretur, D. Virginie Mariæ in eum portum, quocumque saluus adpulisset, ædem & monasterium extructurum se deuouisset, forte fortuna accidit, vt vento propitiore, in insulam hanc, quæ diu iam vicinis tantum, anserum pasqua erat, nauis deiceretur, ibi protinus pius vir, aream purgans, phanum promissum erigi curauit, simul ac cœnobium nobilibus virgunculis, de suo fundauit, portum quoque istum, à voto & euentu deinceps, Lendoam, vel, vt antiqua instrumenta habent, Lendaugiam nouo nomine, quo nimirum etiam nunc proprio idiomate propinquantibus Rheni accolis vocatur, appellari fecit. Quam rem non multo post Imperator Ludouicus secundus Anno Domini 856. certis immunitatibus confirmauit, necnon & Comes à Boibach, dictum monasterium dotauit, vt incrementa non parua acceperit. Sed & ingruentibus ad D. Virginis templum hoc votiuis peregrinationibus denuo tam locuples fieri, hominum deuotione donisque cœperit, vt non modò Abbatissæ loci illius cum cæteris Romani imperij ecclesiasticis Prælatibus principis obtinuerint dignitatem, verumetiam palatii sui præfectis (qui Hydropirgi olim residebant) modum præscribere coactæ, ob illorum prodigalitatem sunt, ne videlicet hi, dum Lendoam proficiscerentur, vltra duodecim equites secum adducerent amplius. Defunctis simul Anno Domini 1051. Lindocense & Buchhaimense, abbatissæ referente H. Contracto, luota nobilis & religiosa vidua, ab imperatore Henrico III. vtrique domui restaurandæ, præfecta est. Vestales dicti monasterij, nobilitatis ipsarum stemmate, ab vsque proauis ostentant, nec Moniales, sed Canonice, nostro seculo, appellari gaudent, habitu non vtuntur monastico, nec coelibatus voto obligantur. Horas canonicas, consuetis in Ecclesia horis, decantant. Augustum est ipsius cœnobij templum atque magnificentum, cuius pilæ, seu testudinem fulciantes columnæ, singulae à singulis saxis integris coagulatae sunt, nec pluribus lapidum iuncturis consistant. Oppidum paulatim ex villa, Cœnobij felicitate erecta, excreuit, totius podamici lacus nominatissimo portu, illustre. Id circa eam ætatem, qua duces Suciæ, Romani Imperij habenas moderabantur, in aduocatiæ & Mundiburdium (sic tunc tutela, id est, Castvogtei, dicebatur) susceptum, dexteritate & obedientia ciuium, multa vtilia ac digna laude priuilegia, etiam haud aliorum imperialium liberorumque municipiorum prærogatiuis minora, aut viliora vnà cum superioris, siue capitalis iudicij administratione, cudendæ monetæ facultate, nec non tilia viridis, in albo clypeo imaginibus Reip. suæ apud succedentium Rom. Cæsarem, ac Regum clementiam impetrauit. Hæc partim Achilles Gassarus apud Munsterum, partim Gasparus Bruschius, de Germaniæ Monasterijs.

28. LIPSIA, Ostlandiæ quondam Metropolis, nunc Misniæ ascribitur, vrbs aquis irrigua, ex eiusdem nominis pago, in vrbe, summæ dignitatis excreuit. Quam Henricus II. A Dietmaro III. Mersburgensi episcopo, Anno Salutis M. XX. liberè donauit. Cuius pomeria murorum ambitu Otto Marcgravius Conradi II. A. filius extendit. Succedente verò tempore, à Friderico I. eiusdemq; nominis secundo A. A. Anno Salutis, M. CCXV. & Theodorico, Misniæ Marcgrauio, sociali bello diuturna obsidione cinctâ, expugnata, militum libidini & direptioni data, murorum propugnaculis spoliatur, eò, quòd Ottonis II. I. Imperij tum dignitate priuati & Alberti à Kirchbergio Archiepiscopi Magdeburgensis, Thuringiæ Lantgrauij tutelæ & protectione Lipsiæ conaretur committere. Deinde, vt est varia horum temporum, & mundi vicissitudo, sic huic vrbi læta fortuna arripit, vt inter Misniæ oppida, florentissimum ditissimumque habeatur. Quod superbissimæ ædificiæ, & peraugusta ciuica domus, nitore & magnificentia sua, satis manifestè declarat. Ter annuatim nundinis frequentatur: Musarum etiam in clyta sedes existit. Hæc VVolfgangus Iobsteinus, ceteri vrbi, arciumque originis.

A. LONDINVM, vrbs Angliæ, maxima in Cantuariensi prouincia, profluentem Tamensim, regio situ illustrat, celeberrimo negotiatorum emporio, superbissimis ædificijs, regio quæ Palatio, maxime illustris ac nobilis. Quò non insulares modò Anglos, sed & remotissimarum Gentium negotiatores, lucri dulcedo pertrahit. Plura de Londinensium tum origine, tum dignitate Gaufridus Monumetensis: Gildas: Ponticus Virunnius: Polydorus Vergilius, & Hunfredus Lhuid commentariolo de rebus Britannicis ad D. Abrahamum Ortelium præscripto. Paulus Iouius. Et alij.

18. LOVANIVM, Vrbs Brabantiae primaria, non tam comitibus suis vetustis, quam insigni Academia, & omnium artium liberalium vniuersitate nobilis, nomen habet, non à laudando, vt quidam prodiderunt, non à Leuacis, vt alij sunt suspicati, eò, quòd hi Neruorum, non Eburonum fuerint clientes, sed à situ vrbis, qui talis est, vt mœnia vetusta, quæ, vt illa tulit ætas, fuerunt firmissima, ex albo nimirum lapide, ad normam constructa, ex alto descendant ad loca humilia, & aquis obnoxia, quas Tila fluuius maior, & Volta riuulus siue torrens, extra ripas suas euomere quam frequentissimè solent, & longè lateque omnes campos, & intra muros, & extra, in stagna & paludes permittunt. Altum autem illud, è quo descendunt, Lo, vocatur: è quo mons ascendit syluofus, à Lo, nominatus Lobtech, id est, altioris loci mons. Iam stagna omnia, & loca aquis exundantia, nostrate sermone, Ven, dicuntur. Hinc igitur vox composita, Louen, id est, quòd altum locum, & stagnantem complectitur. Nec citra causam de hoc situ nomen fabricarunt, eò, quòd nihil amœnius sit, quam vtranque faciem terram habere. Louanium certè, & intra vrbe, & in suburbanis vbique campos habet aquis obnoxios, & ijs altiora loca incumbentia: è quibus & colles assurgunt, alij vitibus consiti, alij syluis horridi, alij pomarijs vberes, alij per decliua segetibus læti. Sunt hæc quidem, inquit Doct. Becanus libro I. Atuaticorum, Louanio & Romæ communia, sed sic, vt si meo iudicio sententia ferenda sit, longè lateque loci amœnitate, Roma superetur atque vincatur à Louanio. Nusquam, ita me Phœbus amet, terrarum, locus est, qui magis videatur mereri, vt sit sacrarum Musarum domicilium. Conferantur omnia, quotquot sunt literarum Gymnasia, vel in Italia, vel in Hispania, vel in Gallia, vel in Germania, nullum inuenietur, quod huic par dici queat. Vixi Parisijs, Aureliæ, Pictauij, Lugduni, Burdigalæ, & in loco Galliae amœnissimo Andegau: vidi Ticinum, & in eo domum encephonum: vixi Bononiæ, Parauij, Mantuæ, Florentiæ, Romæ & Neapoli. Germaniam partim vidi, partim de auditu cognoui, sed, quæ equidem vidi oppida, nulla sunt Louanio comparanda sitis iucunditate, cum tamen viderim præcipua, & inter cætera, Monachum, Augustam, Vlmam, & Colonia Agrippinam, vt taceam inferiora. In Hispania Salamancae scholarum magnificentia longè omnibus in Europa præstat Gymnasijs, sed situ, & locorum facie, à Louanio superatur. Vallis Olitana extra vrbe non est inamœna, præsertim in Visurgis ripis, secundum quas frequenter Cimaneam vsq; corporis exercendi, & animi recreandi causa, soleo, dum illic viuerem, deambulare, & habet duo collegia quibusuis regijs ædificijs conferenda, sed omnibus inter se comparatis, nihil ad Louanij amœnitate. Gymnasium hoc Louaniese, scribit Hadrianus Barlandus, vnum habet caput, vnum principem, cui omnes in eo parent, hunc Rectorem vocant, cuius officium est, ius dicere, priuilegia tueri, & maleficij reos scholasticos pœnis afficere. Cum in publicum prodit, ante eum præcedit Accensus, quem Bedellum, recepto illic vocabulo, vocat, pone sequuntur famuli, quantum autem honoris huic dignitati habeatur, hinc apparet, quòd Consules, Magistratus, & clarissimi quique viri, denique omnium dignitatum gradus, Academiæ Principi assurgant, & decedant è via. Exeunt ad comitia, quæ certis anni temporibus iudici solent, plures Accensi anteambulant, singuli manu auratum gestantes baculum, insignia honoris amplissimi. Est hæc semestris dignitas, quemadmodum apud Romanos olim dictatura fuit, sed duntaxat mensium. Sunt & alia quædam Louanij non indigna spectatu loca, Xenodochium dotatum amplissimè, vbi nunquam non assistunt ægrotis mulierculæ, solatijs resouentes singulos, atque adferentes, quod cuique è valerdine esse consistit. Est alio loco digna duce, digna principe domus, quam extruendam curauit summus Pontifex Hadrianus sextus, cum adhuc in minoribus ageret. Intra mœnia visitur & cœnobium Carthusianorum, loco ab omni tumultu, ab omni frequentia seroto, ita vt nec eremi solitudinem in vrbe magnoperè desiderent monachi. Hoc ædificio nil ex ea familia vidisse se quicquam splendidius, ingenuè fatentur quouis exteri, &c. De magnifica, & ampla hac vrbe Guicciardinus auido lectori abundè suppedabit, quæ admiretur. Habet etiam Louanium societatis Iesu collegium inchoatum ab Adriano Adriani, Anuerpiano, Anno salutis humanæ M. D. LV. Huic D. Helias Schorc, consilio Brabantiae à secretis, vir bonus, & ob pietatem, ac maximam, in pauperes, largitatem, æterna memoria dignissimus, amplas ædes donauit. Cui etiam volens prodesse D. Gualterus Runfelius D. Petri canonici, S. Theologiæ Licentiatus, ac societatis institutum, quòd consilio diu fouerat, beneficio etiam iuuare, Anno Domini, M. D. LXV. domum suam, quam habebat, non modò donauit liberaliter, sed veterum, & sanctorum PP. exemplo, ad eius partem se recipiens,

INDEX.

cipiens, curavit, vt senatus autoritate comprobante, societas etiam hanc hereditatem adiret.

24. L V B E C A, Inferioris Saxoniae vrbs Imperialis maritima, supremum, perangusta Hanseaticae societatis caput, vulgo, Lubeck, quasi angulus laudis, Celte, & Aenea testibus, a Viceboldo duce condita, a Vandalis Baccena nominatur, a Kitto Principe aucta, anno Christi 1104. Bractusa & Trauo fluminibus irrigua. Episcopatus originem ibi habuit Anno 1152. Multa vrbs haec, diuersitate principum, pertulit. Celtes.

Inde vrbs clara nitet de lumine nomine dicta,

Et Lobicum Codani fama decusq; sui.

Angulus hac laudis dicta est vrbs nomine prisco,

Angulum in hunc fertur fluuus Drauenna per aquor.

Aeneas Syluius, in sua Europa, cap 32. Lubecensium, inquit, ciuitas potentissima est, sine cuius auxilio, vix vnquam Daciae reges continere suos subditos valent. Duodecim viri Reipub. praesunt, quos consules appellant, quorum perpetua potestas est, & in equestri dignitate constituti, popularibus, nisi vocentur, nulla de regimine vrbs consulendi facultas, nec tamen seruire plebs videtur. Sua cuique substantia tuta est, & libertas, saluis legibus, vt velint viuere. Aequum iudicium consules agunt. ab his Caesar, si excesserint, appellatur: plura de hac vrbe, apud Crantzium: Munsterum: Hermannum Bonnum: VVolfgangum Iobsteinium: & in chronicis Argentinensibus, inuenies. Eandem etiam carmine elegantius descripsit, Petrus Vincentius Vratislauenfis.

32. L V C E R N A, Heluciorum ciuitas, satis amena & elegans, dignitate & opibus par multis, commune confederatarum vrbiu emporium, vbi deponuntur merces, quae ex Germania in Longobardiam, & Liguriam transmittuntur, & per lacum magnum, ad cuius finem Lucerna est sita, spatio quinque miliariorum, in Vraniam deferuntur, atq; inde dorso equorum, per montes & valles alpium, Medioianum vsque transportantur. Habent autem Lucernas, maiorem ferè commoditatem ex lacu, quam ex adiacente solo, tametsi eximia quoque habeant prata, & pabula pecoribus nutriendis idonea. Confederata est haec vrbs tribus pagis, anno salutis M. CCC. XXX. I vocaturque haec ipsa confederatio, Foedus quatuor syluanorum locorum.

10. L V G D V N V M, vrbs Transalpinæ Galliae maxima (quae generosi Leonis Gallicum nomen, ingentes animos, & nobile stemma gerit) sic nunc est fortibus prudentibusque viris munita: muro, fossa, vallo, & omnibus propugnaculis cincta, geminique fluminis ambitu, rupium celsitris, & ipsa loci natura inexpugnabilis: vt Celticae arx Galliae in ipsis regni faucibus iure dici possit. Nomen habet, si D. Becano credendum, a tumulis, Dunen, vocabulo, quo omnia loca montosa & accliuia, Belgis vocantur, cuius significatio & perpetuus apud eos vsus, multa prisca vocabula interpretatur. Quaeunque enim oppida huius vocis terminatio nem habent, intelliguntur in locis accliuibus, aut collibus extructa fuisse, vt est Lugdunum, quo collis bonae fortunae, siue prosperitatis significatur. Eiusmodi arenaceis montibus, siue tumulis maxima pars Flandriae, & Hollandiae, & Zelandiae quaedam partes ab Oceano defenduntur. Hanc Lugdunensem vrbem ad Rhodani ripas, & Viennae finitimam Seneca in epistola ad Lucilium refert, fatali igne, suo tempore exustam, quam inter Celtas adscribere, quibusdam placet, quoniam omnes eius suffraganei, & pars vrbis, Ecclesiaeque ipsa, matrix in Celtis sunt. Hinc Plotius, qui primus Romae Rhetoricam docuit Latinam, ortus est, a quo Romae se puerum cum Q. fratre latine primum doctum esse, Cicero refert. Huc Pilatus sub Claudio a Caio accusatus, in exilium missus, vitam magna cum infamia, finiuit, vt non modo in futura, sed in hac quoque vita, iustas seclerissimae iniquissimaeque latae sententiae, poenas exsolueret.

23. L V N E B V R G V M, praecleara Saxoniae vrbs, quae, quia salinis vberimis praestat, Salineburgensis quibusdam, non inepte dicitur. Eas autem Salinas Lunenburgenses, Aenea Syluius teste, Abbatibus, alijsq; Ecclesiasticis vitis, eripuerunt. Harum prima origo fuit non procul a monte Calcario, olim inuenta, puteo inclusa, viris fortibus, qui aquam diu noctuque exhaurirent, deputata, atque ex aequo diuitibus & pauperibus distributa. Nec hic in hunc vsque diem, vlla vetustatis est facta immutatio. Durat adhuc antiqua columna, quae sustinet trabem, cui magna adhaeret vna, a quam è profundo educens. Canales, seu fistulae, per quas salis aqua deriuatur, pulchro ordine distribuuntur, sunt autem numero quinquaginta, ad singulorum casas, habetq; vnaquaeque casa, quatuor sartagine, ex plumbo factas, quadrilateras, latas duabus vlnis, & transversa manu profundas, quae vsu detritae, renouantur absque vlla liquefactione. Duabus autem horis sal coctum, & ex sartagine sublatum, in varias illius terrae, & longius distitarum regionum partes, deportatur.

7. L V T E T I A, inter Celtas est, Prouinciae Senonensis ascribitur, oppidum erat Parisiorum, positum in insula fluminis Sequanae, quod perpetua palus influit, proximè Belouacis, Agendico oppido, & Senonibus, & Meloduno oppido finitimum: nunc vrbem Parisiensem esse dicunt. Ciuitas est Episcopalis in Franco-

rum regno sita, in quam Caesar se concilium trāstulisse, & patrum suorum memoria Parisios cum Senonibus ciuitatem coniunxisse, scribit B. Rhenanus libro tertio rerum Germanicarum. haec, quae sequuntur, coronidis vice adicit: Lutetiam, inquit, Parisiorū Castellum vocat. Ammianus Marcellinus his verbis, Matrōna & Sequana amnes, inquit, magnitudinis geminae, fluentes per Lugdunensem post circumclausum ambitu insulari Parisiorū castellum, Lutetiam nomine, confociatim meant, meantesq; protinus prope Castra Constātia funduntur in mare. Hactenus illius verba retulimus, Vnde liquet, Lutetiam exiguum oppidum olim extitisse, quippe quam insula tam modica, totam fuerit complexa. Proinde duae illae ciuitates, quae in vtraque Sequanae ripa aedificatae, Lutetianam insulam cingunt, suburbana illa sunt, in quibus Iulianus Caesar, quum apud Parisios ageret, Decentio Tribuno & Notario, electissimam Auxiliarium, Herulorum, Batauorum, Tenchateriorum, Celtarum, & Iouinorum manum, illac ad Constantium Augustum contra Parthos bellaturum, ducenti, salutabundus occurrit, vt est apud eundem auctorem. Crediderim autem eam vrbs partem, in qua hodie Scholae sunt, aeternā multo vetustiorē esse. Quod indicat antiquum illud aedificium, horum pensilem gestans, firmissimae testudini superimpositum. Id adhaeret nouis aedibus abbatis Cluniacensis, quas ingenti sumptu proximis annis aedificauit, Romanorum olim principū haud dubie domicilium. Sed Lutetiam & Sequanam fluum praesentem elegantissimè describit Iulianus Caesar, in oratione, cui titulus, *ἀποχρηστικὸν πύργον*. Vbi criminationibus quorundam respondens, qui ipsi comestiones & vomitus obiecerant: ostendit, qua causa semel Lutetiae coactus sit cibum reiicere, tum videlicet, cum Gallie consuetudinis impatiens, qua coenacula per fornaces calefaciebant, illatis in cubiculum viuis carbonibus, eo ardore ferè extinctus est. Quae nos docebit narratio, obiter, vsu hypocaustorum, qui Germaniae peculiaris est, olim apud Galios fuisse receptissimum. Alio, qui, si fumarium habuisset ille locus, in quo Iulianus dormiebat, nihil mali fenisset, & notum est, quid Graecis significet, *καμίνος*. Sed aiunt, veteris architecturae periti, fumariorum vsu, prisca ignotum extitisse, qui tubulos habebant, parietibus insertos ad caenacula, vel calefacienda, vel refrigeranda. Hec ille. Anno Salutis M. D. LV. in Lutetiana Academia primum in Gallia, societati Iesu collegium constitutum est, a R. D. Guilhelmo de Prato Clarensitano Episcopo.

M.

63. M A G D E B V R G V M, Imperialis, & metropolitanae dignitatis in Saxonia vrbs. Archiepiscopalis sedes, cuius Antistes omnium Episcoporum Germaniae primas est. Hic in honorem S. Mauritij, ex quadrato lapide, diues templum, Othonum nobile opus, & in eo S. Florentini corpus. Credunt quoque vnam è sex hydrijs ibi esse, in quibus vinum ex aqua factum à D. Saluatore, E. angelistarum tradit historia, hanc plebibus ostendunt, materia marmorea est, ac pellucida, vini capax, quantum equus ferre possit. Alteram, ac minorem, apud Hildemenses affirmant. Tertiam, Coloniae Agrippinae ex candido marmore, in peraugusto D. Vrsulae phano, aliquoties vidi. Vexillum quoque S. Mauritij Magdeburgi quotannis ostenditur. Magistratus vrbis ius ciuile Romanorum abbreviatum, & Saxonica lingua conscriptum, non siue reuerentia custodit, quod Magni Caroli auctoritate firmatum, tradunt, eoque in decisione causarum circumvicinae gentes recurrunt. Magna & venerabilis earum legum auctoritas habetur.

2. M A L A G A, in Hispania, Beticae prouincia, digna Episcopio sedes.

50. M A L T A, commune insulae in Mediterraneo mari ac oppido, probe munito, nomen.

26. M A R T P V R G V M, quasi Martis castrum, vrbs Hassiae metropolis, olim villa, vt historia B. Elizabeth tradit, in cuius honore Ecclesia dedicata est. Lanus praeteriuit. Abbas Spanheimensis, Marcburgum à Marcomero Marcomeri vicefimi sexti Regis Francorum filio, nominatum, & erectum fuisse, collegit: meminit & illius Hunibaldus. Ptolemeus hanc Amisiam nominauit.

18. M A C H L I N I A, elegantissima Brabantiae vrbs Archiepiscopi sedes, distat Bruxella, Louanio, & Anuerpia miliaribus quatuor, situ & opere munitissima. Praeterquam enim propugnaculis, moenibus ac fossis circumdata est, vicina decliuiora loca, a quarum septis reclusis stagnantur, vt hostibus nullus ad eam aditus pateat. Haec vrbs ob praestita in obsidione Nouesiesi (oppidum est ad Rheni ripas infra Coloniae Agrippinae) Carolo Burgundionum Ducis officia, multis priuilegijs, etiam ad inuidiam vsque vicinorum, est dotatum, vestigalium maximè in Brabantia, immunitate. Qua Anuerpiam itur ad portam Catharinariam, vbi Mechliniae coniunctus est amplissimus circus, castelli instar, muro clausus, domicilij plenus, vbi celebre etiam templū cernitur. D. Alexio, vt tutelari numini dicatum, quo loco in frequentissimo mulierum conuentu plus minus sesquimille, omnium ordinum feminas, semper reperias, quae religionis ergo, comoratum eò concesserint, omnes verò, quatuor primis, vniuersae parent & obediunt, in quibus sunt, quae de suo luculentè viuunt, longè vetò maxima

I N D E X.

earum pars, lana ac tela victum quaerit. Sed hic non modò lubet, Anmque ita res postulat, extra septa egredi, verum etiam contradicente nemine, quando sic visum fuerit, nubere licet. Machliniensibus, ne omnè antiquitatè, ab A boriginibus excutiamus, quondà imperarunt Bertholdi, gens vndiq; spectata, & illustris, ac vbi eius familiae stirps vtraq; excidit, nouissimè post diuturnū bellum, litigiosamq; contentionem, pars eius vrbis Eburonum Antistitè, pars Geltrix Comitum agnouit. Sed illi ipsi (vt Meyerus attestatur) postremo iure suo cedere, Annoq; M. CCC. XXXIII. Ludoico Niuerniensi Flandrorum Comiti, vniuersam dominationè diuendere, id quod ancipitis belli seminarium extitit. Recusabat enim Ludoicus Brabantiae Ducis clientelare beneficium, quod maiores aliquando, vt ferebatur, non abnuerant. Tandem verò post longissimam, eamque inutilem litigatorum altercationè, Ludoicus Malecanus, iam dicti Ludoici filiorum natu maximus, Margaritam Ioannis III. Brabantinorum Reguli filiarum alteram duxit uxorem, cuius matrimonij ratione, vt vt confectum bellū restitutum non sit, ad extremum rebus compositis, Flandriae Brabantia coniuncta est. Philippus autem cognomento bonus, subinde singulare huius vrbis imperium constituit, quale etiamnum manet. Inde secundo lapide, praclarum occurrit municipium Heista, colli impendens, cum appendicibus septem castellis, Machliniensium territorio circumscriptum, ceteroqui per se liberum, & omnium rerum immune. Habet insuper haec vrbis (vt scribit Barlandus) suas minimè vulgares dotes, aëris multam clemētiam & salubritatem, incolae sermone blandos, moribus mansuetos, comes, ciuiles, bellicosos etiam, cum res exigit: placet in hac vrbis virorum multitudo, placet mundities, habet Conciliū regium, & aedes factas complures decenter ornatas. Vrbem hanc Machliniensem multò celebriorem nunc reddit Illustrissimus D. Cardinalis Granuellanus, nouae scholae institutione, quam velut seminarium quoddam morum ac litterarum ex Concilij Tridentini praepro, magnifici viri, non modò de hac vrbis, sed de vniuersa Brabantia eo ipso bene meriti, instituire nūc moliantur. In qua pueris, quibus patres ob fortunarum angustias, necessarios ad studia sumptus suppeditare nequeunt, Illustrissimi D. Cardinalis munificētia, ad victū & cultum necessaria, perpetua fundatione concedentur.

42. **MEDIOLANVM**, vrbis apud Insuabres omnium potentissima, metropolitico honore, situque conspicua, scribit enim Alexander Quintus, eius nominis pontifex summus, hanc vrbem physico ac naturali situ, ab incendijs caumatam, & frigoribus aequaliter abesse, ac locum totius orbis temperatissimum, aëremque serenissimum, & aquarum in puteis, ac fontibus salubritatem obtinere. Quodque lacus pulcherrimi decem, & septem, & sexaginta quatuor flumina, terrae superficiem irrigantia, in illius agro reperiantur. Porro, quantum templorum magnitudine, regalium domorum amplitudine, clarissimarum aedium nobilitate, & vicorum nitore, nec non & omnium artium praestantia floruerit, nostraeque aetate floreat, tum potentissimorum dominorum, Ducis maiestati obsequentium: tum vtriusque sexus contubernium religiosorum inhabitantium, ac caterua huius vrbis equestris ordinis virorum, ac doctorum, nec non & armorum & pannorum, & omnifariam vestimentorum officinae, & mercatura declarant. Est & Mediolani societatis Iesu collegium à R. D. Cardinale Boroneo, auctum & amplificatum.

49. **MESSANA**, florentissima Siciliae vrbis, de qua in ipsa descriptione plura Haud parum huic vrbis, tum venustatis, tum vilitatis accedit ex optimè constituto societatis Iesu collegio, quod Pontificis Maximi iussu, eò missi, crexerunt, M. Hieronymus Natalis Hispanus: Andreas Fruscus Gallus: Petrus Canysius Germanus, Benedictus Palmius Italus, atque nonnulli alij ex varijs nationibus, domo, magistratus benignitate, commodè instructa, Anno domini M. D. XXXV. III.

51. **MEXICO**, Regia in Hispania noua sedes, de qua hunc in modum Ferdinandus Cortesius scribit: Mexicana ciuitas, adeo ampla est, & admirabilis, vt magnitudine & populi frequentia, Granatensem vrbem superet, & patrijs rebus multò sit abundantior, vt pane, auibus, piscibus, tam ex fluminibus, quam lacubus, & his, quae in venatione capiuntur, rebusque alijs, quibus pro ipsorum victu fruuntur optimis. Hac in ciuitate est forum, in quo quotidie cernuntur vltra triginta hominum millia eumentium & vendentium, vltra alia plura parua fora, quae in ciuitate reperiuntur. Hoc in foro habentur omnia genera indumentorum venalia, quibus illi vti consueuerunt. Sunt ibi loca disposita, ad vendendum aurum, argentum, lapillos, aliqua genera emblematum & plumarum, tam bene comptarum, vt in nullis foris aut plateis vniuersi terrarum orbis, ornatiores reperiri possint. Sunt illic venationes adeo aptae, vt nullis optimis in Hispania cedere debeant, venduntur holera, & herbae medicales, ligna, carbonesq; in bona quantitate, habentur balnea, & denique inter eos viget aspectus cuiuslibet boni ordinis ac regulae, estque natio multae rationis, quae in Africa non posset inueniri melior. Legum rigore maleficos puniunt. Quidam enim Cortesio aurum furtim abstulerat, quod cum huius vrbis Magificacin resciret, deprehensum, in foro, per praeconem primo proclamante delicto, malleo ligneo occidi

iussit. Ciuitas haec in lacu constituta, in qua optima sunt domus & turres, & maxime aquas ipsi domini inhabitant, & sacrae aedes eorum, quas Meschitas appellant, vbi suas fundunt orationes, & deos collocant, & pro qualibet necessitate homini incumbenti, habent propria sua idola. more priscorum gentilium. In istis Meschitis versantur homines, qui pro religiosi more suo habentur, & continue ibidem resident, omnes illi, idolorum cultores, nigris vtuntur vestibus, nec capillos minuunt, aut peccunt à die ingressus religionis, donec exierint. Filij omnes ferè primatum ciuitatis & dominorum eo habitu, in religionibus versantur, à sexto, & septimo anno, donec eos parentes matrimonio iungant, & hoc frequentius accidit in primogenitis, & in ijs, qui in haereditate succedunt, quam in ceteris. Morantes in illis locis accessum ad mulieres non habent, nec ad eas domos mulieri patet accessus, abstinēt à cibis quibusdam, sed vno tempore plus alio. Et inter Meschitas est vna suprema, in cuius circuitu quadraginta sunt turres altissimae, quae omnes sunt sepulturae dominorum istius prouinciae, & capelle in eisdem constructae, singulae suis idolis consecrantur. In hac ampla Meschita, sunt tres latissimae aulae, in qua sunt plurima idola mirae altitudinis, varijs figuris & artibus sculpta, tam in lapidibus, quam in aëre & dictis aulis insunt alia parua sacella, angustis portis constructa, quae nullam coeli claritatem continent: in ea sacella, ex religiosi certi aliqui, minimè tamen omnes, admittuntur. In his Meschitis, vnus Temixritanae vrbis, (horrendum dictu,) olim dijs suis annuatim, vltra viginti millia puerorum, puellarumque corda sacrificant. Ex lacu, in quo haec ciuitas posita est, maximam salis copiam conficiunt. Quatuor tantum habet vrbis ipsa à continenti ingressus, stratis manu fabricatis, vijs latis, quantum extenditur lata Hispanica equestris lancea. Illius praecipui vici amplissimi, & recto tramite procedentes cernuntur, quorundam media pars est in aquis, media in terris, per quos canois inuehuntur. Vici quoque omnes habent suos exitus, & ab vno ad alium, aqua permeare possunt. Habet insuper praecleara haec vrbis plurimas plateas, vbi quotidie sua habent fora, commerciaque exercent. Venduntur res ex auro, argentoque, plumbo, cupro, aurichalco, lapidibus, ossibus, conchilibus, corallis, & ex plumis. Venditur calx, polita lapides, & non polita, lateres crudi & cocti, ligna dolata varijs modis, & non dolata. Est vicus, in quo venduntur omnia genera auium ad aucupium, vt gallinae, perdices, coturnices, anates, turdi, fulicae, tutures, palumbes, passeris arundinibus collo astricti, psittaci, milui parui, asciones, tinunculi, accipitres, falcones, & aquilae, & aliaque ex istis auibus rapina viuētibus, cum plumis, capite, rostro, & vnguibus. Vendunt cuniculos, lepores, ceruos, canes castratos paruos, quos ad comedendum educant. Sunt vici ad herbas vendendas, sunt ibi omnes herbae & radices medicales, quae nascuntur in tota prouincia. Sunt domus pharmaca vendentium, tam potabilia, quam ex vnguētis & emplastris. Sunt barbitonorum domus. Sunt etiam habitationes, vbi conueniunt ad bibendum & comedendum pro pecunia. Sunt ibi etiam plurimi batuli, vt in Hispanijs, qui merces emtas ad incolarum aedes deferunt. Sunt plura ligna, carbones, focularia, storiæ variae ad leuiteria, alia subtiliores ad sedilia ornanda, cameras, & aulas. Sunt omnia olera, & praefertim cepe, porri, allia, nasturcium tam terreste, quam aquaticum, caules, acetosa, cardus. Sunt ibi fructus varij, inter quos sunt caerasa, pruna, quae sunt simillima Hispanijs. Sunt poma, vuae, & alij fructus plurimi, quos exquisitissimos ipsa prouincia producit. Vendunt mel, apum, ceram, & mel arundinum, ex Mayz, quae quidem arundines tantum mellis habent, & sunt adeo dulces, quemadmodum illae, ex quibus zaccarum conficitur. Vendunt mella ex arboribus quibusdam, quas in reliquis insulis Magneae vocant, & sunt dulciora musto decocto. Vendunt etiam vinum inde confectum. Vendunt vltra genera sili omnium colorum in suis corollis, & est similis vico, vbi Granatae venduntur res ex serico, sed in maiori quantitate. Venduntur ibi colores pro pictoribus, & omnia genera sicut in Hispanijs, & adeo illustrata, vt meliora fieri non possent. Venduntur coria ceruina optimè aptata, villosa, & sine pilis, alba & tincta coloribus varijs. Venduntur fictilia multa, & optima vernice suffulta. Venduntur dolia maxima, & parua Oenophora, olle, & alia vasa fictilia. Vendunt multum Mayz, tam solidum, quam coctum, & in panem conuersum, & de eo habent magna commercia, & in solido, & in pane. Vendunt artocreas ex auibus & piscibus recentibus & salis, crudis, & coctis. Vendunt oua gallinarum, & anserum, aliarumque auium maxima in copia. Vendunt placentas ex ouis. Et denique, vendunt in dictis foris, quicquid gignitur & crescit in illis prouincijs, quae vltra ea, quae exposui, sunt talia, & tam diuersa, vt ob prolixitatem, & quia eorum omnium nomina non teneo, recensere nequeam. Et genus quodlibet mercium habet vicum proprium, nulla data alia mercium commixtione. In hac ampla platea, est domus magnifica, in modum iudicij, vbi semper morantur decem, aut duodecim personae, quae iudicant, & constituunt omnia, quae in dicta platea eueniunt, & dubia, quae insurgunt, maloque & delinquentes puniri iubent, versantur in dictis plateis aliae personae, quae assidue diligenter explorant, quid vendatur, & mensuras, quibus venduntur bona, inspectant, atque explorant. Iam verò,

INDEX.

de magnificentia, diuitijs, & domestico apparatu atque obsequio, ipsius Muteczuma huius urbis, & vicinarum regionum supremi domini, de palatijs suis, vinarijs & hortis, in ipsa ciuitate, & extra eam voluptatis gratia edificatis, de pontibus, aqueductu, vijs, & nobilium a cibis, omnia commemorare voluero, veritatem ipsam narrationem, excedere multis videbitur. Ex varijs tamen hoc saltem vnicum referam. Præter alia amplissima ipsius Domini Muteczuma palatia, vnum est, in quo pulcherrima erant viridaria, quibusdam prospectaculis eidem insidentibus, & marmora, reliquaque ornamenta erant ex iaspide optimè elaborato. Huic palatio inerant habitationes, quibus possent hospitari duo magni principes, cum amplissima familia, ibique erant decem stagna, vbi habebantur omnia genera auium aquatiliū istarum prouinciarum, quæ sunt multa & varia, & omnium altitium, & ad vsum volucrum, quæ maxime aluntur, erant stagna falsa aquæ, & ad vsum in fluminibus versantium, erant aquæ dulces, quas quodam constituto tempore emittebant, vt stagna emundarent, & cuiuslibet speciei volucrum impartiebantur cibum, qui eis erat proprius. Ita, quod volucris piscis edentibus, ducentæ & quinquaginta libræ, quotidie exhibebantur. His alendis volucris dabant operam trecenti viri, nulli negotio vterius incumbentes. Erant præterea alij, ad auium præstanda medicamina præpositi, cuiuslibet stagno prospectacula imminabant, & deambulatoria egregia, & sumptuosa, quo dictus Muteczuma solatij gratia, secedere solebat. In huius palatij particula, tenebat homines, pueros, sceminasque à natiuitate candidos in facie, corpore, capillis, supercilijs & palpebris. Habebat aliam etiam domum amplissimam & munitissimam, in qua erat latum peristylum, pauimento ex crustis marmoris egregijs ornatum, in modum latrunculariæ tabulæ, & domus erant profundæ, quasi ad statum hominis cum dimidio, & ad magnitudinem sex passuum in quadrangulo, & in medio quarumlibet istarum habitacionum cernebatur volucris rapina, vitam quærens à tianculo, vsque ad aquillam, quotquot comperiuntur in Hispanijs, & plura genera, quæ nunquam in Hispanijs visa sunt, & in quolibet genere magna copia. Et in qualibet istarum erat lignum, vbi volucres residebant, & aliud extra, infra rete, & vni insidebant aues nocturno tempore, cum pluuiosum erat tempus, in altero verò poterant esse exeuntes ad solem, & aerem, dum aliqua ægritudine laborant. Istis omnibus volucris, gallinas impartiebantur pro cibo, & non aliud. In eodem palatio inferius quadam aulae magnæ, plenæ sunt magnis cauis, & grandibus lignis fabricata, & coniunctæ, & in eis, vt plurimum, continebantur leones, tygrides, lupi, vulpes, cati varij, & omnium horum animalium tam volantium, quam quadrupedum erat maxima copia, quibus ad saturitatem gallinas apponebāt, & ad horum animalium custodiam erant alij trecenti viri. Erat insuper & alia domus, vbi plurimos viros & sceminas monstrosas, pumiliones, gibbosos, & adulterinos, & alios maximæ deformitatis viros habebat, & genus quodlibet monstri, suas obtinebat separatas habitaciones, & præterant eorum infirmitati electi homines. Reliquas domus voluptatis gratia constructas, in dicta ciuitate Mexico, prætermitto, cum & plures sint, & diuersimodæ. Hæc ex narratione secunda, Ferdinandi Cortesij excerptimus, apud quem multò plura de magnificentia rara & inaudita huius urbis, & de regio ac domestico obsequio ipsius D. Muteczuma lectu digna inueniuntur. Habent etiam in Mexicana hac vrbe Domini de societate Iesu collegium, Regis Catholici Philippi Austriaci benignitate, institutum, atque dotatum, Anno à Christo nato M. D. LXXIII.

37. MOGVNTIA, vulgò Meintz, à Celte, Prutingero, Ligu-rino, ac Ottone dicitur: Moguntiacum, vel, vt Pirckeymerus, Mocontiacum, Hermolaus, D. Hieronymus, Ammianus libro 16. Et Tacitus vocant. Ptolomæus Neomagum lib. 2. cap. 8. tab. 3. appellat. Est & ciuitas apud Antoninum Pium in itinerrario. Nouiomagum inter Argentoratum & Bingiam, quam doctus autor, Moguntiam cõiectauit. Licet alij Nouiomagum in Gelria posuerint, Nomen habet Moguntia à Mœni fluuiio, quem alij Moganum, alij Mogum vocant, oritur in orientalis Franciae mōtibz, & Francofordiam, nobilissimum Germaniæ emporium, præterlapsus, apud Moguntiam Rheno miscetur. Hunc fluuium, sunt, qui Obrincum esse putent. Non enim parua disputatio est, quis sit fluuius Obrincus, quem Ptolemeus supra Moguntiacum statuit. Quidam enim illum Naum, qui iuxta Bingum in Rhenum defluit, esse putant. Alij etiam Rhenum transgressi, Rhenū esse censent. Sed procul dubio Mosella est, licet Ptolemeus ex eius situ (forsitan ex aliorum relatione) deceptus videri potest. Equidem, si Naus esset, sequeretur, quod Mosella penitus à Ptolemæo fuisset obmissa quod planè incredibile est, quod fluuius adeò insignis, fuisset neglectus, & longè minor, Naus nimirum, recensitus, qui & ipse non supra, sed infra Moguntiacum labitur. Mœnum verò per Obrincum designari, planè ineptum videri potest, quod in descriptione superioris Germaniæ, & inferioris, transverso Rheno, Mœnus describi, & quasi humeris, vltra Rhenum transportari deberet. Autor est Pirckeymerus, cuius verba retulimus. Sed nunc ad Moguntinam, clarissimam Germaniæ urbem reuertimur, à Tacito memoratam, qui hic etiam molam à Druso ad remorandum Rhenum fluuium

inchoatam refert, & à Paulino Pompeo Romanarum Legionum in Germaniam Duce sub Nerone Imperatore perfectã. Pons quoque ligneus, apud Moguntinos à Carolo, trans Rhenum constructus fuit, qui paulò post vulcani rabiei litatur. Anno salutis D. CCC. XXXVIIII. (autore Sigiberto in chronicis.) Godescalcus hæreticus, adulterina deprauataq; doctrina, urbem, ac ditionem Moguntinam corrupit atq; infecit; Coactò igitur Moguntie, concilio a S. Rabano Archiepiscopo Moguntino (cuius quidem viri pietatem & eruditionem, omnes bibliothecæ, per multos ab eo libris conscriptus, passim commendant) erroris conuictus, damnatur. In hac vrbe ars Typographica, circa annum salutis M. CCCC. LIII, per Ioannem Faustum inuenta est. Vniuersitate denique Moguntia inclarescit, quæ quidem vti Pipino, eiusq; filio, Carolo Magno primordium, ita Reuerendissimo Archiepiscopo Moguntino, Danicli, in Electorum ordine primo, per Germaniam Archicancellario, & omnem suum nitorem, & restaurationem debet. Cui Illustrissima Cellitudo sua, Anno verbi incarnati, M. D. LXVI. Dominos de societate Iesu præfecit, qui dum mitiora artium studia, tum etiam philosophicas & theologicas scientias, maxima & dexteritate, & felicitate tradunt, Moguntiam superiorisque Germaniæ iuuentutem, doctrinæ, pietatisque nitorebus expoliunt.

53. MOMBAZA, oppidum Africae, habens in portu arcem munitissimam, armis & telis, varijsque tormentis refertam, firmis-simisque præsidijs, atque singulari vigilantia defensam. Tellus abundat fructibus, oleis, & frugibus, & pecorum & armentorum gregibus, & aquis dulcibus. Vtut præterea mira coeli temperie, homines viuunt admodum lautè, & domus Lusitanorum more ædificant, tectoriaque varijs coloribus depicta parietibus inducunt. Hæc Oforius lib. 1. de rebus Emanuelis Lusitanorum Regis virtute gestis.

40. MONACVM, vrbs ad ripam Isaræ sita, inter ciuitates Principum in Germania præclarissima, & Bauariæ nominatissima, ædes habet pulcherrimas, plateas amplas, & basilicas ornatis-simas. Ioannes Auentinus, diligens rerum Bauariæ scrutator lib. 6. historiarum suarum, ita de Monaco oppido scribit: Henricus duodecimus Bauariæ Dux, oppidum Monacense construxit, in fundo Monasterij Schefflarn, atq; inde Monacum est dictum, habetque Monachum pro insignibus. Fuit autem eo tempore oppidum quoddam aliud, Vering nomine, infra Monacum, ad ripam Isaræ situm, vbi pons erat vltra fluuium, quo omne sal, quod ex Reichenhal deferebatur, tendebat: traieciatque potest, vnde Episcopus Frisingensis, cuius erat oppidum illud, magnū habuit quæstum. Hoc autem oppidum Dux Henricus exussit, pontem fregit, direxitque viam ad Monacum, eaque ratione vniuersa negotiatio, & vectigal salis ad suam ciuitatem peruenit. Est hoc tempore Monaci societatis Iesu collegium celebre, ab Alberto vtriusque Bauariæ Duce informatum, & dotatum.

22. MONASTERIVM, vrbs episcopalis, totius VVestphaliæ Metropolis. Ptolemæo Mediolanum, Anabaptistis verò noua Hierusalem dicta, qui post longam obsidionem ab ea expulsi sunt in natali S. Ioannis Baptistæ, Anno Domini M. D. XXXV. Ioannes verò Leidanus ex sacrorum opificio primus ipsorum Dux, ad quæcunque scelera ipsis facem præferens, quem Regem Israel & Sion esse dicebant, viuis caueæ ferreæ inclusus, è fastigio turris S. Lamberti suspensus, inedia periit.

8. MONS PESSVLANVS, in Narbonensi Gallia oppidum, tam situs oportunitate, quàm vniuersitate amplissima, admodum celebre.

11. MONTES, vrbs in Hannonia probè munita & elegans, metropolitana dignitate conspicua.

N.

47. NEAPOLIS, vetusta, præclara, atque lautissima Campaniæ vrbs, ipsi maris littori, & amœnissimorum collium radicibus apposta. Neapolim Strabo, Plinius, Mela, Lilius, Solinus, Antoninus, Tacitus, Silius, Appianus, breuiter omnes scriptores nominant. Antea tamen Parthenopem appellatam Strabo, Plinius, Solinus, Virgilius, itemque Silius auctores sunt, ab vna Sirenium. Parthenope, quæ cum omnes, vt est in fabulis, præ dolore, quod Vlysses, eiusque socios cantu decipere haud potuerant, in mare se præcipitarent, hoc in loco sepulta est, vbi deinde Cumani urbem condiderunt, Parthenopenq; ab ea virgine, vel, vt alij dicunt, scorto, denominarunt. Indicat id etiam Silius his verbis:

*Sirenium dedit vna ruum memorabile nomen,
Parthenope, muris Acheleias, æquore cuius
Regnauere diu cantus, cum dulce per undas
Exitium miseris, caneret non prospera nauis.*

Vrbs hæc Neapolitana, non otij modò & quietis, sed & deliciarum voluptatis, domicilium præcis temporibus Romanis semper fuit. Tanta siquidem hoc loci, situs, hortorum, fontiumq; amœnitas, tanta fructuum præstantissimiq; vini vbertas: tanta rerum omnium non solum ad hominū, animaliumq; necessitatem, sed etiam ad voluptates, atque delicias per oportune deferuentium affluentia,

INDEX.

& copia: tanta denique placidissimi aeris salubritas, vt Tellurem matrem, hunc sibi in mundo locum, delegisse, non immerito dici queat, in quem omnes naturæ dotes incredibili abundantia & amœnitate effunderet. Tanta loci opportunitas, cum olim doctrina claros (quorum in ipsa descriptione meminimus) & natalium splendore illustres viros, in hanc urbem inuitauit, tum nostra quoque ætate, Principes summique, viri non minori frequentia, Neapolim concurrunt, quàm quod Strabo scribit, olim solebat. Etenim vniuersi ferè regni, quod inter Adriaticum & Tyrrhenum mare, ab amne Traento & Fundis vsque, ad fretum Messanæ continetur, partem Samnitium, totam Apuliam, Calabriam, Lucaniam, Campaniamque foelicem amplectens, Principes & Reguli maiorem anni partem, hac in urbe exigunt, ædesque splendidissimas ferè omnes habeant. Diuorum etiam phanæ ornatisima, ac splendidissima, arcesque penè inuictæ heic conspiciuntur. Inter hæc præcipuum est D. Claræ templum, sacra virginum societate, & clarissimorum hominum sepulchris nobile. Dein est insigne B. Dominici sanæ, vbi simulachrum crucifixi visitur, quod D. Thomam Aquinatem his verbis affatum est: Benè scripsisti de me Thoma. Seruatur in eius sacratio Alfonso primi Aragoniæ, Hispaniæ, Sicilia, Neapolisque Regis: Ferrandi, item primi eius filij: Ferrandi secundi; Isabellæ Ducis Mediolanensis: Ferrandi Dauali Marchionis Pischariæ belli fulminis, aliorumque multorum Principum, & illustrium hominum ossa. Est & augustissimum Fratrum montis oliueti, delubrum, modico in templo D. Ioannis in Carbonaria fratrum Eremitarum, magnificentissimum Roberti regis, & Ioannæ primæ fororis monumentum, ex marmore candido, cum eorum imaginibus artificiosè factis, supra summam aram conspicitur. Post id, exiguo in sacello, Nicolai Caraccioli, qui magister equitum maximus in regno quondam fuit, sepulchrum item perelegans ex candido marmore, prætereaque sacellum aliud in propinquo ornatisimum apparet. Paria celebritate sunt hic templum Cathedrale, quod Episcopium vocant. Item D. Laurentij, fratrumque minorum, D. Francisci, cum alijs, quæ omnia recensere nimis longum foret. Veniantur hic plurima sanctorum hominum corpora, præcipueque D. Aspremi Episcopi, item Agrippini, Eufemij, Athanasij, Seueri, Ioannis, Gaudiosi Episcopi, Ianuarij Antistitis Puteolani martyrio coronati, Anelli Abbatis, Reformationis virginis & martyris. Item Candidæ viduæ D. Petri discipulæ. Si quis autem claros & eximios homines, qui non modo huic urbi, sed & orbi vniuerso decori ornamentoque fuerunt, cognoscere, imperij etiam, gubernationisque huius Reipublicæ formam scire desiderat, is Campaniæ descriptionem Leandri Alberti legat, & quo auiditati suæ abundè satis fiat, inueniet. Est in hac urbe Anno salutis, M. D. LII. peraugustæ societati Iesu, ornatum exædificatum collegium, opera M. Alfonso Salinærom.

9. NEMAUSVS, vrbis Galliæ Narbonensis perelegans, quam antiquissima & magnifica veterum ædificia admodum celeberrime efficiunt. Eam Ioannes Poldo, vernacula lingua, libro de hac urbe conscripto, cui ædificiorum ruinas, artificiosè delineatas, coniunxit, copiosa enarratione illustrat.

40. NORDLINGA, Rhetiæ inferioris oppidum, trito incolarum sermone Nerelung, Exteri eam Nordeling, nuncupant, aræ Flauianæ, inde Ptolomæo dicitur, quod circa annum Christi septuagesimum secundum, Flavius Vespasianus Germanos oppugnans, atque parua victoria triumphans, hoc loco aras extruxit, atque dijs gratias agens, nouum & gentilitium ciuitati nomen imposuit. Nec id Flauio Claudio adscribi potest, qui tricesimus fuit in ordine Cæsarum, atque circa annum Domini ducentessimum septuagesimum est rerum potitus. Ptolomæus autem longè antè, nempe circa annum Christi centesimum sexagesimum tertium huius nominis mentionem facit, quando Flauiorum Romæ familiæ, adhuc recens erat memoria, & tres Cæsares, Vespasianus, Titus, & Domitianus Flauiani fuerunt. Quod autem aliqui per Aras Flauianas alia loca, quàm Nerolingam intelligere volunt, cum illis contendere nolumus, hoc tamen certo certius scimus, in tota regione non esse, aut olim fuisse locum aliquem commodiorem, & mansioni humanæ conuenientiorem, quàm Nerolingæ sit area, & circumiacens ager. Situ enim perquam amœno excellit, fontibus, & ijs, quæ ad hominum victum ex se terra producit, abundat. Sed quia nihil firmum & perpetuum est in terra, omnisque conatus humanus nihil præualet contra Dei prouidentiam, & quando ille non custodit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam, factum est anno Christi, M. CC. XXXVIII. vt tota ciuitas, cum ingenti ciuium damno, igne conflagraret, vt non modò ædificia, fortalitia, possessionesque omnes amiserint, verum & diplomata, instrumenta, literas contractuum, regalia, priuilegia, immunitates, iura, & leges. Ilico tamen, & eodem anno, succurrente beneficio Clementissimi Imperatoris, Friderici secundi, cœpta est ciuitas reædificari, singularique eius fauore, atque filij eius Conradi Regis & reliquorum successorum beneficentia, liberata fuit aliquandiu, donec respiraret, & ab omni exactiōe, seruitute, & contributione, & post instaurationem suam, immunitate, & magnis gratijs, & priuilegijs donata. Sed, quia primus restituta ciuitatis circus, non multum amplius fuit, nec capax omnium eorum, qui temporis successu vel nauis, vel coloniam adepti fuerunt, fa-

ctum est posterioribus annis, imperante Ludouico tertio, Anno scilicet M. CCC. XXVII. vt omnia suburbia, vna cum oppido ipso in vnam contraherentur circumferentiam, mœnibusque nouis, & amplioribus cingerentur, & ciuitas ipsa, iam duplo maior fieret, quàm antea fuit, omninoque in orbem disponderetur, vt sui similes, non multas in Germania alias, inuenias. Habuit ab antiquis temporibus patricios, & multos nobiles, atque diuites familias, insignesque alios ciues, quos & ob egregia ipsorum facinora, domi forisque gesta, Cæsares magnis prosequuti sunt beneficijs, ac gratijs. Quàm varias porrò oppidum hoc Nerolingense calamitates, Bellonæ, Vulcanique rabiem senserit, VVolfgangus Vogelmannus, copiosè apud Munsterum prosequitur.

31. NORINBERGA, Ptolomæo, Segodunum, præstantissima Germaniæ vrbis, summæque nobilitatis Reipublicæ, non quæ veterum imaginibus constet, quæ uic maiorum opinione tantum nitatur, aut sanguine propagetur, cui nihil, vel parum cum virtute commune est: verum quæ propria virtute paratur, & ex proprijs egregijs facinoribus constet. Quæ enim genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi, Vix ea nostra uoco. Viget illis Reipublicæ, nulli Germaniæ vniuersæ, conferenda, cuius laudi accedit, quod hæc non futuris quibus ultra crepidam non licet, consistat sit, verum viris partim, quibus rerum cognitionem experientia, ac longa peregrinatio peperit; partim, qui sese nobilioribus doctrinis, totos destinauerunt, & qui à primis cunabulis, aut tenerioribus annis, multorum hominum mores viderunt, & vrbes. Illic itaque Senatores administrandæ, conseruandæ, propagandæ Reipublicæ causa nati, hoc vnum agunt negotium, hoc vnum curant, vt egregiè Reipublicæ, consulant, nullis alijs occupati negotijs. Ambiguum esse arbitror, an vrbs Senatui, an Senatus vrbi præponatur, vna illic omnium mens, vnus animus, vna denique *νομαρχία*. Vidimus ante multos in nos, nullas partes aut similitates, inter ciues ac Senatores obortas, Senatus plebi cõgruit, plebs primatibus conuenit: & demum res illa non aliam habet rationem, nisi, quod vno alteri auscultante, beatissimæ & locupletissimæ, ex ciuitate ignobili, erexerunt vrbes, tantis opificibus præditæ, vt quod multis alijs priuatis vribus propriis, cuiilibet vni soli concessum est, tantum huic vrbi diuinitus relatum, ac veluti in vnum fascem, complicatum esse videamus. Si verò, quicquid hominum manibus elaboratum, & quod natura homini concessit, inuestigare in animo tibi est, huc concede, patebunt tibi ædificia, non tantum in foro, verum in modestissimis vicis, ac triujs vrbes, omnium vrbiū Germaniæ honestissima, plus tamen in recessu, quàm fronte pollicentia. Nec diuinus illic cultus delitescit, tot delubra, tanta sacerdotum corona, tantas etiam delicias prætorum, Hallerense dictum, præ se fert, tot consitam lilij, tot coruscans fontibus, cœlestis loci speciem, de se præbet: illic latam ac diffusam planiciem, natura effinxit, graminiibus & fluminibus, speciosissimis, irriguam, Siphunculorum horrent plures, à quibus clara, aquarum multitudine, scatent, quæ à cauato lapide rursus, grato murmurere resonante, suscipitur. Post altissima mœnia, & propugnacula profunda, ac lata fossa, cingitur: turres quinq; & sexaginta, supra trecentas, intra ipsam vrbes colligit, octo & sexaginta molas versatiles, fluuio inhærentes, intra ipsa mœnia habet: plateis exornatur viginti octo, vltra quingentas: Fora decem sunt, quæ nundinis propemodum quotidianis frequentantur. Est præterea târa mercatorum stipatio, tantus negotiatorum numerus, quibus India, ac vltima Thulæ cognita est: tanta etiam opinio rerum familiarum de eis obtinuit, vt, si sapientem virum, siue diuitijs præditum definire vulerimus, de Norinbergenfium ordine profectum esse, iudicemus. Horum amplitudinis argumentum, natura loci expressit, qui vrbi huic sedem perfectionis, hoc est, medium, ac vmbilicum totius Germaniæ tribuit. Non est in tota vrbe, quod contemnas. Ne tamen ab huius vrbes origine recedamus, cætera, quæ requiruntur, annectemus. Vrbs illa, dum Vngari Germaniam inuaserunt, à vicinis condita dicitur, vt Germani, eo loco tuò, ad transuehendas res, vterentur. Alij, dum millesimus supra centesimum, quadragessimus annus agebatur, Ecclesiam ab Henrico Bavaricæ duce constructam, Norenbergæ, in honorem S. Egidij, cum ciuitatis erectione, tradunt, ac opus ciuitatis, anno ab illo decimo, fuisse completum. Tunc autem, vnica tantum arx, muris circumdata, superfuit. Conradus Cæsar, sui nominis secundus, anno salutis 911. ad imperium hanc ciuitatem detulisse, fertur. Henricus autem tertius, ipsam graui obsidione angustauit, accepit, ab incarnationis sæculo millesimo, ac vigesimo sexto: filius huius Conradi, dum contra patrem mouerat, Norenbergam penè deleuit, Henricus etiã filius Friderici secundi, nuptias illic celebrauit, qua tempestate, sex ac quinquaginta viri, tres ac viginti mulieres, aqua absorpti sunt. Seditio tantum vna inter ciues oborta legitur, Caroli quarti Imperatoris. Et tunc in manus patriciorum, omnia ciuitatis iura, peruenerunt. Hæc ferè omnia, ex lib. 3. Exegefos, Germaniæ, Francisci Irenici, excerptissimus, plura in Norinbergenfium chronico & Pij secundi Europa, studiosus lector inueniet.

O.

1. OLISIPO, vrbs totius Lusitaniæ primaria, summa loci amœnitate, celeberrimo emporio, peraugustis templis, & magnificis Regu

I N D E X.

Regum domicilij, nobilitate. Quæ, cum Rege Alfonso regnante, Anno ipsius Christi natalis M. C. XXXVII. Maurorum faucibus eriperetur, per multis ædificijs, rei sacræ dicatis, deinde exornata fuit. Siquidem, nõ multis, post expugnationem, diebus, corpus D. Vincentij Leuitæ & martyris, in ipsam urbem Olisiponem, ex sacro promontorio, vbi diu latuerat, relatum est, & in fornice summi templi, summa cū reuerentia, hodierna die asseruatur. E regione cuius monumenti, Alfonso quarti regis sepulchrū extat, eius inquam, qui anno Christi M. CCC. XXXX. Alfonso Castelle regi suo genero luculentum, contra Alboacem Maurorū potentissimū Regem, subsidium tulit, contra Alboacem præfuit, & gloriose victor, cognomē. Ad falsum victoris, vulgò obtinuit. Ad radicē verò istius summi templi, paulò inferius, occidentem versus, interposita platea, facellum D. Antonij, quem Paduanū vocant, admirabili structura, & mira elegantia elaboratum, sese nobis offert, olim ipsius D. Antonij parentum habitaculum, in quo quidem ipse natus, educatusq; fuit. Ex cuius natalibus, nõ mediocriter sese, & meritò quidem, Olisippo extollit. Super eius facelli epistylum, domus ciuica, seu vrbana curia constituta est. Ab hac parte, qua meridiem Olisippo respicit, vetus regia amplissima, magnificoq; opere pulcherrima, splendidam eam reddit, quam ad sanctos nuncupat. Nomen inditum loco, quod longo temporis spacio, corpora sanctorum martyrum Verissimi, Maximæ, ac Iulæ ibi recondita fuerint, donec sub Ioanne Rege, eius nominis secundo, translata aliò fuere. Inde obliquo aggere, ad vestalium templum, cui D. Mariæ spei nomē est, per cliuum sensim depressum itur: vnde rursus eadē via aduersum montem conscenditur, cuius in tergo, facellum D. Rocho nuncupatum conspicitur. Eodem deinceps tractu, in vallem amœnissimam, mœnibus vrbis contiguam, hortisque vndique conflatam, est descensus: quæ à facello Eremitarū, D. Antonio consecrato, nomen olim sumpsit. Nunc verò, ijs exclusis, ab annunciatione angelica Deiparæ virginis facta, nomen habet, & à vestalibus, Dominica ni instituti, inhabitatur. Mox pari accliuitate collis nascitur dēfissimo oliueto oblitus, vt non faciliè introrsus inspicere possit. A superiorior verò parte apertus, & facello D. Annæ, recens dicato, ornatus, quod summa cū religione & reuerentia, magna itē populi frequentia, ab omnibus hodie visitur, & colitur. Ab hoc subinde per agrū cōpascuum, leprosarum, foroq; boario interiectis, in aliam vallem, non minus fertile, iucundamq; peruenitur. Quæ Maurusia nuncupatur, ex eo, quod post recuperatam de Saracenis urbem, eo loci permissi sunt Mauri habitare. Cuius sinistram partē, quæ ad Septentrionem vergit, vbi campi D. Barbaræ incipiunt, angelorum facellum diuidit. Supra vallem hanc, orientem versus, mōs excelsus imminet, recto, difficiliq; ascensu, à quo Fanum D. Mariæ Montanæ, quod in summo montis culmine sitū est, nomen accepit. Ab hoc præterea modico flexu, vtunque directo itinere, ad urbē reditur, statimq; obuium fit templum vetustissimum, Augustinicum monachorum, D. virginis gratiarum sacrum, introrsus, eidem vrbis muro adhærens. Exinde porrò, præteritis diversis mōenibus Vincentio Leuitæ & martyri dicato, canonicorū D. Augustini, atque Gymnasio non ita pridem celebri, antequam Rex Ioannes tertius Conimbricam transfuisset, ad ripam illud Tagi decurritur, quæ aquilonare vrbis cornu, ab ea parte efficit. Qua parte amplissimū, nobilissimūq; vestaliū D. Claræ cœnobium, ad fluminis erepidinem fermè attingit, indeq; auerso itinere, facelloq; D. Virginis Paradisiacæ interiecto, ad primam vrbis portam, quæ Crucis dicitur, iter est. Ab illo autē S. Claræ tēplo, ad Regiam veterem, quam ad Sanctos antea appellari diximus, rectus margo, secūdo mari, ab oriente, æstiuo, incipiens, in meridiemq; excurrēs, millia passuum tria fermè efficit. Certam autē huius vrbis formā, descriptionemq; facile delineari posse non arbitror, cum in solo mōtoso, asperoq; sita sit. Quod si solum omnibus ex partibus planum esset, à lateri terrestri formam aruis demonstraret. Interioris verò vrbis amplitudo, & magnificentia, tanta est, vt cum cæteris omnibus Europæ vrbibus, & hominum multitudine, & ædificiorum pulchritudine, & varietate meritò contendere possit. Domus & publicæ & priuata, adeo magnificè extructæ videntur, vt etiam parietes intrinsecus, fornicesq; ligno sarmatico vndique vestiti, vermiculato opere, auro, varijsq; coloribus adhibitis, exornentur. In litore fontes quàm plurimi, ex diuersis vrbis partibus, per ductus subterraneos oriuntur. Eorum vnum Regium nominat, marmoreis fornicibus ac columnis eximie constructum, sexq; fistulis, tanta aquæ copia profluentem, vt vnus, vniuersæ hominum multitudini potū penè suppeditet. Hic autem saporis & splendoris, & lenitatis præstantia, omnium fontium, quos vnquam me videre meminerim, aquam, aut æquat, aut superat. Tepidam enim cum effundat, paruoq; ipsa post temporis momento resederit, tum purissima, frigidissimaq; suauissimè bibitur. Duo præterea fontes, haud ita procul emergūt maximis aquæ scæbris, in mare, breui admodum fluxu prorumpentes. Quod si longiori distarent à mari intervallo, multæ frumentariæ molæ, tanta aquarū vi, atque impetu, quouis anni tempore faciliè agerentur. Cæterum, lotricibus, alutarijs, fullonicisque opificibus, plerunq; seruiunt. Non multo deinde interiecto spatio, portam crucis versus, fons alius, aut vt verius dicam, stagnum emergit, qui Equorum dicitur, propterea, quod per ænea statua-

rum equestrium labra, aquam ori affatim vomentium, instar fluuioli, cursum tener. Sunt denique diuersarum aquarum saliente s fontes, puteique diuersi, in omni parte vrbis, magnam ciuibus cōmoditatem afferentes. Porro, vt antiquam, in summa arce regiam, quæ in editiore vrbis parte posita est: (opus ipsam antiquitatem verè representans:) omittamus. Olisippo septem inprimis ingentibus ædificijs, singulari Regum nostrorum consilio, sumptuque incredibili magnificentissimè extructis, hoc tempore illustratur. Ea verò, cum in præcedenti descriptione, summam ac breuiter delibauerimus, nunc à peculiari eorundem enumeratione, superferendum nobis existimauit. Hoc tamen minimè silentio inuolendum videtur. Si recto itinere, ab ea domo publica, quæ exterarum gentium, regumque legatis hospitium præbet, ad littus ire perrexeris, relictis ad dexteram in loco eminentiore cœnobijs Carmelitanorum, Franciscanorum, ac ordinis S. Trinitatis, magnifica, sumptuosissimaq; structura nobilissimis, regiam nouam plateam, anaglypharijs, anularijs, cælatoribus, vasularijs, fabris argentarijs & ararijs aurarijs item, argentarijsq; refertissimum. Præteriens in aliam eodem pariter nomine, nouam mercatorum, continuò flexens ad læuam, deueniens, cæterarum omnium longè latissimam, ædificijsque pulcherrimis, vtrinque exornatam. Illuc omnib. ferè ex partibus orbis, & gētibus, quotidiè mercatores certatim conueniunt, maximo hominū concursu, atq; frequentia, propter commerciorum portusq; opportunitatem. Eademq; via contra septentrionem progredienti, ad læuam, portoriū vetus obijcitur: vbi pro mercibus importatis, publica Regi vectigalia, nuper pendebatur. E regione huius portorij, forum, quod veteris palij vocatur, apparet, in quo semper non pauci homines, mensis assidentes reperies, quos notarios, vel librarios vocare possimus, nullis tamen ciuitati ministerijs obligatos. Hi omnes ex hoc vitæ genere sibi alimētum suppeditant, quod omnium accedentium, mentesq; suas explicantium, sensum assequatur, ordineq; in eodem ipso loco, subito schedis, scribant, petentibusq; dato, pro ratione materiæ pretij, tradant, in tantum, vt literas, epistolasq; amatorias, elogia, orationes, epitaphia, carmina, laudes, parælia, petitiones, syngrapha & cuiuscunque generis alia, quæ ab eis postulaueris, ad ea habeant dispositum scribendi stylam. Quod nullibi in totius Europæ vrbibus, fieri vidi. vnde Olisiponis magnitudinem, & hominum frequentiam, faciliè quis iudicabit. Est & in hac vrbe, ad latus, quod orientē hybernium respicit, ad mare Piscarium, atq; cupidinis forū, in quo cetarij, sartores, cupedinarij, lanij, panifices, dulciarij, quotidie gregatim cōcurrunt, omnia, quæ ad vrbē, vescendi causa afferuntur, vendentes. Præterea propolarum, institorum, couponum, stabulationum, linteorumq; tabernæ ibidem instructissimæ videntur. In hoc verò piscario foro, certa quantitas corbium deposita est, magistratum edicto, quibus cymbis piscatorijs appulis, pisces à mediastinis in forum ad venditrices aduehantur. Hi quidem corbes, singulis annis, à magistratu, piscatoribus, plus minus duob. millibus ducatorum locantur. Piscario hoc foro, à tergo relicto, mercatoq; panificum, holitorum, fructuū venditorum, aucupumq; interiecto, nec non macello, domus, quæ nostri Septentem nominant, sita est, in qua regij præfecti negotia, ad bellum Africanum spectantia, expediunt. Huic loco, Epilogi instar, non nihil in laudem Ecclesiasticæ musicæ adijciam, idq; verissimū competissimūq; inter omnes ciues habetur. Nempe, quod in præcipuis anni festis diebus, ex ipsa vrbe Olisipone, vltra triginta absolutos canoniorum choros, ad sacra modulato cantu, in pagis villisq; circumuicinis canēda, vna die cuncti exeant, omnibus vrbis templis, in quibus musica modolata canitur, ex eo nihil detrimenti, ad suas celebrandas festiuitates capientibus. Societates verò, quas confraternitates vocant, C. XXXI sunt, in quarum vsum, ingens à sodalibus quotannis conflatur pecunia, quæ in pauperes, & alios vsus necessarios, summo ordine elargitur. Quod autem ad loci situsq; salubritatem, & aeris temperamentum attinet, tanta certè soli, cœlique clementia, & amœnitas est, vt nullo ferè vnquam anni tempore, nec æstas, nec hyems immoderata sentiat, quo factum est, vt multi mortales, ex diuersis nationibus, terrisq; remotissimis, cœli puritate perlecti, illum commigrarint: derelictosq; solo natali, & patriæ cura posthabita, perpetuam ibi sedem, vitæque domicilium posuerint. Hęc eò prolixius, ex accuratissima Olisiponis descriptione, à Damiano à Goe, Equite Lusitano, singulari libello cōprehensa desumpsimus, quo magis desiderauimus, vt tantæ vrbis magnificentia, exteris quoque hominibus, in notefceret. In cuius enarratione nec id silentio inuoluendum erat, Societati Iesu collegium & Professorum domum in ea anno salutis, M. D. LII. assignatum esse.

54. ORMV S, Persiæ oppidum, vnionum gemmarumq; opulentia nobile. Has qui colligunt, vecti cymbis in mare iactum faciunt prægrandis saxi, dependente fune, idq; fit ab gemina Cymbæ parte, vt vtrinq; iactis in profundū lapidibus, constabili nauis, non aliter, quàm si in ancoris foret, possit. Firmata suo pōdere cymba, alius, cui id munus obtrigit, in æquor iacit funem, saxo dependente. In nauis media alijs mantica in pectus, tergumque dependente, alligato pedibus lapide, se vibrat in pelagus, subtrusq; aquas Vrinantium more, natat, actusque in profundum ad passus quindenos, tantisper vrinat, donec legerit conchas, in quibus delitescūt vniones, ac margaritæ: collectas, manticæ indit, lapidemq; protinus,

INDEX.

protinus, quo pedes graubantur, abiicit, funi que innixus, in superiora euadit: ibi quandoque ad tercentum ferme, nauigiorum genera, comperiuntur, que vndeunque contendunt. Eius vrbs Sultanus Mahumetis est initiatus fide. Hæc Ludouicus Romanus lib. 3 rerum Persicarum.

22. **OSSENBURGV M**, Insigne Saxonie oppidum, Caroli Magni clementia, splendore haud exiguo, illustratum.

P.

48. **PANHORMVS**, feracissima Sicilie vrbs Metropolitana dignitate illustris, situ fœcundo excellit, pelagoq; Tyrtheno abluitur, muris septa perquã altis, quod opus est Federici Regis. Plures, quibus cæmenticios aggeres latis fossis cinctos augmento, ac ciuium securitati addiderunt. Secundum mare arx est, quod Castrum ad mare nominant. Huius Castrum quondam Præfectus Hieronymus Fuxa Panhormita, homo patricius, qui dies octo æstiuo tempore sine potu agere potuit. Tres item antiquæ ciuitatis portæ, & veteres muri multis cum turribus lapide quadrato constructi, & nunc manent. Patitillorũ vna, vbi lapides literis inscripti, quibus Noe tempore fuisse Panhormum plane constat. Obscura altera nominata. Tertia est, quæ Bosuemis porta ab ijs nuncupatur, ad eã vergens vrbs regio nem, quam Brigariam, Vulgariam antiquitus vocant. Supra murũ ad Occidentem Rogerius comes Tancredi filius, victis Pænis turrim Rubeam, quã vocant, faciendam curauit: Alterã Chirimbrim nomine, Vilielmus Rex, cognomento Malus: Tertiã demum (Turrim Pisanam hanc vocat) qua palatium perfectũ, Vilielmus filius, quem bonum appellarunt. Intus sacellum marmoreum ædificium totum, diuo Petro dicatum, pulcherrimũ & religiosum, cuius parietes Porphyrite Bariõq; marmore, vermiculatis ad hominum, & animalium effigies crustis punctisq; aureis vestiti, pauimentumq; structum. Ibi subterraneus carcer, quo primariæ nonnullæ mulieres, anno millesimo post Christum ducentesimo, quadragesimo secundo, mensis Martio, quod plurimi reguli tumultũ fecerant, ab Frederico Imperatore coniectæ, nec vnquã deinde visæ, quæ antiquo vulgi prouerbio, Donna, quæ malè venerit, vocatæ sunt. Ducentos post atq; nonaginta quinque ferè annos, quum locũ fabricandi gratia, homines confoderent, tria earum cadauera, nulla putredine vitata, integris cum vestibus, ferreisq; Calanticis inuenta sunt. Templum quoque ingens Panhormi, exterioris parietes multo pulcherrimi, à Gualterio Archiepiscopo Vilielmi Regis affine dedicatũ. Ibiq; quatuor sunt ex Porphyrio marmore sepulchra, opus sanè cunctis spectabile, Sicilie reges, in quibus sepultos aiunt, quorum medium locum tenet marmoreum quoddam, vbi Constantia regina condita. Sacellum item diuæ Christianæ parietibus marmoreis, atq; auratis laquearibus constructũ. Ipso in templo cautum est in statuis, ne priuatorum quisquã sepeliatur. Regibus naq; duntaxat, & Episcopis concessum. Prope est ad Orientem ferè, celebre Hospitale, nec multũ ante Patrum nostrorum memoriam ædificatum. Cuius ministris curandi ægros, atq; infantes alendi, quos vel paupertas, vel mulicrum verecundia clã exposuerit, maxima cura. Altera parte est locus, quod Toccum appellatur, vbi aut vetere consuetudine, aut regia gratia, aureas coronas reges accipere consueverunt, ipsi Panhormitæ euulgant, adducuntque illos, qui ibi regio diademate donati, Rogerium, vtrumque Vilielmũ, Tancredum, Hæricum Imperatorem Cæsarem, Fredericum filium, Manfredum, & Petrum Aragonum regem. Insignis erat Panhormi regia ab Andrea Claromonte tempore, quo plures reguli à regia fide defecere, ipsius defectionis autore, extructa (Sterium tum vocarunt) quæ nostra ætate in mercium horreũ, Doanam hodie appellant, vbi portitores, ad regis vestigalia exigenda disponuntur, mutata est. Curia item est prætoria, vbi duæ statuar ex marmore antiquissima, nec cui quidẽ dicatæ, scire possumus. Sunt enim nudæ, atque altera manu, mortaliũ incuria mutilæ. Et prope sanum vetus, sacrum, è marmore, punctisq; aureis, licet vetustate deletis, factum. Marturanã Panhormitæ vocant, ibi virgines plures Deo perpetuò dicatæ. Auctæ postea ciuitati, Tãcredus primi Vilielmi spurium pomerium protulit. Et Rogerius Comes ædem, quæ D. Ioanni sacrata est, eorum hospitium, qui Elephantia vitati, trans Oreti amnis hostium, (flumen Miraglæ Panhormitæ vocant) vbi pons est lapideus insignis, ædificauit. Flumen in Panhormitana valle oritur, inq; agro Parco nominæ. Ipsa Panhormi vallis, pluribus irrigatur fontibus. Huc vsq; Cl. Marij Aretij verba & descriptionem retulimus. Celebrè ac perpetuam nominis gloriam & hinc oppidum hoc Panhormitanum consequitur, quod cum superbũ, insolens, ac libidinosum Gallorum præsidium, à Siculis in vniuersa insula delerentur, eius cædis, ac proinde huius quoq; prouerbij, quo vesperas Siculas commemoramus, occasio fuerit, cuius rei si quis accuratã historiam querat, is Thomã Fazellum libro suæ historie Siculæ octauo, & nominatim de vesperis Siculis eodẽ libro cap. 4. legat. Et L. Marincum Siculum lib. XI. de Aragonie regibus. Panhormitani ciues, Anno Christi M. C. XXXIX. Ioannis Vagẽ Siciliae Proregis consilio & autoritate, atque ad eũ, pio Messanensis Collegij fructu incitati, Collegium Societati Iesu, erexerunt.

48. **PARMA**, antiquissima Lombardie ciuitas, omnibus omnium sæculorum etatibus nobilium, & egregiorum ciuium flore, vti nunc quoq; maximo fuit, vetus Romanorum Colonia, quam

Leander, varijs aliorum enarratis sententijs, à Thuscis condita, & à principatu Coloniarum, denominatã, arbitrat. Hæc autẽ vrbs amne intercurrẽte, irrigatur, qui ex Apennino supra Beluidium oriens, inde, interrupta via Emilia, Parmaq; vrbe, à suburbij diuisa, huc in Padum defluit. Eius ager, vti optimus, rerumque præstantissimarum fœcundus, ita & ipsa Parmensis ciuitas celebres homines, & cum literarum, tum aliarum virtutum armorumq; gloria claros abundè tulit: in quo catalogo Cassius Poeta, item Macrobius, qui in Somnium Scipionis à Cicerone descriptum, elegantissimè cõmentatus est: prætereaq; Saturnalia scripsit, quanquam non desint, qui negent eum Parmæ genitum. Iunguntur his Blasius Pelacanus excellens Philosophus, & Astrologus: Albertus Galteotus, Iureconsultus, qui multa literarum monumenta reliquit, nominatimque Margaritam quæstionum, Bernardus Parmensis, Canonicus in D. Petri Bonnoniæ, vbi & sepultus, qui apparatus ad Decretales concinnauit: Guilielmus Armondus, Iurisperitissimus, qui circa M. CCC. XXXVI. à C. N. annum floruit, vt Corius auctor est, Iacobus Arnanus, qui in codicem, multaque alia docta scripsit, Ioannes olim Generalis minister ordinis Minorum, cum alio item Ioanne, ex fodalitate prædicatorum, ambo summi theologi, vti editis scriptis probauere Gregorius Anselmus, optimus Medicus atq; Philosophus, Anthonius Camaldulensis Græcæ Latineq; literaturæ summè gnarus, cuius rei in Constantiensi Concilio documenta dedit amplissima, Frãsciscus Marius Grapaldus, qui de partibus ædium Lexicon itemq; Syluam collegit: Thadeus Vgalettus, Nicolaus Brucius, qui Bononiæ, libro edito, celebrauit: Franciscus Carpesanus, qui peruenisse, nostrorum temporum historiã conscripsit. Alia item ingenia summa, hac vrbe orta, nostrum habet sæculum: quæ partim Leander in sua Italia commemorat, partim etiam alijs, celebranda relinquimus. Est etiam in hac vrbe præclarum Societatis Iesu Collegium, ab Octauiano Earnerio Parmæ & Placentiæ, Duce inchoatum atque doratum.

30. **PARTHENOPOLIS**, vide Magdeburgum.

31. **PIN CIA**, alijs Vallisoletum, Hispanis, lingua vulgari Valladolid, oppidum totius Hispanie celeberrimũ, Regis Catholici, summorumque hominum illustrissima, & inclita sedes. Est hic amplissimum Societatis Iesu Collegium, cuius fundamenta iecerunt Petrus Faber, & Antonius Arooz, qui in comitatu Mariæ Ioannis III. Lusitanie Regis filie, quæ Hispanor. Principi nuperat, ex Lusitania in Castellam profecti, Pincia commorantes, insigni hoc collegium instituerunt, quod initio quidem tenue, & perangustum, ita postea amplificatũ est, vt propter eius oppidi magnitudinem ad Collegium etiam Professorum domus addita sit.

8. **PICTAVIA**, oppidum Episcopale Pictonum in prouincia Burdegalenſi, Pictijs communi Gallorum lingua.

29. **P R A G A**, Regni Bohemie metropolis, vrbs amplissima, Principum, Regum ac Præfulum inclita sedes: Bubienuum, & Marobudum, Auentino, Casturgis, Ptolemæo dicitur. De qua in ipso opere plura, quæ verò in eo, ob loci angustia, omisimus, hæc sunt. Non longè à Cathedrali Pragensi templo, versus Orientem solem, situm est Monasterium Deo dicatarum virginum, toto regno vetustissimum. Nam à Duce Vralatissao, S. Venceslai patre erectum est, Diuo Georgio sacrum, in quo templo ipse Vralatissao, cũ matre sua S. Ludmilla, & nepote Bohuslao Pio, quiescit. Sacerdos huic cœnatoriæ præfecta, pastorali baculo vitur, & Principis defungitur honore, quin etiam ipsius præsentia requiritur, in coronanda Regina. Est & ab alia arcis huius templi parte, aliquantò remotius monasterium, vulgò Strahov, aliàs, mons Syon dictum, quod iuxta ipsa vrbs mœnia, in admodum arduo colle, Petrin dicto, ædificatum, sepultura Vladislai primi Bohemie Regis, qui ipsum condidit, celebre est & clarum. Nec silentio prætereundus est Regius hortus amœnissimus, iuxta fossam arcis altissimam situs, varijs arboribus, ac stirpibus, non tantum domesticis, sed & peregrinis ex Italia, Hispania, & alijs longinquis regionibus, huc allatis, & plantatis instructissimus, operèq; topiario fragrantissimus. Hic videas mala Punica, Citria, Limonia & Aurantia, non infeliciter prouenire, olera & herbas exurgere intra laminas ferreas, instar literarũ formatas, & apto contextu orationem dominicam exprimentes. In hoc orto aluntur Leones, intra ligneos cancellos inclusi, nec non mirandum ex India animal, quod anteriore parte ceruam, reliquo corpore camelum mentitur, ad eũ, vt clariss. D. Andreas Matheolus græca voce ελεφανταμελον rectè appellari posse, testetur. In penitentiore huius viridarij secessu, habetur domus elegantissima saxeæ, ad refectiõnem, deambulationem, & omnem prospectũ concinnatissima. Nam duos habet ambitus, inferiorem & superiorem. Inferior est porticus, columnis teretibus æquali interstitio circumquaque positis. Superior est subdialis, cuius extremitates sunt cõtinaua series lapidum, in quibus variæ imaginis, ex veteribus historijs & Poetis artificiosissimè excisæ iucundissimum præbent spectaculum. Ab hoc orto vnus stadij interstitio, extat, viuarium Regium, muris longo circuitu septum, sed non est conferendum ad nouum illud, quod Serenissimus Archidux Ferdinandus quatuor à Pragensi Castro stadijs distitum, condidit, & spaciosissimo murorum ambitu cinctum, in cuius medioculo magnificentissimũ, cultissimũq; stat palatiũ, ad figuram stellæ fabricatum, vnde ei nomen datũ. Pavimentum habet ex marmore tessellato, nitidissimum.

INDEX.

sumum, & conclavia multa picturis elegantissimis ornata. Quin etiam illud, Pragensium ornamentis adnumerandum est, quod Collegium Societatis Iesu, habeant, institutum Ferdinando Casare A. qui pietatis, & eruditionis fructu, ex eiusdem Societatis Collegio Viennensi, promanante, comotus, etiam Pragensi instituit, & dotavit, cuius prima initia, & fundamenta iecit, D. Petrus Canisius, Eximius Societatis Iesu, Theologus. Varios huius urbis fortunæ conditiones & casus, quos temporis successu, sub Regibus Principibusque diuersis pertulit, breuitatis causa omitto. Eos Georgius Handscius à Limuso, ex Pragensium Annalibus, ex quibus & hanc descriptionem excerptimus, admodum diligenter collegit.

Q.

43. QVILOA, oppidum Africae, Lusitaniae Regi tributarium.

R.

40. RATISPONA, Clarissima urbs, ad Danubij ripam in Bauaria sita, à Tyberio Nerone condita, anno, quo Christus Iesus pro salute humani generis passus est. Baioriarum olim metropolis. Hanc regionem antiquitus Norici tenuere. Cuius adhuc portio, trans Danubium sita, Noricum appellatur. Noricis autem Baiarios successisse, & cum reperitis vetustissimos codices, hanc Baiotarum appellatam, quam Moderni Bauariam dicunt, & à Bois Baiotarum nomen descendisse, persuasum est. Cui Strabo vires adhibet, Romani Baios Gallorum gentes à finibus eiecerunt. Inde migrantes circumiacentes Histri loco, cum Thauristis habitauerunt. Constat igitur, eos in Pannonia confedisse, & inde facile in Noricum continuam regionem migrasse. Quanquam olim deserta, ut Strabo tradit, nunc cultissima est, magnas & ambitiosas ciuitates habens & oppida nobilissima. Ratisbona verò ornatu ceteras excellit. Pontificiales urbes in ea quinque sunt: quarum nunc Metropolis est Salceburga. Ratisbonensis autem episcopus olim clarissimus fuit. Cui tota Bohemia subiecta erat, hæc urbs septem nominibus insignita fuit, quibus in suis iuribus & libertatibus claruit. Primum, à sui conditore Tibernia vel Tiburnia dicebatur. Tiberius enim Liuiæ, Augusti uxoris filius, & ipsius Augusti priuignus, quem cum Augustus in filium adoptasset, mox magno exercitu comparato, contra Noricos & Vindelicos misit, qui eos in prælio superauit, & hanc urbem apud Noricos edificauit. Secundo, urbs quadrata, longo tempore dicta, cum ad quadratam figuram & quadratis lapidibus magnis, muro circumdata fuit, ut in reliquijs veterum murorum, retro S. Paulum cerni potest. Tertio hyatropolis, vel hyaspolis ob ruditeram populi agrestis, qui ore hiante, ut rurales finitimi faciunt, verba hiantia proferebant: vel, ab hyantium aquarum prope ciuitatem confluxu, cum Danubius, Naba, & Imber, & ceteri fluuij, in latere aquilonari confluant. Quarto Germensheim, à populo Germaniæ, qui eam frequentare solebant, vel à Germanico, qui ciuitati præfuit. Quinto, Regniopolis, ob frequentes conuentiones Principum & Regum, ut hodie aræ, turres, ac excelsa ædificia, magnatum ostendunt. Sexto Imbrópolis, à fluuiio, cum Imber fluuius, Septentrionem versus, in Danubium fluit, & vernacula lingua, hoc nomen Regenspurg, adhuc seruat, cum in tali fluxu olim ciuitas incepta fuerit. Septimo, Ratisbona dicitur, cum rates ob mercimonia, & tempore Caroli Magni ad bella ibi confluebant, & tanquam firmiter sita, & ædificijs roborata: hodie Ratisbona appellatur. Basilica decoratur episcopali, summo in honore tandem S. Petro dicata, prius ob fraternitatem canonicorum Ratisponensium, & Remensium Ecclesia S. Remigij appellata, opus præclarissimum in urbe nondum completum, Et cœnobio S. Emmerami, ordinis S. Benedicti amplissimi, Monasteriaque damnarum plura habet, præcipue superius Monasterium virginis gloriosæ; Inferius, in quo D. Erhardus episcopus quiescit. Plures etiam domus consecratas & ecclesias, & proprios sacerdotes. Arnolphus autem Imperator, qui hunc locum, præ ceteris imperij locis, summe dilexit, murum ampliauit, & Monasterium S. Emmerami inclusit, & plurimum adornauit. A cæde enim Nortmannorum rediens in Baiariam, ossa S. Dionysij Ariopagite in fine sue ætatis cœnobio tradidit, cum libro Euangeliorum ornatissimo, ac literis aureis percripto, & demum apud eos sepultus. Fuit autem hic sanctus Dionysius Atheniensium Episcopus, qui vnâ cum Apollophane Sophista, in Aegypto Heliopoli, quando Christus Iesus passus est, solem vidit præter naturam obscuratum, & tetram noctem subito terris obductam, cognouitque mox verum omnium Deum, eodem Sophista respondente, (ut ipse ad Polycarpum scribit) rerum has diuinarum vicissitudines esse. Ornatur & Ratispona glorioso martyre S. Emmeramo Episcopo. Et S. Volfango, eius loci vndecimo Antistite, qui monasterium S. Pauli construxit. Albertus quoque Magnus omnium doctrinarum peritissimus, apud eos episcopatum rexit. Hæc ferè omnia Argentinensium Chronica suppeditarunt. Quod si porro Ratisponensium Archiuis credendum, constat eam urbem, florente Romano Imperio, populi frequentia potentissimam totius Imperij atque Germaniæ fuisse. Cinctâ enim erat suburbij admodum late patentibus, quæ Pebringam, Pruelam, Prucfeningam, & YVentingam vsque

frequentibus ædificijs extendebantur: Alere hæc urbs potuit vnum & viginti annos supra quingentos, delectorum peditum sex, & equitum millia quinque, quibus ditiones vicinas armorum terrore & defendebat, & in populi Romani officio & obedientia retinebat. Hi quartâ legionem Italicam constituerunt. Lapideo denique ponte, decem & quinque arcibus fornicato, vtraque Danubij ripa, hoc loci coniungitur, cuius prima fundamenta. Anno Christi, M. C. XXXV. posita. Et XI. annorum tempore, ea pulchritudine, & amœnitate, tam vastum opus perfectum fuit, ut vel ea tantum moles, Ratisponam commendabilem reddat. Quod si quempiam ea disputatio iuuet, qua probabiliter vtranque in partem disputatur, an D. Dionysij Atheniensium Antistitis reliquiæ, in Gallia, secundo lapide à Parisiensium urbe, an verò Ratisponæ contineatur, is Conradus Peutingeri, Coniuales de Germania sermones, consulat. 50. RHODVS, Mediterranei maris insula & oppidi, validdè muniti, nomen, prius, Ophiusa, deinde Staclia, ac demum Telchin, Aenea Syluius asserente, cognominatum: septuaginta in altitudine cubitorum solis Colosso, perpetua est memoria clarum. Quæ quidem incredibilis magnitudinis moles, inter septem stupenda naturæ, non immerito posita, post quinquagesimum sextum annum, terræ motu prostrata, etiam iacens, videntibus (Plinio asserente) miraculo fuit: Paucis pollicem eius amplectentibus, maiores erant digiti, quàm pleræque statuarum, vasti specus, defractis membris, hiabant, spectabanturque intus magnæ molis saxa, quorum pondere, ingeniosus opifex, id librauerat opus. Sultanus Aegypti cum Rhodum insulam inuasisset, ex ære huius statuarum, quam confactam offenderat, nonngentos camelos onerasse, & in Alexandria terrestri itinere transmisisse fertur. Is enim, Anno post natum Christum 655. Christianis hanc urbem eripuit. Quam ordinis, religionis, militiæque fratrum hospitalis S. Iohannis Hierosolymitani Rhodiorum, modò Melitensium Equitum Societas, anno salutis 1508. recuperatam restaurauit. Eamque ad annum Domini 1522. mirifice cultam, retinuit. Quo tempore, sic permittentibus superis, in immanissimam Turcarum potestatem deuenit, cuius etiam nunc tyrannidi paret. Plura de hac urbe Aeneas Syluius in Europæ descriptione. Quam præstans ac nobilis Rhodiorum Academia fuerit, ad quam non Romani solum, sed sapientissimi etiam Athenienses ingenium, scientiæ splendore exculturi, confluxerunt. D. Iacobus Middendorpius, suis de Vniuersitatibus libris, doctè ac copiosè profecquitur.

45. ROMA, Urbs tota orbe celebranda, rerum domina, in Latia, ad amnem Tyberim sita, à Romulo conditore, nominata. Et vndecimo Ezechie Regis Iuda, Anno intercedente Assyriorum regno, secundo aut octauæ Olimpiadis, condita, perhibetur. Ambitum eius, ex traditionibus Augusti, Plinius scribit, millia passuum viginti. Flauius Vopiscus tradit, Aurelium Imperatorem, ambitum urbis ad triginta millia passuum ampliasse. Quod si urbem, ad nostræ ætatis consuetudinem, metiri volumus, vix passuum millia quatuordecim, omnis Romæ, & Ianiculæ, siue Translyberinæ regionis, & Vaticani ambitus, implebit portas suburbiorum & urbis, in vniuersum numero XXIII. fuisse refert Plinius. Liuius tamen, ut passim in illius historia, legere est, XXVII. ponit. Portæ autem urbis, quæ ad præfens extant, hæc sunt. Ac primò quidem ab Occidente: Popularis. Deinde, per radices collis Hortorum, spatium P. mille Pinciana, prisca, Collatina, dicta. Tum, senis stadijs, abest Salaria, quæ olim Quirinalis, Agonensis, ite Collina & Quinquecepis, ut Varro tradit, nominabatur. Exortum solis æstiuum, spectat porta D. Agnetis, hæc olim Viminalis, Figulensis etiâ, tum & Nomentana, appellabatur. Sequitur D. Laurentij, stadijs XII. à D. Agnetis, olim Tiburtina, & Taurina dicta. Succedit porta Maior, olim Neuia dicta. A maiore, stadijs XII. versus hybernū solis exortum, porta D. Iohannis sequitur, olim quidè Cælimontana dicta. Ab hac, stadijs V. Gabiufa, quæ nunc claua est. Proxima Latina, in Cæliolo, stadijs, à superiore V. semper id nominis retinuit. Sequitur, spatium paulò amplius, D. P. S. Sebastiani porta, veteres Capenâ, Camæniâ, & Appiam dicebant, nec defunt, qui & Triumphalè, denique, & Fontinalè dictam tradant. Est deinde D. Pauli, spatium ab Appia P. mille, meridienq; similiter, ut & illa, spectat, veteribus, ut quidam existimant, Trigemina, & Ostiensis, vocitata. Translyberim, intra stadium mediū, Ripensis, ad verum Occasum est, olim Portuensis dicta. Hinc paulò minus, mille P. in Ianiculo D. Pancratij sequitur, antiquis Aurelia, Versus Septentrionem deinde, occurrit, Septimiana, quæ aliqui Fontinalem, ab initio dictam volunt. Succedit porta Turronis, aliter etiam Pusterula dicta. Sequitur deinde pertusa, pauloque vltorius, iuxta nobilissimos hortos, ædesque Beluidrij, splendidissimas, Iulia. Postrema hinc, Castello S. Angeli vicina. Castellana, quæ prius Aeneia vocabatur, & hæc nostris temporibus, vltra citraque, Tyberim, urbis Romæ portæ sunt. Tiberis ripa, octo quondam pontibus, iuncta fuit, quos ita P. Victor recenset. Miluius, quæ vulgus nunc perperam, Mollem vocat. A Elius, nunc pons Castellæ S. Angeli dicitur. Vaticanus, qui & Triumphalis. Ianiculus, qui hoc tempore Pons Sixtus est, Fabricius, vulgò de quadro Capi, seu Quadricepis, Exquilinus: Item Cælius, nunc S. Bartholomæi. Succedit deinde Senatorius, & item Palatinus: Iam, D. Mariæ Aegyptiacæ appellatus. Infra deinde, locus apparet, ubi pons vltimus extitit, quem

***** 2

tota

I N D E X.

tota scriptorum cohors, Sublicium, & Aemilium nominat. Colles septem, citra Tyberim Romæ ab auctoribus describuntur, quorum nomina hæc sunt, Capitolium, Palatinus, Aventinus, Cælius, Exquilinus, Viminalis, & Quirinalis. Trans Tyberim alij duo sunt, Ianiculus, & Vaticanus, Capitolium, ab initio, Saturnij nomē habuit, postea Tarpeium, denique Capitolium vocari, cepit, humano capite, in Iouis tēpli fundamentis, reperto. Diuidebatur in partes duas, Arcem, & Capitoliū. Arcis ornamenta cunctis Aegyptiorum miraculis, erant anteponenda. Circa Capitolium turres erāt, delubra, similiaque loca, numinibus consecrata, plus LX. Mons, nostra ætate, propemodum vacuus, & inanis, vix enim nūcibi Senatoris, & conservatorum prætoria, nullius ferē momenti, cum Aræ cœli, familiæ Minorū, monasterio, cernuntur. Palatinus mōs sequitur, in quo, vt Cornelius Tacitus perhibet, primum, vrbs Roma, ædificata est. Et in eo Reges, deinde Consules, postea Imperatores, maiori ex parte sedem habuerunt. Qui plurima atque magnifica in eo extuxere ædificia, quæ etsi iniuria temporum penitus sunt collapsa, eorum tamen ruinae tot tantæque sunt, vt passim ab omnibus, summa cum admiratione, conspiciantur. Habuit is mōs Grægothasin, locum, vbi nationum, maximè Græcorum subsisterent legati, qui ad Senatū missi essent: Concordiæ ædem, Senaculum, & ædes Victoriæ, Iunonis hospitiæ, Penatium Orçi, Fidei, Apollinis, & plurima alia ædificia, quæ Marcianus in topographia vrbs Romæ, & Leander de eiusdem vrbs antiquitatibus studiose describunt. Lilius quoque inquit, Matrē Magnam Deūm, ex Græcia aduectam, in ædem victoriæ, quæ est in Palatio pertulere. Fuit & in Palatio, teste Plinio, Phanum, Febri dicatum, & templum D. Augusti, deinde incendio consumptum, C. Calicula, super templū hoc, ponte transmissio, palatium capitoliumque coniunxit, cuius & reliquias, adhuc conspiciere licet. Idem Cæsar Augustus, templum Apollinis, in ea parte excitauit. Addidit porticus, cū bibliotheca Latina & Græca, quo in loco, iam senior, sæpe Senatū habuit. Nunc præter S. Nicolai Ecclesiā à Calixto Pontifice ædificatam, nullum, is celeberrimus mons, ædificium habet. Qualis autē & quantus olim fuerit, peringentes, ædificiorum ruinae indicant. Nunc ad Cælium montē veniamus, in quo Vespasianus templum D. Claudij ædificauit. Fuit & in eo phanum Veneris, & Cupidinis, item Paris, aliorumque deorū ædes, aræ, & templa, quorū omnium ruinae ita confusæ sunt, vt paucis certū locum assignare liceat. Macellum magnum, Antrum Cyclopi, Lupanaria, cohortes quinque vigilū, Castra peregrina, & Armamentarium. Medio in eius dorso, binæ Aquæ ductus, superbissimi operis conspiciuntur. Nūc, Ecclesijs Christianis, mons totus perornatus, conspiciunt. Qua ad Palatinū vergit, Monasterium D. Georgij, sustinet, ex ædib. paternis, ab eo constructum. Inde Sanctorum, Ioannis & Pauli, Ecclesia visitur, vbi quondā Curia Hostilia extitit, in qua Tullius Rex Regiam sedem. Lilio asserente, constituit. Sequitur hospitale Saluatoris: & Ecclesia B. Mariæ in Dominica, alteraque S. Stephani Ecclesia circulari forma, multis per ambitum columnis, adornata, olim Fauno sacrata, vt ex titulo quodam, ibi reperto, omnes consentiunt. Cernitur ad huius montis sinistram, S. Quatuor coronatorū Ecclesia, & S. Erasmi monasterium. Proximum noui operis, in monte Cælio, est Xenodochium Lateranense, & in eiusdem montis extremo Basilica Lateranensis, sic cognominata, quod in Lateranorum nobilissimæ gentis ædibus, ædificata fuerit. Ea, sanctissimis Apostolorum capitibus, venerabilis, & nobilissima structura, toto orbe celeberrima, à Constantino data. B. Syluestro, Constantiana Basilica, appellatur, Pontificum Romanorum primaria sedes. Visitur quoque in monte Cælio, porta maior, Neuia dicta. Et Amphitheatrū à Statilio Tauro Augusto positum, semiditum. Et alia S. Crucis Basilica, ab Helena Constantini matre, constructa, Eo loco, vbi templa erant Veneris & Cupidinis, coniunctumque est monasterium, quod Carthusiensibus nūc incolitur. In Auentino monte, locisque circumiectis, multa cum templa celebria, tū alia summi splendoris ædificia, fuerūt, videlicet, Ara Herculi, ab Euanthro posita, phanū Iunonis, Dianæ, Mineruæ, & Lucinæ. Et in vertice, Lauretum, Ioui sacratum, Et Libertatis ædes. Nunc B. Sabine, Bonifacij & Alexij monasterium habet, alioquin, totus vincetis cōtectus. Exquilinus mōs sequitur, quem Varro duas in partes diuidit, nobiliorem esse scribens eam, quæ à foro, post ea Traiani vocato, nunc à turre Comitum, ac Militiarum incipit, & per mōtem Caballinum, perque Thermas Diocletiani, ad D. Laurēcij portam vsque protenditur. Altera pars, ea loca continet, quæ inter Diocletiani Thermas, & Marij Trophæos intersunt. Et ea celeberrimam Ecclesiam, S. Mariæ maioris, sustinet. Habuit Exquilinus olim ædes, cum Deorum, tum hominum amplissimas & magnificentissimas. A turri Militarium ascendēdo, ruinae Thermarum Constantini cernuntur, & ingentes feminudorum marmoreæ statuæ. Inde loco penē cōtiguo, Caballi marmorei, quibus viri seminudi, lora tenentes, insident, magno artificio facti, quorum alter, Praxitelectiani, & aliorum clarissimorum virorum Thermæ. Fuit in eodem colle Macellum, vbi nunc Ecclesia S. Viti conspiciunt, cui vicinus est Arcus triumphalis Galieni. Plurimæ sunt in hoc monte Ecclesie, veterum ædificiorum ruinae, quæ omnia absque tædiosa verborate, referre minimè possemus. Collis Viminalis, Aram Iouis Vi-

minci, quondā habuit templū Syluani, Lauacrum Agrippinæ, martris Neronis, Thermas Olympiadis & Nouati, in eo loco, vbi nūc D. Pudentianæ est templum. Et Bibliothecam Vlpiani, in qua libri lintei, atque elephantini, Principum gesta, & S. C. cōtinentes, seruebantur. Alijs in super ædificijs, hunc montem exornatū quondam fuisse, ingentes ruinae testantur. Mōs Quirinalis, longitudine, Viminali est similis, at amplius in latū patet, sunt enim, qui collem illi alium, inter portam Collinam, & Collatinam, adiungant, vbi characteribus Aegyptijs inscriptus, Lunæque, quondam, vt nonnulli prodiderunt, dedicatus, iacet obeliscus. In valle Quirinali fuit fortuna publica, ædes. Paulo altius, Turris Militiarum, in qua Traiani milites olim stationem habuerunt. Thermæ Constantini, Domus Corneliorum. Domus Pomponij Attici, fuit in ea Quirinalis parte, quæ ædi tunc D. Vitalis incumbit. Templum Quirini. Horti Salustiani. Campus sceleratus, in quo Vestales, incæssi reæ, viuæ defodiebātur. Habuit & plurimas alias ædes sacras hic mons, sed quo in loco fuerint, non ita exploratum habetur. Postulat nunc ordo, vt vrbs quoque, plang ædificia & celebriora loca diligentius perscrutemur, ceterum cum ob incredibilem, tam publicatū, quam priuatarum ædium frequentiam, commodè id fieri nequeat, quin in immensū, lectorum etiam tædio, excreset oratio. Itaque Pub. Vistorem sequuti, Laconica breuitate, quæ ab alijs, integris etiam libris, pro rei magnificentia descripta sunt, recensēbimus. Aquæ & Aquæ ductus per varias vrbs regiones XIX inueniuntur, Tabernæ XI. Amphitheatra & Theatra III. Curia XXXV. vt D. Aug. in Pal. 121. Circi III. Obelisci. VII. Arcus marmorei XXXVI. Capi VIII. Fora XI. Bibliothecæ XXIX. Obelisc. V. Viae XXIX. Capitolia II. Colossi duo. Columnæ cochlides duæ. Macella II. Ludi III. Nymphae V. Nymphae XVI. qui magni XXII. Deaurati LXXX. Eburnei LXXXI. Aedes CCCXXII. Vico magistris DCLXXII. Vici CCCXXXIII. Curatores XXIII. Insulæ per totam vrbs numero quadraginta sex millia sexcentæ duæ. Domus M. DCC. LXXX. Balnea DCCC. LVI. Lacus M. CCC LII. Pistrina CC. LIII. Lupanaria XLV. Latrinæ publicæ XLIII. Cohortes prætoriarum X. Vibanæ III. Vigilum VII. quarum excubitoria XIII. Vexilla communia II. Castra equitum, Salgamariorum, peregrinorum. Quam multis autem, magnificis, ac penē immortalibus ædificijs, multo labore, summa arte, & in finitis sumptibus, vrbs Romana exornata fuerit, explicari vix poterat. Quæ, etsi maiore ex parte, iniuria temporum (vt in hominum vita nihil est perpetuum) interiere: reliquæ tamen, & ruinae illorum, quæ hodie extant, adeo sunt immentæ, & mirandum in modum extollunt, vt ab extremis orbis partibus, plurimos ad se visenda iugiter, & alliciant, & attrahant. Qui eas contemplantes, rerum magnitudine, ita obstupescunt, vt ab illorum contemplatione, vel inuiti abscedant, contentantque, fieri non posse, vt, aut ciuium Romanorum opera, aut Regum potentia, aut vllis principum diuitijs, sed vel gigantū manu, vel diuina potius virtute, ædificia illa fuerint excitata. Quæ cum Georgius Cassander, anno salutis M. D. XXXXIII. cum stupore videret, hoc ex tempore carmen lusi.

*Qui miseranda videt, veteris vestigia Romæ,
Ille potest merito dicere, Romam fuisse,
At, qui celsa noua spectat pallatia Romæ,
Hic poterit merito dicere, Romam viget.*

Præterea alia plurima, religiosorum hominum, amplissima cœnobia, iam hoc tempore habet in vrbe Romana veneranda, nominis Iesu societas, domum Professorum, ipsius societatis quasi parentē, ex qua velut ex matrice quadā ciuitate, P. Ignatij, primi societatis institutoris opera, & consilio, Coloniae sunt, in diuersas mundi nationes deductæ, & propagatæ. Tum etiam, eiusdem societatis collegium, est Romæ, Francisci Borgiæ, Ducis Gandiæ impensis, primo Anno Domini M. D. LI. institutum. Deinde Pij III. Pontificis auctoritate & hortatu, à nobilissima D. Victoria Tolzia, Pauli III. ex sorore nepte. Anno salutis M. D. LX magnificis est amplificatū ædibus. Quin etiam eiusdem societatis alumni, Germanici, in vrbe Collegio Anno Christi, M. D. LII. præficiuntur, à Iulio III. Pont. instituto, & postremò à Gregorio XI. Pont. Max. Anno ab orbe redempto, M. D. LXXIII. fundatione. C. adolescentū studioforum, Germanicæ nationis, aduēto, Domū in super nouitiorum S. Andreae, in vrbe, eadem Iesu societas habet, sub Pio III. liberalitate Illustrissimæ Ducissæ Columnensis dotatam. Erpenitèriaria domus, S. Petri Romæ à Pio V. Societati est attributa. Seminario denique Romano, ex instituto Concilij Tridentini, à Pio III. magnificè dotato, Domini de societate Iesu præficiuntur.

27. ROSTOCHIVM Ducatus Megapolensis, Saxonie finitimum, celebreque oppidum, optimarum artium Gymnasium, quondam florentissimum.

36. ROTENBURGVM: Franconie oppidum, ad Tubarum amnem situm.

9. ROTOMAGVS, Normandiæ Metropolis.

S.

36. SALA, Mauritanie oppidū, Regū Fessæ sepultura illustre.
31. SALTZBURGVM, vetustissimum Norici oppidum, nunc cultissimæ Bauarie Metropolis, luuauia dicta, à iuuando, eod quod

INDEX.

quod sal ignet. Alij à Iuaro fluuio, Teut. die Sals / vnde Otto lib 5 c. 3. Virgilium quendam vocat Episcopum Iuuuuiensem. Dicitur & Petreia: à Ptolom. Gamanadurum nūcupatur. Hanc ciuitatem Iulius, victis Germanis, ac secundum aliquos, arcem ibi, Teut. **Selffenburg** / condidit. Attila hanc destruxit, verum à Ruberto eorum Episcopo: Anno Domini octuagesimo supra quingentesimū, instaurata est. Hic Episcopus, quem Patriarcham nos vocam⁹, residet, & altare, cuius simile non videri credunt, cernitur. Aeneas Iuuuuiensem, & Arnimensem dici, ait. Metropolitam insignem inter Bauaros, opibus & auctoritate memorabilem vrbem, Antoninus Pius, in Itinerario, huius ciuitatis meminit, eam Iuuuuiam dicendo, alij etiam hanc vrbem Budacum dictam fuisse, asserunt à Ptol. Hæc Franciscus Irenicus, lib. 11. exegeces Germaniæ.

32. **SCAPHUSA** oppidum, ad dextrum Rheni latus, iuxta Herciniam syluam, agro admodum fecundo gaudet, excisisq; Nigriæ syluæ arboribus, plantatæ sunt in eorum locum vites frugiferae. Ex solitudine factus est Paradyfus amœnus. Siquidem occupat hæc ciuitas, locum omnibus modis commodissimū. Ad meridiem Rhenus inclusus alluit mœnia, & à tergo versus Septentrionem, lenis ascendit mons, qui æstiuo tempore virefcit hortis & vineis. Est autem vinum loci illius insigne, quum mons vitifer respiciat Meridiem. Loco traiectus naualis, hodie est ligneus pons. Parū infra ciuitatem, Rhenus, varijs montium impedimentis incitatus, cum rupibus coartatur, terribili fremitu eluctuat, tandemq; ingenti impetu per præceps altitudine 40. aut 50. cubitorum, ruit. Habet tamen cataracta illa primum in rupibus gradus quosdam, ac deinde tanta vehementia in imum delabatur, vt tota aquarū moles in spumam & nebulam resoluatur: Ego nōquam sine horrore potui videre stupendam istam Rheni præcipationem. Incolæ vocant cataractam illam, **den Lauffen** / quod significat cursum. Ibi nullæ possunt descendere naues, aliās in mille frangeretur partes, nec possunt huius saxi altitudinem superare quicunq; pisces, etiam si essent Morſi aut Rosmari, qui aduncis suis naribus, nullam non possunt conscendere petram, hic enim obstat aquæ impetus. Cæterū Rhenus sub oppido **Lauffenberg** / petris artatus, spuma apparet albiſſima præ fremitu, & collisione. Tandem atrox spumam, amplo gurgite ad Augustam Rauricam deuoluitur. Fuit autem Schafhautia, tēpore Frederici II. ciuitas imperialis, & deinde sub Ludouico Bauaro, circa Annū Christi, 1320 vnā cum Rheinfelden, Nevenburg & Brisaco impignorata Duci Austria. Deinde verò, tēpore Concilij Constantiensis, anno scilicet 1511, fuit rursum libertati suæ restituta, erepta Frederico Duci Austria. Postea, eadem ciuitas, iniſt fœdus cum Heluetijs, ad certos aliquot annos, atq; tandē perpetuo fœdere obligauit se illis. Habet quoq; ciuitas ista vetustū & opulentum Monasteriū, quod olim construxit comes Eberhardus ex Sueuia, appellatum que est ratione naualis traiectus, Nauium domus, Germanicè Schiffhausen, id quod expressè in vetusto Codice, à sancto Georgio, Monasterio Nigriæ Syluæ, huc Basilicam allato inueni. Fuit aut Monasteriū illud magnis instructum impensis, adductaq; sunt ingentes colūnæ lapideæ, quarum adhuc 12. in templo videntur, habentes singulæ in longitudine 17. pedes, & in cōplexu 9. Cōsecrauit Monasteriū istud Papa Leo nonus consanguineus memorati Comitibus Eberhardi, Anno C. 1052. Hęc ex Munſteri Cosmographia.

6. **S. SEBASTIANI**, portu & tutissima nauium statione, Hispaniæ, in regno Guipazcoa, insigne oppidum.

37. **SE DV N V M**, Primarium Vallesiæ oppidum, arte & natura munitum, bifido monte ab Oriente ceu propugnaculis defensum, arcibus binis, & cathedrali, Valeria Ecclesia illustre, incolæ vtriusq; linguæ ob Gallicarum & Germanicarum orarum confinia callentissimi. Quam fertilem agrum habeant, dici nequit, Nobilissimum vinū, & meliorem panem non licet circumquaque inuenire. Habet hortos & pomaria, atq; prata, valdè bona. Apes recōdunt apud eos mel in tanta copia, vt per integrum annum illis suppetat mel ex alcaurijs. Abundat quoque regio illa, præsertim circa Sedunum, valdè preciosis caseis, habet & optimos pisces in Rhodano, maximè truttas, eaq; tanta magnitudine, & pondere, vt adæquantur interdum triginta libris vulgaribus Parant quoque multas salitas & exiccatas carnes, præsertim à pinguioribus ouibus, & castratis arietibus. Nō fumo indurant carnes, sed salitas exiccant in aere, & postea repōnunt in stramine. Delectantur huiusmodi carnibus ouillis magis, quàm ijs, quæ fumo macerantur. In præcipitijs verò altissimorum montium, venationem habent copiosam ibicum, capricornorum, murium alpinorum, nobilissimarum auium, puta Phasinorum, Gallorum syluestrium, Parnisarum, Perdicum, item Vulturū, Fullicarum, &c. Habent autem omnes alpes communem cum Vallesiæ hanc venationem ferarum & auium.

48. **SENA**, Peramœniæ Italiæ oppidū elegans, pulcherrimarum vrbium decore præstans, veluti pernobilibus, magnificisque ædificijs, augustissimo templo, spaciolis ornatisq; foris, fontibus, ac hospitali amplissimo (quam misericordiæ domum, non immeritò dixeris) in quo præter ædium augustā formam, magnus ordo agrorum votis seruientium, conspicitur. Incolæ, Christianæ religionis cæremonijs admodū sunt addicti, ciuilitate, comitate, ac moribus elegantissimis insignes. Christi Seruatoris Euangelium ciuitati primus tradidit D. Anſanus, Tranquilli Romani F. quem ad Arabiam annem Calendarum Decembrium die Lyſias Propretor ob fidem in Christum, securi percussit. Concilium hic genetale Nicolaus II. Pont. Maxi. egit, centum & triginta Episcoporum, quo statutum, quod in Decretis Patrū tertia & vicesima distinctione legitur. Pon-

tificis Romani eligendi ius, penes Cardinaliū Collegiū esse tantum oportere. Viros illustres Sena, quorū virtute, nō solum per Italiam omnem, verum etiā alijs orbis partibus inelyta est, & qui beatorum ordini sunt adscripti, plurimos edidit Pontifices etiā Romanos, Sena dedit Alexandrū I. II. quem sanctitate vitæ, patientiaq; singulari Pseudopontifices quatuor, aduersum se à Friderico A. Enobardo suscitatos, gloriosissimè superasse, Platina, Blodus, & Sabellicus, tradunt. Præterea duos Pios, alterū & tertium ex eadem Picolominea familia. Horū prior Aeneas Syluius ante dictus, vir eloquē & doctus fuit, excellentiq; virtute, viam sibi ad illā dignitatem muniuit. Opera litteraria multa, cum elegantia, tum erudita reliquit, nominatim aliquot epistoliarum libros, orationes, opusculū, quanquam imperfectum, quo de Constantini donatione disputat, cum descriptione Europæ, ac historijs quibusdam. Vitam eius Platina perscripsit, ac item alius auctor quidam, admodum exactè. Posterior Pius, huius nepos fuit, vir doctus ac prudens: sed haud diu in Pontificatu superstit, magno sui, apud omnes desiderio relicto. Situs vterq; est, in facello D. Andrea apud D. Petrum Romæ. Cardinales Sena plurimos habuit. Præterea tam multos Ecclesiæ Præfules, alios videlicet Archiepiscopos, Episcoposque, tam multa deniq; clarissima doctūssimaq; ingenia, hæc vrbs genuit, vt omnes memorare nimis longū foret. Agrum habet bonū, amœnum, fructiferumq; ac frumento, cæterisque frugibus vberem. Qua in mare vergit, maritima regio, dictus vulgo, copiam frumenti maximam præstat, quāquam infrequens colonis, præcipueq; mensibus æstiuis, & autumnō propter virentiū colore sunt, propter morbos corporum, qui maligno aere generantur. Est in hac vrbe societati Iesu collegium inchoatū Francisci Mendozæ Cardinalis opera, Anno Salutis, M. D. LV.

56. **SEPTA**, Vrbs Mauritanæ maxima, opulentissima, munitissimaq; in ora maritima, fieti Gaditani, ea propinquitate sita, vt inde amœnus in Granatæ oram pateat prospectus, atque hinc animalia dinoscantur, quod eius interualli latitudo 12. tantū sit miliarium. Hæc vrbs à Ioanne eius nominis I. Lusitanæ Rege, ope atq; industria filij sui Henrici expugnata, maximam Christianis, & potissimum quidem Lusitanæ incolis, occasionem dedit armis latius euagandi. Cum enim Heroica Henrici virtus, admodum clara in Septæ expugnatione appareret, hoc institutum, quod Christianorum pomeria latius extenderet, prosequi longius voluit. Classes igitur ædificauit, quibus Africa littora, & eas Mauritanæ regiones, quæ extra fretum, ad Austrum pertinent, infestas redderet. Deinde, cupiditate incensus, terras ignotas explorandi, dedit operā, vt ij, quos classibus præficebat, multò longius progredierentur. Quo studio factum est, vt partim hominum fortium industria, partim variæ tempestatis euentu, non solum bona pars Africa, quæ ad Aethiopiā pertinebat, verum & insulæ permultæ, in Oceano, sub imperium Lusitanæ subiungerentur. Quo autem terræ, ad quas nostræ naues appellabant, erant magis longinquæ, maioraq; in illis monstra versari dicebantur, eò magis animus Principis optimi flagrabat studio remotiora peruestigandi. Fuit enim Henricus, vir animi maximi, & religionis sanctitate clarissimi. Neque tantum elaborabat, vt nomen iuum clarum redderet, quàm vt Christi religionem propagaret, ad quod nihil magis vile putabat, hac nauigatione, vt possent Christi nomen apud barbaras nationes, à situ nostro dissiuissimas, ad omnium salutem prodi. Hæc Hieronymus Osorius Algarbiorum, in Lusitania, Episcopus, lib. 1. de clarissimis Emanuellis Regis facinoribus.

32. **SOLOTVRVM**, Quasi solis turris Heluetiæ oppidum, mira antiquitate celebre, vbi S. Vrsus de legione Thebarum, vnā cum LX socijs, quum ex Augauno Vallesiæ oppido veniret, sub Cæsare Diocletiano, præditi autem Hyrtaco, capite truncatus est, pro Christi nomine. Illi verò, singuli decollati, acceptis capitibus suis, vt Legenda illorum habet, gestauerunt ea ad spatium, centū, aut amplius passuum, vbi & sepulti sunt à fidelibus, in littore Altole præterfluentis fluuij, qui locus postea mœnibus ciuitatis est inclusus, habetque hodie facellum, quod ad S. Petrum vocatur. Producit huius vrbs ditio, sicut & Tyguriensium, Curienſium, & Glarenſium terra, arborem Taxum appellatam, quam ob vsurpatum officium, Græca voce, Oplon quoque vocant, quod scilicet optima sit, pro ballistis lignicis & arcubus faciendis, quibus potissimum nostro æuo, Angli vtuntur, & ex Heluetia, in magna copia ad eos deferuntur. Germani hanc arborem (Yben) vocant, estque abieti, aut potius larici similis, quantum attinet ad virorem, quem hyeme tamen, non vt larix, abijcit. Sed non crescit in tātam proceritatem, vt abies, quin magis in ſtar piri dilluit in latum. Finditur truncus arboris in plurimos palos, qui deinde adaptantur arcubus. Habet autem arbor sub cortice duplicem regionem: exterior est alba, & interior rubea, nec vna sine altera valet pro arcu faciendō. Alba in arcu habet superficie conuexam, rubea verò concauam. Quod si ex solo ligno rubeo faceres arcum, ille extensionem ferre nequireret, sed illicō frangeretur, sicut econtrā, alba ligni pars, flexuram quidem quantumlibet magnam, patitur, & impetum iaculo non confert, sed dū curuatur, prohibet fractionem, & rubeum vim suppeditat excusso telo. Crescit etiam hæc arbor in Austria, Vngaria, & Dania, sed Heluetia dicitur illis præstare, amaturq; ab Anglis. Fert autem arbor ista baccas rubeas, quibus læthale inesse dicitur venenum, præcipue in Hispania Nutrii dicuntur hoc fructu Feræ syluestres, vnde & Maximilianus Cæsar agrè tulit huius arboris refectionem. Fumus eius dicitur necare mures: Munſterus.

***** 34. SPIRA,

INDEX.

34. SPIRA, Ciuitas episcopalis Germaniæ, ampla, quam Rudigerus tricimus eiusdem urbis Episcopus, ciuitati addidit: alij verò aliorum originem afferunt. Conradus II. Ecclesiam ibi fundauit, & filio suo Henrico, ad perficiendum reliquum opus reliquit. Et autem hæc ciuitas penè ab omnibus Imper. dotata: multi etiã Imperatores illic sua ossa condiderunt: veluti Henricus, Conradus, Rudolphus, & alij, quorum memoria in quadã tabula choro infixã, prorogatur, & ab Ottone Frisingensi in Chronicis adducitur. Lotharius hæc urbem obsedit, anno 1126. authore Sigeberto. Ecclesia illic, post mortẽ Ottone Episcopi Frisingensis, igne populabatur, vt collegit Radeuicus, li. 2. c. 3. de gestis Friderici. Plura præterea, de eius flagratione Aeneas Silius protulit. Conradus II. Ecclesiam Guidonis construxit, prius ad S. Ioannem dictã, & reliquias eius huic tradidit, auctore Episcopo eorum Sigibaldo. Est & illic Ecclesia S. Germani, cuius canonici olim in Sintzheim VVormatiensis diocesis residebant, à Dagoberto cõstituti. hos Ioannes Episcopus Spirensis huic tradidit. Venit tempore Cõradi III. S. Bernhardus ad Spirenses, cuius vestigia in Ecclesia adhuc supersunt. Recens autem nomen est Spira, & quod nulli veterum constabat ante Henricorum & Ottonum tempora. Otto enim Frisingensis li. 7. c. 16. & Ligurinus inter antiquissimos referuntur, qui Spira mentionẽ fecerunt: pisces enim omnes Spirenses, Nemetes dixerunt, quemadmodum Cæsar in primo, Cornelius Marcelinus li. 16. Pli. li. 4. c. 17. Ptol. li. 2. c. 8. Strabo: etiam recitones, veluti Orosius, Eusebius, Hieronymus dist. 12. epist. 3. Nunc verò Spira, vt Peutinger asserit, à mola nuncupatur, vnde Sebastianus Brant:

*Inter Germanos quondam celeberrima Spira,
Quondam hæc à mola, nomen habere studens.*

Vnum, quasi inter mundi miracula, recensendũ adducere placuit, vt opus in Germania non alibi visum Oliueti montem, Christi passionem referentẽ, quod plane tanto sumptu indigebat, quãto olim aliquod paruum oppidum. Huc vsq; Franciscus Irenicus Est in hac urbe societatis Iesu Collegium, à Capitulo Canonicoꝝ cathedralis Ecclesiæ institutum, atq; dotatũ. Cuius hoc tempore Rector est D. Petrus Agrippinensis, scientiarũ & literarũ notioribus perpolitus.

40. STRAVBINGA, ad Danubij ripas Bauariæ oppidum.

32. SVITIA, Heluetiæ vicus, libertatis amantiſsimus, ad consecratam Suintensium societatem, contra effrenatam nobilitatem insolentiam, Anno Christi M. CCC. XV. recipitur.

32. SYLVANIA Heluetiæ vicus, eodem cum Suintia anno, ad Helueticum fœdus admittitur.

T.

36. TINGIS, ampla Mauritanici ciuitas, ridicula quorundã Historicorum opinione, conditorem habuit Sedded, Had filium, qui, vt aiunt, totius mundi imperium gerebat. Huic in mentem venisse dicunt, vt urbem exstrueret, quæ pulchritudine cum Paradyso terrestri certare posset: Mutis igitur æneis urbem cinxit, domib. tecta addidit aurea & argentea, in quorum structuram maxima à totius orbis ciuitatibus tributa exegit. Classici verò Historiographi à Romanis in Oceani littore, ijs temporibus conditam affirmant, quibus & Granatæ regio subacta fuit. Distat à Fricto Herculeo triginta ferè milliariibus, à Fessa autem, centum & quinquaginta.

3. TOLETVM, in medio Lusitaniæ prouinciæ, quod cæteras Hispaniæ regiones vbertate soli, cœlique serenitate superat, in alto atq; aspero loco situm, vrbs admodum est diues, multis & magnis mercatorum cõmercijs, quæ hinc ad omnes ferè populos Hispaniæ deferuntur. Quæ res causa est, vt hæc ciuitas rebus omnibus abundet, quas afferunt multi, qui veniunt, vt res alias venales, ad alios populos deferant. Hac itaq; rerum cõmutatione, continuoq; commercio, res Toleti vilis venduntur, quã in locis vnde vehuntur. Est autem ciuitas diuisa in regiones tres & viginti. Quas nobilitas & illustrat amplissimũ & pulcherrimum templũ. Quod, meo iudicio, sacras omnes ædes, & forma cõspicua, & magnis ædificijs, sacerdotumq; ministerijs, & ditissimis ornamentis antecedit, in quo templo, fenestræ speculares cõplures, & imagines pulcherriimæ, varijs colorib. admirabiles & antiquas historias referentes, cõspiciuntur. Vbi perlucida specula septingenta, quinquaginta numerauimus. Est præterea templũ non solum magnũ, pulchrum, splendidũ, sed etiam opulentũ. In cuius sacellis, quæ capellæ vocantur, & sunt numero plures, altaria sunt ornatiſsima. Est operæpretiũ, & res admirabiles videre singulis diebus, & præcipue festis, huius Ecclesiæ sacerdotes supplicantes, nunc aureis, nunc argenteis, modo ferreis, aliquando purpureis, & nonnunquã gemmatis ornamentis & preciosissimis indutos, rem diuinã celebrantes, & horas canonicas concinentes. Huius Ecclesiæ antistes, in Hispania, secũdus est à Rege, non dignitate solum, & authoritate, verũ etiam populis, vectigalibus, & potentia. Sub cuius imperio, præter alios minores populos, oppida nobilissima, ac memorabilissima septendecim gubernantur. Ex quibus magnus Ecclesiæ Toletanæ redditus exigitur. Cuius summa est, vt accepimus, anno quolibet ducentorum milliũ ducatorũ. Sunt in hoc sanctissimo tẽplo, portæ, numero sex, tres ad Occidentem, duæ ad meridiem, & vna ad Septentrionem. Quæ sunt omnes grandes & pulchrę, laminis æreis adornatæ, multisq; sanctõrum simulachris & imaginibus, & antiquis historijs cõspicue. Sunt & pulchra duo pulcherrima, atq; ditissima. Est & altare, in quo D. Illephõ. sus celebravit, acceptis ornamentis ad sacrificandum necessarijs, à virgine Dei genitrice. Sed quid præterea dicã de sacratio, & de magnis diuitijs, & sanctõrum reliquijs, quæ in eo sunt admirabiles? Quid de sacellis, & altaribus huius tẽpli, quæ capellæ vocantur, ad ornatiſsimis? De ea præfertim, quam Cabildum vocant, aureo tecto &

omni Pontificum, qui hæctenus huius Ecclesiæ fuerunt, imaginib. ornatiſsima. Distribuuntur in hac Ecclesia, multæ pauperibus elemosynæ singulis diebus, & octo minæ cõcti panis hominibus probis, & inopia laborantibus, qui medicare erubescunt. Antistes præterea triginta pauperibus quotidie largitur alimenta. Qui magnas etiam confert elemosynas viduatibus, pauperibus & orphanis, virginibus maritandis, cæterisq; multis hominibus, necessitate coactis. Facit & Toletum fœlix ac opulentum Tagus amnis, diues ac amœnus, qui Toletanis pisces optimos propinat, hortos irrigat, materiam multam è nemoribus longè distantibus, euehit. Cuius aqua, quæ per aureas arenas defertur, est valde salubris, & Toletanos hortos irrigans, causa est, vt fructibus & herbis hortensibus tota ciuitas abundet, vtraq; siquidem ripa fluminis, Orientem versus, hortis & arboribus ad passuum millia ferè quinque, fertillissima est, & ad Occidentem tantundem. Ad Meridiem verò, & Septentrionem, præter vineas multas, sunt etiam amygdalorum & aliarum arborum, quasi nemora iucundissima. feruiunt Toletanæ ciuitati, tanquam dominæ, multis ac varijs rebus, oppida multa, pagorum quæ maximus numerus, qui quidem Toletanam hanc urbem diuitem faciunt, & omnibus rebus abundantẽ, &c. Hæc ex Marinæo Syculo descriptissimus. Multi etiã alij viri doctissimi de huius vrbs magnificentia, eruditissimè scripserunt. Anno salutis 1351. Accesserunt domini de societate Iesu ad urbem Toletanam, atque in nobilissima, & amplissimam domum, quam olim Ioannes Siliceus, eius vrbs Episcopus, exædificauerat, & in Clericorum vsum instruxerat, sunt recepti.

19. TRAIECTI nomine, duo oppida vocantur, alterũ, inferius, apud Batauos, alterum superius, in Thungris. De illo, hunc in modum Aeneas Silius: Nec desunt, qui Traiectum nobilem urbem in Hollandia sitam dicant, nobis haud alienũ esse videtur, aliquando Phrysiæ Traiectenses, aliquando Hollandiæ traditos esse, vt sæpe terminos dominantium imperia mutat. Nostra quidem ætate, neque Phrysiæ, neque Hollandiæ dantur. Principatus Ecclesiæ Traiectensis Imperatori tantum subicitur, latamq; possidet terrã, diuersis Rheni meatibus interclusam, cui ab Oriẽte Phrysijs, à Meridie VVestphali iunguntur. Hollandia Septentrionem excipit, ab Occidente à ducatu Geltriæ, Rheno flumine disingitur. Imperitissimè verò, ne dicam fallacissimè, nonnulli ætate nostra, Traiectum Gallicæ nationis ciuitatem esse dixerunt, cum de Pontificis ageretur electione. Nam quo pacto Traiectum Galliæ dabitur, trans duo Rheni brachia suum, quando & qui cis Rhenũ habitant, Colonienſes, Cluuenſesq; constat esse Germanos? Traiectensium quippe situs, mos, sermoq; Germanicus est. Traiectũ diues & populosa ciuitas est. Episcopus vrbs II. millia pugnatorum, si quando necessitas ingruit, educit ad bellum, forma viris ac mulieribus egregia. Ab exterorum incurſu, & aquarum inundatione, & propria virtute defenduntur. Potus genti ceruisia, vinum mercatores afferunt. Hucusque Aeneæ Syluij verba retulimus.

36. TREVIRIS ad Mosellam flumen, vrbs primaria Galliæ Belgicæ, miram antiquitatem redolens, hoc tempore amplissimo Archiepiscopatu Treuirensi appellationem præbet. Treuironum ciuitas, authore Cæsare, longè plurimum totius Galliæ valebat equitatu, magnasque habebat copias peditum. Pomponius Mela, clarissimos Belgarum tradit esse Treuiros, & horum opulentissimũ oppidum Augustam Treuironũ vocari, cuius & Ptolem. meminit, Cor. Tacitus, Coloniam Treuironum subinde nominat. Scribit Cæsar, Treuironum ciuitatem propter Germaniæ vicinitatẽ, cottidianis exercitibus bellis, cultu & feritate, non multum Germanis absimilem fuisse, neque imperata vnquam, nisi exercitu coactam, fecisse. Paulini Treuirensis Metropolitanus Galliarum Episcopi, qui contra Arrianos egregiè pugnavit, Theodoritus meminit, in Historia tripartita. Hic etiam Athanasius Alexandrinus exulauit. Urbẽ Treuironum Ausonius Burdegalensis hoc epigrammate celebravit.

*Armipotens dudum celebrari Gallia gestis,
Treuericq; vrbs solum qua proxima Rheo.
Pacis sit in media gremio, securã quæ selet.
Imperijs vires quod alit, quod vestit, & armat.
Lata per extensum procurunt moenia collem
Largus tranquillo prælabitur amne Mosella,
Longinqua omnigena Veltans commercia terra.*

Litterarijs nunc ornamentis hæc vrbs mirificè decoratur, idq; larga Reuerendissimi Treuirensis Archiantistitis D. Ioannis à Petra munificentia & liberalitate, qui collapsæ propemodũ Vniuersitati, Dominos de societate Iesu maxima, & studiorum gloria, & iuuentutis Treuericæ vtilitate, & haud poenitendo denique Religionis cultu, præfecit. Cuius quidem instituti fructu Reuerendissimus, Illustrissimusq; eius Successor, D. Ioannes ab Els, eiusdem vrbs Archiepiscopus ineitatus, Collegij fundationem auxit, atque dotauit.

32. TVGLVM, Germanicè Zug, regionis eiusdẽ nominis primariũ oppidũ, Heluetico fœderi, incarnati verbi, an. 13. 2. ad sociatum.

8. TVRO, Galliæ Turonensis ciuitas Metropolitana.

32. TIGVRVM, vulgò Zurich, vetustissimum Heluetiæ oppidum, de quo plura Munsterus in sua Cosmographia.

36. TZAFFIN, munitissimum Aphricæ oppidum.

V.

43. VALISOLETVM, vide Pincia.

43. VENETIAE, vrbs in intimo maris Adriatici sinu, nostro æuo omnium celeberrima, opulentissimaq;, cuius tanta magnificentia ac dignitas, vt etiam illi, qui hanc perlustrarunt, admirari eã potius, quam dignis laudum elogijs, celebrare queant, Cui quidem vrbum

INDEX.

bium omnium reginae ac dominae, cum id optimo iure ac merito datur, quod Macrobius in lib. Saturnal. de Marone his verbis scribit: Eius, inquit, gloria haec est, ut nullius laudibus crescat, nullius vituperatione minuatur: Cumque doctissima, eruditissimorum virorum scripta, de amplissima Venetorum Rep. literarum monumentis sint tradita, a longiore eius enarratione nunc abstinco, auidumque Lectorem ad Leandri Italiam, ad Egnatium, & ad Danielis Barbari Commentaria, quibus Vitruuij de Architectura libros illustrauit, remitto Qui hunc in modum de Venetorum vrbe scribit: Erant, inquit, olim in vrbe Romana Theatra, & Circi, & amphitheatra, nunc vrbes ipsae totae theatra sunt, & Circi, & amphitheatra. Videbantur ille moles ingentes, quoniam magnitudo illarum videntibus imminerebat. At oppida & munimenta nostrorum ideo maiora illis, & praestantiora sunt, quia vel animo metiuntur, vel ambitu, & circumfusione mensurantur. Caeterum, me ab his nationibus auocat amplitudo Venetorum naualis, triremium, & nauium apparatus, instrumentorum omnium copia, tormentorum & machinarum multitudo, munitionum, & armorum omnis generis thesaurus, infinitorum artificum series, rerum ordo, facilis usus, promptaque ad omnes necessitates expeditio. Quae omnia maritima rei praestantiam, & excellentiam illis merito tradidit. Nolo autem, quod illius loci admiratione capiamur, propterea quod res mira omnibus aduenis, & hospitibus videatur, sed propterea, quod illa a re longè admirabili ori gine ducit, quam maxime optare non habentes, & summa cura seruare habentes debent. Diuturna, & inuiolata Reip. libertas eam peperit amplitudine, usque rerum maritimarum, & praeclearae occasiones fecerunt, ut ea copia cum ciuitatis Genio quasi succrescentes, ad eam dignitatem, & maiestatem perueniant. Quare constare omnibus illud debet, nulla vi, nulla facultate quippiam breui effici posse, in quo tempus ius suum exercet, vnde non tam magni & amplii Imperij, quam liberae & perpetuae administrationis opus illud est. Quod si gladiatores & belluae, in arena, histriones in scenam, quadrigae in circos non inducuntur, in Venetorum tamen naualia acquirendarum prouinciarum & regionum tutandarum apparatus extruitur, & alijs illis nocendi voluntas cohibetur, & quemadmodum eius vrbes seueritatem diuina prouidentia architectata est, vnde nec moenia, nec propugnacula, nec portus habet, ita, quicquid homines pulchri fecerunt, ab eadem prouidentia ducti, fecerunt. Accessit etiam charitas, quam ciues erga patriam habuere, cum in ea ornanda, & amplificanda, nulli periculo, nulli vnquam labori pepercerint. Vnde in eo loco, & rerum copia, & ordo mirabilis videtur, ut vno oculi ictu, quicquid ad instruendam iustam classem opus est, facillime educatur. Vela, remos, funes, anchoras, tormeta, machinas, organaque omnia, vnico nutu in educatas triremes imposita videres. Memorabile est, quod Egnatius li. 6. c. 5. de magnifico Venetorum templo prodidit: Veneti, inquit, Sebastiani Ciani Ducis auspicio, cum ex alijs orbis partibus extruendis nouis aedificijs insignes praefectos, tum ex Constantinopolitana vrbe, vni amplissimis praemijs inuitarunt, qui omnium iudicio, omnibus alijs, ea repositate, praeferebatur, ut auream D. Marci aedem, omnium quaecumque extarent celeberrimam, ab ipsis fundamentis extruerent. Quod cum Graecus homo praestitutum sese polliceretur, ea tamen conditione, ut absolutus ab se opere, ad aeternam sui memoriam, pateretur Dux ipse fenatusque, in oculatissima templi parte, statuam marmoream sibi poni: non dubitauit Cianus Dux ipse, & patres id pro certo polliceri: Inchoato igitur ab se opere, quum iam praecipuam templi partem absoluisset, quum Dux & reliqui Patres adessent, nimia quadam ingenij leuitate, elabi sibi ex ore passus est, se quidem multo celebrius templum ipsum fuisse extructurum, nisi inter ipsum opus occurrissent plura, quae illum prudentiorem fecissent. Ad quem subridens Dux, Nec nos, inquit, contra, omnia, quae de statua petieras, integra tibi dabimus. Quare illi in vestibuli fronte marmoream statuam collocarunt, manu ad os obiecta, quasi illum dicti sui poeniteret. Illud interim, hoc in loco praeterire minimè possum, templi ipsius apparatus tantum, talemque hodie extare, ut nemo sit, qui quum omnia diligentius perlustrarit, non fateatur omnibus antiquissimis operibus & recentioribus cum ipsa Tarpeia arce esse anteferendum. Quod etsi patergon videri multis possit, non dubitem tamen plures fore, quibus quam gratissima templi ipsius sit futura explicatio. Est igitur templum ipsum, non tam magnitudine, & vastitate sua, ut pleraque alia, quam ornatu insigni, & in primis augustum. Quod si primum ingrediare, crucis figuram praefere videatur: cuius anguli in altissimas consurgunt testudines. Quarum fastigia, ut reliqua templi facies, plumbicis tegulis operata, ad centum viginti stadia, ex alto ad vrbe nauigantibus inter eminentissima vrbes aedificia occurrant. Superbissimi ad id fornices, mira inter se arte coeuntes, totam molem fulciunt. Illud non possum non vehementer admirari, vnde tanta vis auri Veneris ipsi adfuerit, quod tanto operi impenderent. Nam quicquid operis est, a media tēplī parte purissimo fulget auro, quod musino opere, ita variatū est, ut quocumque oculos vertas, in signe in primis occurrat. Recedunt tantum in ipso testudinum connexu Graecanici operis vetustissimae imagines moesta quadam venerabiliq; praesentia, horrorem cum religione mixtum, spectantium animis inferentes. Quod si ad alias spectandas templi partes animum conuertas, marmoreae vndiq; tabulae, ad pavementum usque ipsum, varij marmoris occurrunt. Quae tanto artificio sunt sibi adin-

uicem compositae, ut eadem inter se similes videri possint. Sed illa quoque ipsa circum aedem marmorea ita distincta, ut defatigato tibi iam cuncta perlustrati, quietem & ocium parent. Hic tibi pavementum liceat intueri, vermiculato opere, marmoreis frustis ita distinctum, ut tantum extruendi templi studium, in caelum merito tollas. Columnae verò complures Parij lapidis, vel Tapfici, aut Numidici tibi interim assurgant iure optimo admirabiles, cum duplici suggestu marmoreo, vnde sacerdotes saepe emicant. Sic enim cautum publico decreto fuerat, ut quicquid egregij operis Veneti ipsi nauigantes, quocumque terrarum ambirent, non dubitarent id ipsum Venetias deferre, ad aeternam templi aurei memoriam, utque nulli impensa omnino parcerent. Quod si ex templo egrediare, vestibulum ipsum subeas, quis per immortalē Deū, stupor non te inuadat? Cuius aurei fornices trecentis & amplius fulciuntur columnis, non magnitudine sua magis, quam colorum varietate conspiciunt: intercolumna, & quicquid in area ipsa operis est, cum ipso pavimento marmoreis tabulis pro tectorio tenent. Quod si superiore vestibuli partem, ex area ipsa conspicias, ecce tibi equi quatuor generi, diuerso statu, varioque occurrunt: qui veteris operis insignia planè referentes, studium insigni ciuitatis ipsius secum praefereant. His operosum templi supercilium incubat, senis sese pinnaculis explicans: quorum singula, in tabernaculi speciem surrecta, singulas habent ex candido lapide statuas, nudi genij: aliaque verò splendidissimi aspectus simulachra, suo quaeque statu operibus inferta, miro quodam modo, ipsam primarum exornant intercapedinem. Idem opus excellentissimum, eandemque speciosissimam materiam, tam dextrum, quam laeuum laus habet.

41. VIENNA, Pannoniae, nunc Austriae caput, atque illustrissimorum Principum & Archiducum Austriae, Styriae, Carinthiae, Carniae, Croatiae inuicissimae & indyta sedes. Ferdinandus Romanus Rex, ut Viennensis Academiae studia repararet, atque haereticorum passim grassantium furorē compesceret, Collegium societati lesu ibidem erexit, atque dotauit, cuius redditus deinde Maximilianus Caesar adauxit, Eius vrbs Topographia D. VVolfgangi Larij apud Munsterum inuenies, qui deinde omnium accuratissimè eandem libris quatuor descripsit. Paucis etiam, siue encomium Viennae à Ioanne Bock conscriptum extat.

31. VLM A, Clarissima Suetiae vrbs, ad Danubij ripas sita. Inter eas vrbes, quas villas Imperij nuncupant, non infimum dignitatis locum obtinet.

32. VRSELLA, Confederatae Heluetiorum societatis, liberae conditionis vicus.

33. VRSINA, vulgò Berna, elegans Heluetiae oppidum, ad Arolae amnem à Bertholdo Zeringentium Duce, ob commodam loci opportunitatem constructum, atque ex venatione hoc nominis ferens. Cum enim in sese oblectaret venando, recreationis suae socijs dixit: Ciuitatem quam extruere in hoc opportuno loco deliberauimus, nominari volumus vocabulo bestiae, quae nobis primū occurrit, & capta fuerit. Ceperunt autem Vrsam, quem Germani Beren vocant. Cumque in eo loco, ut diximus, plurimae crescerent quercus, vbi ciuitas erat construenda, omnes ferè arbores illae fuerunt pro domorum structura insumptae. Vnde & operarij vulgò dicebant, quum refecarent arbores, Holz lass dich hauerer gern/die Statt muss heißen Bern: Cuius rythmi hic est sensus: Arbores finite, ut secimini libenter: Quoniam ciuitas ista vocabitur Bern.

35. VVEIMARIAM Thuringiae oppidum, situs loci amoenus, & castrum Saxoniae Ducibus sedem ac domicilium praebens, nobilitat.

22. VVESALIA inferior, vrbs murorum ambitu, Rhēni propinquitate, & Collegiata Ecclesia praestans, cuius fundationem peruetusta quaedam scripta in annum Domini octingentesimum, tricesimum octauum, his verbis reiciunt. Luthardus filius Euerhardi Comitum Cliuentium crexit, instruxitque duo collegiata templa. Alterum in VVesel, sub ditione Cliuentium in inferiori Germania, Alterum Nouesij Canonicoꝝ & virginum: Quae ciuitas tunc temporis Cliuentium Comitibus parebat.

27. VVISMARIA, Ducatus Megapolensis oppidum.

27. VVITEBERGA, oppidum Saxoniae.

34. VVORMATIAM, Vangionum Metropolim ad Rhenum sitam, quondam Borbetomagum appellatam, corruptè verò Vormatiam hodie dici constat, B litera in V. mutata, quasi dicas Vormagium. De ea ita Munsterus scribit: Peruetusta vrbs VVormatienfis, ita ad Rhenum in loco ameno, habet in orbem fundum nobilem, qui & generosum producit vinum, atque frumētī copiam, habet circum circa plus minus ducēta oppida, & villas, quorum incolae quotidie forū frequentant VVormatiensē, esculenta inferentes: Et qui ante Solis occasum domum redire queant. Populi, qui olim per circuitum huius vrbes ad duo, vel tria miliaria, versus pagū A lczheimensem habitauerunt, dicti fuerunt Vangiones, fuitque VVormatia Metropolis eorū, magni nominis, tam apud Romanos, quam apud Francorum priores Reges, atque apud successores eorū Germanorum Caesares, qui & multa ibi celebrauerunt comitia, consilia, nuptias, aut alios habuerunt solemnes conuentus, in quibus de magnis tractarunt rebus, id quod huius vr-

bis testantur annales.

(..)

F I N I S.

COLONIAE PROSTANT

APVD AVCTORES, ET, ANVERPIAE

APVD PHILIPPVM GALLAEVM.

BOETIVS LIB. II. CONSOLAT.

PHILOSOPHICAE.

*Q*vicunq̄, solam mente precipiti petit,
Summumq̄, credit gloriam,
Latè patentis aetheris cernat plagas,
Arctumq̄, terrarum situm
Breuem replere non valentis ambitum
Pudebit aucti nominis.
Quid ò superbi colla mortali iugo
Frustra leuare gestiunt?
Licet remotos fama per populos means
Diffusa, linguas explicet,
Et magna titulis fulgeat claris domus,
Mors spernit altam gloriam,
Inuoluit humile pariter, et celsum caput,
AEquatq̄, summis infima.


*V*bi nunc fidelis ossa Fabricij iacent?
Quid Brutus, aut rigidus Cato?
Signat superstes fama tenuis pauculis
Inane nomen litteris.
Sed quid decora nouimus vocabula?
Num scire consumptos datur?
Iacetis ergo prorsus ignorabiles,
Nec fama notos efficit.
Quod si putatis longius vitam trahi
Mortalis aura nominis,
Cum sera vobis rapiet hoc etiam dies,
Iam vos secunda mors manet.

(* *)

COLONIAE AGRIPPINAE,

*Apud Godefridum Kempensem, sumptibus Auctorum: Anno
reparata salutis humanae M. D. LXXXII.
Mense Iulio.*

1850





CAJA
C-6